nullum autem sapientiae opus inutile; nec ad proprium suum usum, 193
nulla enim re indiget; qui autem nulla omnino re indiget, sua ei opera nihil ad proprium usum attulerint. Sed nec ob aliquam rerum a se creatarum hominem condidit. Nihil enim ex iis, quae ratione et iudicio utuntur, ad alterius sive superioris sive inferioris usum creatum est aut creatur, sed ad propriam eorum, qui creantur, vitam et perpetuitatem. . . . Quam ob rem si nec sine causa nec frustra creatus est homo (nihil enim inter divina opera inutile, quantum ad auctoris consilium spectat), nec ad ipsius creatoris usum, nec ad alterius cuiuspiam rei ab ipso conditae; liquet Deum, si prima et latius patens consideretur ratio, propter se ipsum et

---

168. MG 6, 996; TU Band 4, Heft 2 (ed. E. Schwartz, 1891), 61.

μὲν τὸν πρῶτον καὶ κοινότερον λόγον, δι' ἑαυτὸν καὶ τὴν ἐπὶ πάσης τῆς δημιουργίας θεωρουμένην ἀγαθότητα καὶ σοφίαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατὰ δὲ τὸν προσεχέστερον τοῖς γενομένοις λόγον, διὰ τὴν αὐτῶν τῶν γενομένων ζωήν,
218 οὐκ ἐπὶ μικρὸν ἐξαπτομένην, εἶτα παντελῶς σβεννυμένην.

598 12. Τά γε μὴν δι' αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ ζωὴν καθὼς πέφυκε 169
γενόμενα, ὡς αὐτῆς τῆς αἰτίας τῇ φύσει συνειλημμένης καὶ κατ' αὐτὸ μόνον τὸ εἶναι θεωρουμένης, οὐδεμίαν οὐδέποτε δέξαιτ' ἂν τὴν τὸ εἶναι παντελῶς ἀφανίζουσαν αἰτίαν. Ταύτης δὲ ἐν τῷ εἶναι πάντοτε θεωρουμένης, δεῖ σώζεσθαι πάντως καὶ τὸ γενόμενον ζῷον, ἐνεργοῦν τε καὶ πάσχον ἃ πέφυκεν, ἑκατέρου τούτων ἐξ ὧν γέγονε τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέροντος.

216 15. Εἰ γὰρ πᾶσα κοινῶς ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐκ ψυχῆς 170
219 ἀθανάτου καὶ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτῇ συναρμοσθέντος σώματος ἔχει τὴν σύστασιν, καὶ μήτε τῇ φύσει τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν μήτε τῇ φύσει τοῦ σώματος χωρὶς ἀπεκλήρωσε Θεὸς τὴν τοιάνδε γένεσιν, ἢ τὴν ζωὴν καὶ τὸν σύμπαντα βίον, ἀλλὰ τοῖς ἐκ τούτων γενομένοις ἀνθρώποις, ἵν' ἐξ ὧν γεννῶνται καὶ ζῶσι διαβιώσαντες, εἰς ἕν τι καὶ κοινὸν καταλήξωσι τέλος, δεῖ πάντως ἑνὸς ὄντος ἐξ ἀμφοτέρων ζῴου, τοῦ καὶ πάσχοντος ὁπόσα πάθη ψυχῆς καὶ ὁπόσα τοῦ σώματος, ἐνερ-

---

elucentem in omnibus ipsius operibus bonitatem et sapientiam adductum fuisse, ut hominem faceret; si vero propior et ipsis hominibus creatis interior ratio spectetur, propter ipsorum vitam, quae
218 quidem non ad breve aliquod tempus succendenda, ac postea omnino exstinguenda sit.

598 12. Quae ob hanc ipsam causam condita sunt ut essent et 169
vitam sibi convenientem degerent, cum haec causa colligata sit cum natura, et in sola exsistendi ratione posita, iis numquam quidquam possit accidere, cur omnino esse desinant. Sed cum causa illa, ob quam condita sunt, semper exsistendi ratione spectetur, necesse est ad perpetuitatem animal ita conditum servari, ea agens et patiens, quae ipsius naturae congruunt, duabus illis partibus, ex quibus constat, quod suum cuiusque est afferentibus.

216 15. Nam si omnis communiter hominum natura ex anima im- 170
219 mortali constat et corpore, quod cum anima in creatione coniunctum fuit, ac neque naturae animae per se ipsam aut corporis naturae separatim Deus eiusmodi creationem ac vitam et totius vitae discursum despondit et destinavit, sed compositis ex utroque hominibus, ut quibus ex rebus constant cum gignuntur et vivunt, cum iisdem ad unum aliquem et communem finem, vita peracta, perveniant; necesse est omnino, ut cum unum sit ex utrisque animal quod patitur quaecumque anima patitur et corpus, et ope-

---

169. MG 6, 997; TU 4, 2, 62.
170. MG 6, 1004; TU 4, 2, 65.

γοῦντός τε καὶ πράττοντος ὁπόσα τῆς αἰσθητικῆς ἢ τῆς λογικῆς δεῖται κρίσεως, πρὸς ἕν τι τέλος ἀναφέρεσθαι πάντα τὸν ἐκ τούτων εἱρμόν.

S. THEOPHILUS ANTIOCHENUS.

Ad Autolycum, ca 181/2.

171 L. 1, n. 4. Ἄναρχος δέ ἐστιν [ὁ Θεός], ὅτι ἀγέννητός ἐστιν· 104
ἀναλλοίωτος δέ, καθότι ἀθάνατός ἐστι. Θεὸς δὲ λέγεται διὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν· τὸ δὲ θέειν ἐστὶν τὸ τρέχειν καὶ κινεῖν καὶ ἐνεργεῖν καὶ 188
τρέφειν καὶ προνοεῖν καὶ κυβερνᾶν καὶ ζωοποιεῖν τὰ πάντα. 235
Κύριος δέ ἐστι διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων· πατὴρ δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων· δημιουργὸς δὲ καὶ ποιητὴς διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων· ὕψιστος δὲ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνώτερον τῶν πάντων· παντοκράτωρ δὲ ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει. . . . Καὶ τὰ πάντα 194
ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, ἵνα διὰ τῶν ἔργων γινώσκηται καὶ νοηθῇ τὸ μέγεθος αὐτοῦ.

172 1, 6. Κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καιρῶν 87
μὲν κατὰ χρόνους ἀλλαγήν, καὶ ἀέρων τροπάς, στοιχείων τὸν 88
εὔτακτον δρόμον, ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν τὴν εὔτακτον πορείαν, . . . τήν τε πρόνοιαν ἣν ποιεῖται ὁ Θεὸς ἑτοιμάζων τροφὴν πάσῃ σαρκί, ἢ τὴν ὑποταγὴν ἣν ὥρισεν ὑποτάσσεσθαι τὰ πάντα τῇ ἀνθρωπότητι. . . . Οὗτος Θεὸς μόνος ὁ ποιήσας ἐκ σκότους φῶς, ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θη-

---

ratur ac perficit quaecumque sensuum aut rationis iudicio continentur; necesse est, inquam, ut tota eiusmodi rerum series ad unum aliquem finem referatur.

171 1, 4. Caret principio [Deus], quia ingenitus est: immutabilis est 104
quatenus immortalis. Deus [Θεός] dicitur, διὰ τὸ τεθεικέναι, id est, quia omnia in sua ipsius stabilitate posuit, et διὰ τὸ θέειν, quod idem est ac currere et movere, et operari, et nutrire, et 188
providere et gubernare et vivificare omnia. Dominus est quia om- 235
nibus dominatur; pater, quia ante omnia; conditor et creator, quia omnia condidit et creavit; altissimus, quia supra omnia; omnipotens, quia omnia tenet et complectitur. . . . Atque omnia 194
Deus fecit, cum antea non essent, ut ex operibus cognoscatur et intellegatur eius maiestas.

172 1, 6. Considera, o homo, eius opera, tempestatum statis tem- 87
poribus vicissitudines, aëris mutationes, astrorum attemperatum 88
cursum, dierum et noctium, mensium et annorum rite descriptas vices, . . . tum providentiam, qua Deus cibum omni carni praeparat, tum servile obsequium, quod homini ab omnibus praestari iussit. . . . Solus ille Deus est, qui lucem ex tenebris fecit, qui

171. MG 6, 1029; CA 8, 12.   172. MG 6, 1023; CA 8, 18.

σαυρῶν αὐτοῦ, ταμεῖά τε νότου καὶ θησαυροὺς ἀβύσσου καὶ ὅρια θαλασσῶν.

598 1, 7. Ὅταν ἀπόθῃ τὸ θνητὸν καὶ ἐνδύσῃ τὴν ἀφθαρσίαν, 173
367 τότε ὄψει κατ' ἀξίαν τὸν Θεόν. Ἀνεγείρει γάρ σου τὴν σάρκα ἀθάνατον σὺν τῇ ψυχῇ ὁ Θεός· καὶ τότε ὄψει γενόμενος ἀθάνατος τὸν ἀθάνατον, ἐὰν νῦν πιστεύσῃς αὐτῷ· καὶ τότε ἐπιγνώσῃ ὅτι ἀδίκως κατελάλησας αὐτοῦ. 8. Ἀλλὰ ἀπιστεῖς νεκροὺς ἐγείρεσθαι. Ὅτε ἔσται, τότε πιστεύσεις θέλων καὶ μὴ θέλων· καὶ ἡ πίστις σου εἰς ἀπιστίαν λογισθήσεται, ἐὰν
3 μὴ νῦν πιστεύσῃς. Πρὸς τί δὲ καὶ ἀπιστεῖς; Ἢ οὐκ οἶδας,
257 ὅτι ἁπάντων πραγμάτων ἡ πίστις προηγεῖται; Τίς γὰρ δύναται θερίσαι γεωργός, ἐὰν μὴ πρῶτον πιστεύσῃ τὸ σπέρμα τῇ γῇ· ἢ τίς δύναται διαπεράσαι τὴν θάλατταν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ πλοίῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ; Τίς δὲ κάμνων δύναται θεραπευθῆναι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ ἰατρῷ; Ποίαν δὲ τέχνην ἢ ἐπιστήμην δύναταί τις μαθεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον
254 ἐπιδῷ ἑαυτὸν καὶ πιστεύσῃ τῷ διδασκάλῳ; Εἰ οὖν γεωργὸς πιστεύει τῇ γῇ, καὶ ὁ πλέων τῷ πλοίῳ, καὶ ὁ κάμνων τῷ ἰατρῷ, σὺ οὐ βούλει σεαυτὸν πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, τοσούτους ἀρραβῶνας ἔχων παρ' αὐτοῦ;

476 1, 12. Σὺ δὲ οὐ βούλει χρισθῆναι ἔλαιον Θεοῦ; Τοιγαροῦν 174
478 ἡμεῖς τούτου εἵνεκεν καλούμεθα Χριστιανοί, ὅτι χριόμεθα ἔλαιον Θεοῦ.

8 1, 14. Ἅμα καὶ ἐπιτυχὼν ἱεραῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων προ- 175
66 φητῶν, οἳ καὶ προεῖπον διὰ Πνεύματος Θεοῦ τὰ προγεγονότα

---

lumen e thesauris suis educit, et receptacula austri ac thesauros abyssi et terminos maris fecit.

598 1, 7. Cum mortalitatem deposueris et immortalitatem indueris, 173
367 tunc Deum pro meritis videbis. Excitat enim tuam carnem cum anima immortalem Deus, ac tunc factus immortalis, immortalem videbis, si nunc ei credideris; tunc etiam cognosces te contra illum inique locutum esse. 8. Sed mortuos excitari non credis. Cum res eveniet, tunc credes, velis nolis; sed tua fides in incredulitatis
3 loco deputabitur, nisi nunc credas. Sed cur non credis? An
257 ignoras rebus omnibus fidem praeire? Quis enim agricola metere potest, nisi prius semen terrae crediderit? Aut quis mare transmittere, nisi prius se ipse rati credat et gubernatori? Quis autem aegrotans sanari potest, nisi prius se ipse medico crediderit? Aut quam artem quis aut disciplinam ediscere potest, nisi se prius
254 tradiderit et crediderit magistro? Igitur si terrae credit agricola, si navigaturus rati, si aegrotus medico, non vis tu credere te Deo, tot ac tantis ab eo pignoribus acceptis?

476 1, 12. Tu non vis ungi oleo Dei? Nos enim ideo Christiani 174
478 vocamur, quod Dei oleo ungimur.

8 1, 14. Simul quod in sacras scripturas incidi sanctorum pro- 175
66 phetarum, qui per Spiritum Dei et praeterita eodem quo gesta

173. MG 6, 1036; CA 8, 24.   174. MG 6, 1041; CA 8, 36.
175. MG 6. 1045; CA 8, 42.

ᾧ τρόπῳ γέγονε, καὶ τὰ ἐνεστῶτα τίνι τρόπῳ γίνεται, καὶ τὰ
ἐπερχόμενα ποίᾳ τάξει ἀπαρτισθήσεται· ἀπόδειξιν οὖν λαβὼν 254
τῶν γινομένων καὶ προαναπεφωνημένων, οὐκ ἀπιστῶ, ἀλλὰ
πιστεύω, πειθαρχῶν Θεῷ.

176 1, 14. Ἔντυχε φιλοτίμως ταῖς προφητικαῖς γραφαῖς· καὶ 594
αὐταί σε τρανότερον ὁδηγήσουσι πρὸς τὸ ἐκφυγεῖν τὰς αἰωνίους 609
κολάσεις καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ 367
δοὺς στόμα εἰς τὸ λαλεῖν, καὶ πλάσας οὖς εἰς τὸ ἀκούειν,
καὶ ποιήσας ὀφθαλμοὺς εἰς τὸ ὁρᾶν, ἐξετάσει τὰ πάντα καὶ
κρινεῖ τὸ δίκαιον, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ ἀξίαν τῶν μισθῶν.
Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν διὰ ἔργων ἀγαθῶν ζητοῦσι τὴν ἀφθαρ- 611
σίαν δωρήσεται ζωὴν αἰώνιον, χαράν, εἰρήνην, ἀνάπαυσιν,
καὶ πλήθη ἀγαθῶν, ὧν «οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς
ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη» [1 Cor 2, 9]· τοῖς
δὲ ἀπίστοις καὶ καταφρονηταῖς καὶ «ἀπειθοῦσι τῇ ἀληθείᾳ,
πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ», ἐπὰν ἐμφύρωνται μοιχείαις καὶ
πορνείαις καὶ ἀρσενοκοιτίαις καὶ πλεονεξίαις καὶ ταῖς ἀθεμί-
τοις εἰδωλολατρείαις, ἔσται «ὀργὴ καὶ θυμός, θλίψις καὶ
στενοχωρία» [Rom 2, 8 9], καὶ τὸ τέλος τοὺς τοιούτους καθέξει
πῦρ αἰώνιον.

177 2, 3. Θεοῦ δὲ τοῦ ὑψίστου καὶ παντοκράτορος καὶ τοῦ 100
ὄντως Θεοῦ τοῦτό ἐστι, μὴ μόνον τὸ πανταχόσε εἶναι, ἀλλὰ 118
καὶ πάντα ἐφορᾶν καὶ πάντων ἀκούειν· ὅτι μὴν μηδὲ τὸ ἐν
τόπῳ χωρεῖσθαι· εἰ δὲ μή γε, μείζων ὁ χωρῶν τόπος αὐτοῦ

---

sunt modo, et praesentia eodem quo geruntur praedixerunt, et
futura eodem ordine quo perficientur; cum igitur ea, quae eveniunt 254
et praedicta sunt, demonstrationem mihi exhibeant, non sum in-
credulus, sed credo, obtemperans Deo.

176 1, 14. Lege studiose propheticas scripturas, et ipsae tutius te 594
ducent, ut effugias aeterna supplicia et aeterna Dei bona con- 609
sequaris. Nam qui dedit os ad loquendum, et aures finxit ad 367
audiendum, et oculos fecit ad videndum, excutiet omnia et iustum
feret iudicium, suam cuique pro meritis mercedem tribuens. Iis 611
quidem, qui secundum patientiam bonis operibus incorruptionem
quaerunt, donabit vitam aeternam, gaudium, pacem, quietem,
multitudinem bonorum, quae *nec oculus vidit, nec auris audivit,
nec in cor hominis ascendit*. Incredulis autem et superbis, et iis
qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, cum repleti
fuerint adulteriis, scortationibus, puerorum stupris, avaritia et in-
fandis simulacrorum cultibus, erit *ira et indignatio, tribulatio et
angustiae,* ac tandem tales detinebit ignis aeternus.

177 2, 3. Dei altissimi et omnipotentis et vere Dei est non solum 100
ubique esse, sed etiam omnia inspicere, omnia audire, nedum loco 118
contineri; alioqui continens locus maior eo invenietur; est enim

---

176. MG 6, 1045; CA 8, 42.
177. MG 6, 1049; CA 8, 50.

εὑρεθήσεται· μεῖζον γάρ ἐστι τὸ χωροῦν τοῦ χωρουμένου·
Θεὸς γὰρ οὐ χωρεῖται, ἀλλὰ αὐτός ἐστι τόπος τῶν ὅλων.

196 2, 4. Πλάτων δὲ καὶ οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ Θεὸν μὲν 178
ὁμολογοῦσιν ἀγέννητον καὶ πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι·
εἶτα ὑποτίθενται Θεὸν καὶ ὕλην ἀγένητον, καὶ ταύτην φασὶ
συνηκμακέναι τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ Θεὸς ἀγένητος καὶ ὕλη ἀγένητος,
οὐκ ἔτι ὁ Θεὸς ποιητὴς τῶν ὅλων ἐστὶ κατὰ τοὺς Πλατωνικούς,
οὐδὲ μὴν μοναρχία Θεοῦ δείκνυται, ὅσον τὸ κατ' αὐτούς. Ἔτι
δὲ καὶ ὥσπερ ὁ Θεός, ἀγένητος ὤν, καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν,
οὕτως εἰ καὶ ἡ ὕλη ἀγένητος ἦν, καὶ ἀναλλοίωτος καὶ ἰσόθεος
ἦν· τὸ γὰρ γενητὸν τρεπτὸν καὶ ἀλλοίωτον, τὸ δὲ ἀγένητον
ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον. Τί δὲ μέγα, εἰ ὁ Θεὸς ἐξ ὑπο-
κειμένης ὕλης ἐποίει τὸν κόσμον; Καὶ γὰρ τεχνίτης ἄνθρωπος,
189 ἐπὰν ὕλην λάβῃ ἀπό τινος, ἐξ αὐτῆς ὅσα βούλεται ποιεῖ. Θεοῦ
δὲ ἡ δύναμις ἐν τούτῳ φανεροῦται, ἵνα ἐξ οὐκ ὄντων ποιῇ
ὅσα βούλεται, καθάπερ καὶ τὸ ψυχὴν δοῦναι καὶ κίνησιν οὐχ
ἑτέρου τινός ἐστιν, ἀλλ' ἢ μόνου Θεοῦ.

189 2, 10. Καὶ πρῶτον μὲν [οἱ προφῆται] συμφώνως ἐδίδαξαν 179
196 ἡμᾶς ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα ἐποίησεν. Οὐ γάρ τι τῷ Θεῷ
συνήκμασεν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ τόπος ὢν καὶ ἀνενδεὴς ὢν καὶ
194 ὑπερέχων πρὸ τῶν αἰώνων ἠθέλησεν ἄνθρωπον ποιῆσαι ᾧ
γνωσθῇ· τούτῳ οὖν προητοίμασε τὸν κόσμον. Ὁ γὰρ γενητὸς
καὶ προσδεής ἐστιν· ὁ δὲ ἀγένητος οὐδενὸς προσδεῖται. Ἔχων

---

quod continet maius eo quod continetur; Deus autem loco non
circumscribitur, sed ipse est omnium locus.

196 2, 4. Plato et qui eum sequuntur, Deum quidem fatentur in- 178
genitum, et patrem et creatorem omnium esse; sed deinde statuunt
duo esse ingenita, Deum et materiam, eamque Deo coaevam esse
dicunt. Quod si Deus ingenitus et materia ingenita, non iam
Deus creator est omnium secundum Platonicos, nec Dei constabit
monarchia, quantum in ipsis est. Deinde, quemadmodum Deus,
quatenus ingenitus, etiam immutabilis est, ita et materia, si esset
ingenita, immutabilis quoque et Deo aequalis foret; quod enim
genitum est, verti et mutari potest, ingenitum autem nec verti
potest nec mutari. Quid autem magni esset, si Deus ex materia
subiecta mundum faceret? Opifex enim apud nos, cum materiam
89 ab aliquo acceperit, ex ea quidquid placuerit effingit. Dei autem
potentia in eo spectatur, ut ex nihilo faciat quaecumque voluerit;
quemadmodum animam et motum dare non est alterius cuiusquam
praeterquam Dei.

189 2, 10. Ac primo quidem [prophetae] summo consensu docuere 179
196 Deum ex nihilo omnia creasse. Nihil enim Deo coaevum, sed,
cum sibi ipse locus sit, nec ulla re egeat, ac saeculis antiquior sit,
194 hominem facere voluit cui innotesceret; huic homini mundum prae-
paravit. Nam qui creatus est, multis rebus eget, increatus autem

---

178. MG 6, 1052; CA 8, 54. 179. MG 6, 1064; CA 8, 78.

οὖν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Λόγον ἐνδιάθετον ἐν τοῖς ἰδίοις 163
σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐξερευ-
ξάμενος πρὸ τῶν ὅλων. Τοῦτον τὸν Λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν 181
τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν.
Οὗτος λέγεται ἀρχή, ὅτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι'
αὐτοῦ δεδημιουργημένων. Οὗτος οὖν, ὢν πνεῦμα Θεοῦ καὶ 66
ἀρχὴ καὶ σοφία καὶ δύναμις Ὑψίστου, κατήρχετο εἰς τοὺς
προφήτας, καὶ δι' αὐτῶν ἐλάλει τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ
κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. Οὐ γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται 148
ὅτε ὁ κόσμος ἐγίνετο, ἀλλὰ ἡ σοφία ἡ ἐν αὐτῷ οὖσα ἡ τοῦ
Θεοῦ, καὶ ὁ Λόγος ὁ ἅγιος αὐτοῦ ὁ ἀεὶ συμπαρὼν αὐτῷ....
Μωϋσῆς δὲ ὁ καὶ Σολομῶνος πρὸ πολλῶν ἐτῶν γενόμενος,
μᾶλλον δὲ ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ὡς δι' ὀργάνου δι' αὐτοῦ
φησιν· «Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν»
[Gn 1, 1].

180 2, 15. Αἱ τρεῖς ἡμέραι [πρὸ] τῶν φωστήρων γεγονυῖαι τύποι 141
εἰσὶν τῆς Τριάδος, τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς
Σοφίας αὐτοῦ.

181 2, 16. Ἔτι μὴν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ ἐκ τῶν 437
ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν 475
λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν
διὰ ὕδατος καὶ «λουτροῦ παλινγενεσίας» [Tit 3, 5], πάντας
τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμ-
βάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ.

---

nulla omnino. Habens igitur Deus suum ipsius Verbum in propriis 163
visceribus insitum genuit illud cum sua sapientia, proferens ante
omnia. Hoc Verbo usus est administro operum suorum, et per 181
illud omnia condidit. Vocatur principium eo quod principatum
habeat et dominatum eorum omnium, quae per ipsum creata sunt.
Hic igitur cum sit spiritus Dei et principium et sapientia et virtus 66
Altissimi, descendebat in prophetas, ac per eos de mundi creatione
et ceteris rebus loquebatur; nondum enim erant prophetae, cum 148
mundus crearetur, sed tantum sapientia Dei quae est in eo, ac
sanctum Verbum eius quod ei semper adest. . . . Moyses autem,
qui multis annis ante Salomonem fuit, vel potius Verbum Dei sic
per eum veluti per instrumentum loquitur: *In principio creavit
Deus caelum et terram.*

180 2, 15. Tres illi dies, qui ante luminaria fuerunt, imago sunt 141
Trinitatis, Dei, eius Verbi, eiusque Sapientiae.

181 2, 16. Benedixit Deus iis quae ex aquis nata sunt, ut id quo- 437
que signum esset homines paenitentiam et remissionem peccatorum 475
per aquam et *lavacrum regenerationis* accepturos, quotquot ad
veritatem accedunt et regenerantur et benedictionem a Deo ac-
cipiunt.

---

180. MG 6, 1077; CA 8, 102.
181. MG 6, 1077; CA 8, 104.

162 2, 22. Ὁ δὲ Λόγος αὐτοῦ [τοῦ Θεοῦ], δι' οὗ τὰ πάντα 182
147 πεποίηκε, δύναμις ὢν καὶ σοφία αὐτοῦ, ἀναλαμβάνων τὸ πρόσ-
ωπον τοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου τῶν ὅλων, οὗτος παρεγίνετο
εἰς τὸν παράδεισον ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ ὡμίλει τῷ Ἀδάμ.
Καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς τὸν Ἀδὰμ λέγοντα
157 τῆς φωνῆς ἀκηκοέναι. Φωνὴ δὲ τί ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος
163 ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅς ἐστι καὶ Υἱὸς αὐτοῦ, οὐχ ὡς οἱ ποιηταὶ καὶ
μυθογράφοι λέγουσιν υἱοὺς θεῶν ἐκ συνουσίας γεννωμένους,
ἀλλά, ὡς ἀλήθεια διηγεῖται, τὸν Λόγον τὸν ὄντα διαπαντὸς
ἐνδιάθετον ἐν καρδίᾳ Θεοῦ; Πρὸ γάρ τι γίνεσθαι, τοῦτον εἶχε
σύμβουλον, ἑαυτοῦ νοῦν καὶ φρόνησιν ὄντα· ὁπότε δὲ ἠθέ-
λησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι ὅσα ἐβουλεύσατο, τοῦτον τὸν Λόγον
ἐγέννησε προφορικόν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, οὐ κενωθεὶς
αὐτὸς τοῦ Λόγου, ἀλλὰ Λόγον γεννήσας καὶ τῷ Λόγῳ αὐτοῦ
διαπαντὸς ὁμιλῶν. Ὅθεν διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγιαι γραφαί,
καὶ πάντες οἱ πνευματοφόροι, ἐξ ὧν Ἰωάννης λέγει· «Ἐν
ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν» [Io 1, 1],
δεικνὺς ὅτι ἐν πρώτοις μόνος ἦν ὁ Θεός, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ
Λόγος. Ἔπειτα λέγει· «Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι'
αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν» [Io 1, 3].
184 Θεὸς οὖν ὢν ὁ Λόγος καὶ ἐκ Θεοῦ πεφυκώς, ὁπότ' ἂν βούληται
ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων, πέμπει αὐτὸν εἴς τινα τόπον, ὃς παρα-
γινόμενος καὶ ἀκούεται καὶ ὁρᾶται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ
ἐν τόπῳ εὑρίσκεται.

---

162 2, 22. Sed eius [Dei] Verbum, per quod fecit omnia, cum sit 182
147 eius virtus et sapientia, assumens Patris et Domini universorum
personam, veniebat in paradisum sub persona Dei et cum Adamo
conversabatur. Nam et ipsa nos divina scriptura docet Adamum
157 dixisse auditam a se esse vocem; vox autem illa quid aliud est
163 nisi Verbum Dei, quod est quoque Filius eius, non ut poetae et
mythographi fingunt filios deorum ex concubitu genitos, sed, ut
veritas narrat, Verbum semper exsistens et in corde Dei insitum?
Antequam enim quidquam fieret, eo utebatur consiliario; est enim
mens eius et prudentia. Cum autem voluit Deus ea facere quae
statuerat, hoc Verbum genuit prolatitium, primogenitum omnis
creaturae non ita tamen ut Verbo vacuus fieret, sed Verbum
gignens et cum Verbo suo semper unitus. Haec nos docent
scripturae sanctae, et quotquot Spiritu Sancto afflati fuere, inter
quos Ioannes dicit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat
apud Deum,* docens initio solum fuisse Deum et in ipso Verbum.
Deinde addit: *Et Deus erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt,*
184 *et sine ipso factum est nihil.* Verbum igitur, cum Deus sit et ex
Deo genitum, illud Pater universorum, cum voluerit, mittit in ali-
quem locum, quo cum venerit, auditur et videtur, missum ab illo,
et in loco invenitur.

---

182. MG 6, 1088; CA 8, 118.

183 2, 25. Οὕτω καὶ τῷ πρωτοπλάστῳ ἡ παρακοὴ περιεποιή- 300
σατο ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου, οὐ μέντοι γε ὡς κακοῦ τι ἔχοντος τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος ἐξήντλησε πόνον, ὀδύνην, λύπην, καὶ τὸ 299
τέλος ὑπὸ θάνατον ἔπεσε.

184 2, 27. Ἀλλὰ φήσει οὖν τις ἡμῖν· Θνητὸς φύσει ἐγένετο 231
ὁ ἄνθρωπος; Οὐδαμῶς. Τί οὖν, ἀθάνατος; Οὐδὲ τοῦτό φαμεν. Ἀλλὰ ἐρεῖ τις· Οὐδὲν οὖν ἐγένετο; Οὐδὲ τοῦτο, ἐγὼ μέν. Οὔτε οὖν φύσει θνητὸς ἐγένετο οὔτε ἀθάνατος. Εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐπεποιήκει, Θεὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει. Πάλιν, εἰ θνητὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει, ἐδόκει ἂν ὁ Θεὸς αἴτιος εἶναι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Οὔτε οὖν ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν 221
οὔτε μὴν θνητόν, ἀλλά, καθὼς ἐπάνω προειρήκαμεν, δεκτικὸν ἀμφοτέρων, ἵνα ῥέψῃ ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας, τηρήσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, μισθὸν κομίσηται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν καὶ γένηται θεός· εἰ δ' αὖ τραπῇ ἐπὶ τὰ τοῦ θανάτου πράγματα, παρακούσας τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ᾖ τοῦ θανάτου. Ἐλεύθερον γὰρ καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον.

185 3, 12. Ἀκόλουθα εὑρίσκεται καὶ τὰ τῶν προφητῶν καὶ 65
τῶν εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἑνὶ Πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι.

186 3, 15. Παρ' οἷς [τοῖς Χριστιανοῖς] σωφροσύνη πάρεστιν, ἐγ- 29
κράτεια ἀσκεῖται, μονογαμία τηρεῖται, ἁγνεία φυλάσσεται, ἀδικία 575
ἐκπορθεῖται, ἁμαρτία ἐκριζοῦται, δικαιοσύνη μελετᾶται, νόμος πολιτεύεται, θεοσέβεια πράσσεται, Θεὸς ὁμολογεῖται, ἀλήθεια

---

183 2, 25. Sic primo homini mandati praetergressio id attulit, ut e 300
paradiso eiceretur; non quod mali quidquam inesset ligno scientiae, sed ex peccato tamquam ex fonte in hominem fluxerunt labores, dolores, molestiae, ac denique mors ipsa. 299

184 2, 27. Sed nobis dicet aliquis: Natura mortalis factus est homo? 231
Minime. Num immortalis? Nihilo magis. Nihil ergo erat? Neque etiam id dicimus. Igitur nec mortalis natura, nec immortalis factus. Nam si immortalem ab initio fecisset, Deum eum fecisset. Rursus si mortalem, videretur Deus causa illius mortis esse. Nec immortalem igitur fecit nec mortalem, sed, ut supra diximus, 221
capacem utriusque, ut, si ad ea ferretur, quae ducunt ad immortalitatem, observandis Dei mandatis, mercedem ab eo acciperet immortalitatem, et deus fieret; si vero deflecteret ad ea, quae ducunt in mortem, non oboediens Deo, ipse sibi mortis auctor esset. Liberum enim Deus et sui iuris hominem fecit.

185 3, 12. Consentaneae inveniuntur prophetarum et evangeliorum 65
sententiae, propterea quod omnes uno Dei afflati Spiritu locuti sunt.

186 3, 15. Apud quos [Christianos] adest temperantia, continentia coli- 29
tur, unicum matrimonium servatur, castimonia custoditur, iniustitia 575
exterminatur, peccatum radicitus evellitur, iustitia exercetur, lex observatur, cultus Dei peragitur, Deus confitendo celebratur, veritas

---

183. MG 6, 1092; CA 8, 126. 184. MG 6, 1093; CA 8, 130.
185. MG 6, 1137; CA 8, 218. 186. MG 6 1141 CA 8, 224.

βραβεύει, χάρις συντηρεῖ, εἰρήνη περισκέπει, λόγος ἅγιος ὁδηγεῖ, σοφία διδάσκει, ζωὴ βραβεύει, Θεὸς βασιλεύει.

ABERCII EPITAPHIUM, ca 180.

Ἐκλεκτῆς πόλεως ὁ πολεί|της τοῦτ' ἐποίησα 187
ζῶν ἵν' ἔχω καιρῷ | σώματος ἔνθα θέσιν.
Οὔνομ' Ἀβέρκιος ὢν ὁ | μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ,
ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας | ὄρεσιν πεδίοις τε,
ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει μεγάλους | πάντῃ καθορῶντας.
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε | (τὰ ζωῆς [1]) γράμματα πιστά·
58 ΕΙΣΡΩΜΗν ὃς ἔπεμψεν | ΕΜΕΝΒΑΣΙΛείαν ἀθρῆσαι
ΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣσαν ἰδεῖν χρυσόσ|ΤΟΛΟΝΧΡυσοπέδιλον·
ΛΑΟΝΔΕΙΔΟΝ ἐκεῖ λαμπρὰν | ΣΦΡΑΓΕΙΔΑΝΕχοντα.
ΚΑΙΣΥΡΙΗΣΠΕδον εἶδον | ΚΑΙΑΣΤΕΑΠΑντα, νίσιβιν
37 ΕΥΦΡΑΤΗΝΔΙΑβάς, πάν|ΤΗΔΕΣΧΟΝΣΥΝΟμίλους
ΠΑΥΛΟΝΕΧΟΝΕΠΟ *** | ΠΙΣΤΙΣ πάντῃ δὲ προῆγε
485 ΚΑΙΠΑΡΕΘΗΚΕ τροφὴν | ΠΑΝΤΗΙΧΘΥΝ ἀπὸ πηγῆς
508 ΠΑΝΜΕΓΕΘΗΚΑΘαρὸν ὃν | ΕΔΡΑΞΑΤΟΠΑΡΘένος ἁγνή,
ΚΑΙΤΟΥΤΟΝΕΠΕδωκε φί|ΛΟΙΣΕΣΘίειν διὰ παντός,
493 οἶνον χρηστὸν ἔχουσα | κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.
502 Ταῦτα παρεστὼς εἶπον | Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι,
ἑβδομηκοστὸν ἔτος καὶ | δεύτερον ἦγον ἀληθῶς.
588 Ταῦθ' ὁ νοῶν εὔξαιτο ὑπὲρ | Ἀβερκίου πᾶς ὁ συνῳδός . . .

---

dominatur, gratia custodit, pax communit, sanctum verbum manu ducit, sapientia docet, vita dirigit, Deus regnat.

Electae civitatis civis | hoc feci 187
vivens ut habeam | corporis hic sedem.
Nomen mihi Abercius, | discipulus pastoris casti,
qui pascit ovium greges | in montibus et agris,
cui oculi sunt grandes | ubique conspicientes.
Is me docuit | litteras fideles (vitae);
58 qui Romam me misit | regnum contemplaturum
visurumque reginam aurea | stola, aureis calceis decoram.
Ibique vidi populum splendido | sigillo insignem.
Et Syriae vidi campos | urbesque cunctas, Nisibin quoque,
37 transgresso Euphrate, ubique vero nactus sum colloquentes,
Paulum habens *** | Fides vero ubique mihi dux fuit,
485 praebuitque cibum | ubique piscem e fonte
508 ingentem, purum, quem | prehendit virgo casta;
deditque amicis perpetuo edendum,
493 vinum optimum habens | ministrans mixtum cum pane.
502 Haec adstans dictavi | Abercius hic inscribenda,
annum agens septuagesimum et | vere secundum.
588 Haec qui intellegit quique eadem sentit, oret pro | Abercio . . .

---

[1] Haec addenda conicit Pitra.

187. *D. Cabrol,* Dict. d' Archéol. chr. 1, 70. — Litteris maioribus scribuntur quae exhibent fragmenta in museo Lateranensi servata.

S. HEGESIPPUS, ca 180.

(Fragm., apud *Eus.*, H. E. 4, 22.)

188 1. Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπο- 39
μνήμασιν τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν· ἐν οἷς 50
δηλοῖ ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν ἀποδημίαν στειλάμενος μέχρι Ῥώμης, καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφεν διδασκαλίαν· ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστιν μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα ἐπιλέγοντος ταῦτα·

2. «Καὶ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς, ἐν
αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. 3. Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, 56
διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου· οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος, καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτήρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος.
Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει ὡς ὁ 60
νόμος κηρύσσει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος.»

S. MELITO SARDENSIS, † ante 194/5.

189 Fragm. 7. Ὡς οὐδεμία ἀνάγκη τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἐξ ὧν 374
μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ Χριστὸς ἔπραξε, παριστᾶν τὸ ἀληθὲς καὶ 376
ἀφάνταστον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος τῆς καθ' ἡμᾶς
ἀνθρωπίνης φύσεως. Τὰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ Χριστοῦ 25

---

188 1. Hegesippus quidem in quinque commentariorum libris, qui ad nos 39
pervenerunt, luculentissima fidei suae testimonia nobis reliquit. Scribit 50
enim se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse, et ab omnibus unam eamdemque audivisse doctrinam. Idem postquam de Clementis ad Corinthios epistula quaedam commemoravit, haec addit, quae nos, si placet, audiamus:

2. «Et Corinthiorum quidem, inquit, ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum, eiusdem loci episcopum; quibuscum familiariter collocutus sum dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide con-
solationem cepimus. 3. Romam vero cum venissem, catalogum feci 56
usque ad Anicetum, cuius tum diaconus erat Eleutherus. Post obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus.
In singulis autem episcoporum successionibus et per singulas urbes 60
eadem manent, quae per legem ac prophetas et a Domino ipso praedicata sunt.»

189 Fragm. 7. Non est necessarium his, quos ratio non fugit, ex 374
actionibus Christi post baptismum adstruere et demonstrare animae 376
et corporis eius et humanae naturae nobiscum convenientis veri-
tatem et ab omni fictione remotionem. Nam quae post baptismum 25

---

188. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 368; MG 20, 377.
189. MG 5, 1221; CA 9, 415.

πραχθέντα, καὶ μάλιστα τὰ σημεῖα, τὴν αὐτοῦ κεκρυμμένην ἐν
383 σαρκὶ θεότητα ἐδήλουν καὶ ἐπιστοῦντο τῷ κόσμῳ. Θεὸς γὰρ ὢν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός, τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν· τὴν μὲν θεότητα αὐτοῦ διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα, τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἐν οἷς, διὰ τὸ ἀτελὲς τὸ κατὰ σάρκα, ἀπέκρυψε τὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ θεότητος, καίπερ Θεὸς ἀληθὴς προαιώνιος ὑπάρχων.

74 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 4, 26. Ἀνελθὼν οὖν εἰς τὴν 190
ἀνατολὴν καὶ ἕως τοῦ τόπου γενόμενος ἔνθα ἐκηρύχθη καὶ ἐπράχθη, καὶ ἀκριβῶς μαθὼν τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία, ὑποτάξας ἔπεμψά σοι· ὧν ἐστι τὰ ὀνόματα· [Μωυσέως πέντε (Γέν., Ἔξ., Ἀρ., Λευ., Δευτ.), Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλ. δύο, Ψαλμ. Δαυίδ, Σολομῶνος Παροιμίαι ἣ καὶ Σοφία, Ἐκκλ., Ἆισμα Ἀισμ., Ἰώβ, Προφητῶν· Ἡσ., Ἱερ., τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ, Δαν., Ἰεζ., Ἔσδρ.].

Polycratis Ephesini Epistula ad Victorem romanum de quaestione 190*
paschali, apud Eus., H. E. 5, 24, v. K 91 sqq.

S. IRENAEUS, ca 140 — ca 202.

Adversus haereses [1].

37 L. 1, c. 10, n. 1. Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης 191
80 τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ
103 τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν
141 εἰς ἕνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, «τὸν πεποιηκότα τὸν
188

---

a Christo gesta sunt, maxime miracula, latentem eius in carne divinitatem potissimum mundo comprobabant et confirmabant.
383 Cum enim idem Deus simul et homo perfectus esset, duas naturas suas nobis patefecit: divinitatem quidem per miracula triennio isto post baptismum patrata, humanitatem vero suam triginta illis annis baptismum antegressis, quibus carnis vilitas tegebat et abscondebat divinitatis signa, tametsi Deus verus esset et sempiternus.

74 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 4, 26. Profectus ergo in orientem et 190
in ipso loco exsistens, ubi haec praedicata et gesta sunt, diligenter didici libros veteris testamenti, eorumque subiectum indicem misi tibi: haec sunt nomina: [Mosis libri V (Gen., Ex., Num., Lev., Deut.), Iesus Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV, Paral. II, Ps. Davidis, Salomonis Proverbia, quae et Sapientia, Eccle., Cant. Cant., Iob; Prophetae: Is., Ier., Prophetarum XII lib. I, Dan., Ez., Esdr.].

37 1, 10, 1. Ecclesia enim per universum orbem usque ad fines 191
80 terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam
103 fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, *qui fecit*
141
188

---

[1] Latinum textum, etsi quandoque a graeco differt, non emendavimus propter eius peculiarem valorem.
190. CB Eus. 2, 386; MG 20, 396.
191. MG 7, 549; H (= Harvey) 1, 90.

οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς θαλάσσας καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς»
[Ps 145, 6; Act 4, 24; 14, 15], πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, 375
τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σω-
τηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα Ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς
τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, 430
καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον 427
εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ
τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ
Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ «ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ
πάντα» [Eph 1, 10], καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρω- 599
πότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ 374
σωτῆρι καὶ βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου,
«πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων,
καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται» [Phil 2, 10—11] αὐτῷ, καὶ
κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν «πνευματικὰ τῆς 428
πονηρίας» [Eph 6, 12], καὶ ἀγγέλους παραβεβηκότας καὶ ἐν
ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους
καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· 594
τοῖς δὲ δικαίοις καὶ ὁσίοις καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι
καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ
ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται καὶ 609
δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

192 1, 10, 2. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα καὶ ταύτην τὴν 50
πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ 80
διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ

---

caelum et terram, et mare, et omnia quae in iis sunt; et in unum 375
Iesum Christum, Filium Dei, incarnatum pro nostra salute; et in
Spiritum Sanctum, qui per prophetas praedicavit dispositiones Dei,
et adventum, et eam quae est ex virgine generationem, et pas- 430
sionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in caelos ascen- 427
sionem dilecti Iesu Christi Domini nostri, et de caelis in gloria
Patris adventum eius, ad *recapitulanda universa,* et resuscitandam 599
omnem carnem humani generis, ut Christo Iesu Domino nostro,
et Deo, et salvatori, et regi, secundum placitum Patris invisibilis, 374
*omne genu curvet caelestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis
lingua confiteatur ei,* et iudicium iustum in omnibus faciat: *spiri-* 428
talia quidem *nequitiae,* et angelos transgressos, atque apostatas
factos, et impios, et iniustos, et iniquos, et blasphemos homines
in aeternum ignem mittat; iustis autem et aequis, et praecepta 594
eius servantibus, et in dilectione eius perseverantibus, quibusdam
quidem ab initio, quibusdam autem ex paenitentia, vitam donans, 609
incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem aeternam cir-
cumdet.

192 1, 10, 2. Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, 50
quemadmodum praediximus, ecclesia, et quidem in universum 80
mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum in-

---

192. MG 7, 552; H 1, 92.

ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα
καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει καὶ διδάσκει καὶ παρα-
δίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον
διάλεκτοι ἀνόμοιοι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ
ἡ αὐτή. Καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως
πεπιστεύκασιν ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις,
οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς Ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ,
οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ'
ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς
καὶ ὁ αὐτός, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ
φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς
32 ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ
τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προεστώτων, ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς
γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον [Mt 10, 24; Lc 6, 40]), οὔτε ὁ ἀσθενὴς
ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς
αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος
εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε.

536 1, 13, 7. Τοιαῦτα δὲ [Μάρκου μαθηταί] λέγοντες καὶ πράτ- 193
τοντες, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κλίμασι τῆς Ῥοδανουσίας, πολλὰς
ἐξηπατήκασι γυναῖκας, αἵτινες, «κεκαυτηριασμέναι τὴν συνείδη-
σιν» [1 Tim 4, 2], αἱ μὲν καὶ εἰς φανερὸν ἐξομολογοῦνται, αἱ
δὲ δυσωπούμεναι τοῦτο, ἡσυχῇ δέ πως ἑαυτὰς ἀπηλπικυῖαι τῆς
ζωῆς τοῦ Θεοῦ, ἔνιαι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπέστησαν, ἔνιαι δὲ
ἐπαμφοτερίζουσιν.

---

habitans; et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam
habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et
tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae
dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est.
Et neque hae quae in Germania sunt fundatae ecclesiae aliter
credunt, aut aliter tradunt; neque hae quae in Hiberis sunt, neque
hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae
in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio
mundi constitutae: sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo
unus et idem est, sic et lumen, praedicatio veritatis, ubique lucet,
et illuminat omnes homines qui volunt ad cognitionem veritatis
32 venire. Et neque is qui valde praevalet in sermone, ex iis qui
praesunt ecclesiis, alia, quam haec sunt, dicet *(nemo* enim *super
magistrum est),* neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem.
Cum enim una et eadem fides sit, neque is, qui multum de ea
potest dicere, ampliat, neque is qui minus, deminorat.

536 1, 13, 7. Talia autem dicentes et operantes [gnostici, Marci di- 193
scipuli], et in iis quoque quae sunt secundum nos regiones Rhoda-
nenses, multas seduxerunt mulieres, quae, *cauterizatas conscientias
habentes,* quaedam quidem etiam in manifesto exomologesim faciunt,
quaedam autem reverentes hoc ipsum in silentio sensim semetipsas
retrahunt, desperantes, a vita Dei, quaedam quidem in totum abs-
cesserunt, quaedam autem inter utrumque dubitant.

---

193. MG 7, 592; H 1, 126.

194 1, 22, 1. Cum teneamus autem nos regulam veritatis, id 104
est, quia sit unus Deus omnipotens, qui omnia condidit per 181 188
Verbum suum, et aptavit, et fecit ex eo quod non erat, ad 189
hoc ut sint omnia, quemadmodum scriptura dicit: *Verbo enim Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum* [Ps 32, 6]; et iterum: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [Io 1, 3], ex omnibus autem nihil subtractum est, sed omnia per ipsum fecit Pater, sive visibilia sive invisibilia, sive sensibilia sive intellegibilia, sive temporalia propter quamdam dispositionem sive sempiterna et aeonia, non per angelos neque per virtutes aliquas abscissas ab eius sententia; nihil enim indiget omnium Deus, sed et per Verbum et Spiritum suum omnia faciens et disponens et gubernans et omnibus esse praestans: . . . hanc ergo tenentes regulam, licet valde varia et multa dicant [haeretici], facile eos deviasse a veritate arguimus.

194* *1, 24. De Saturnino et Basilide, v. K 107 sqq.*
1, 26. De Cerintho, Ebionitis et Nicolaitis, v. K 114 sqq.
1, 27, 1. De Cerdone, v. K 117.

195 1, 27, 2. [Marcion] id quod est secundum Lucam evan- 22
gelium circumcidens, et omnia quae sunt de generatione 19
Domini conscripta auferens, et de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissime conditorem huius universitatis suum Patrem confitens Dominus conscriptus est,
semetipsum esse veraciorem, quam sunt hi qui evangelium 16
tradiderunt apostoli, suasit discipulis suis, non evangelium sed particulam evangelii tradens iis.

195* *1, 28, 1. De Continentibus et Tatiano, v. K 121 sq.*

196 2, 1, 1. Neque ab aliquo motus, sed sua sententia et 191
libere fecit omnia [Deus], cum sit solus Deus, et solus Domi- 103
nus, et solus conditor, et solus Pater, et solus continens omnia, et omnibus, ut sint, ipse praestans.

197 2, 6, 1. Invisibile enim eius [Dei] cum sit potens, magnam 86
mentis intuitionem et sensibilitatem omnibus praestat potentissimae et omnipotentis eminentiae. Unde etiamsi *nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, neque Filium, nisi Pater, et quibus Filius revelaverit* [Mt 11, 27; Lc 10, 22], tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixa moveat ea, et revelet iis, quoniam est unus Deus, omnium Dominus.

198 2, 9, 1. Ipsa enim conditio [mundi] ostendit eum, qui con- 87
didit eam; et ipsa factura suggerit eum, qui fecit; et mundus
manifestat eum, qui se disposuit. Ecclesia autem omnis per 78
universum orbem hanc accepit ab apostolis traditionem.

194. MG 7, 669; H 1, 188. 195. MG 7, 688; H 1, 217.
196. MG 7, 710; H 1, 251. 197. MG 7, 724; H 1, 263.
198. MG 7, 734; H 1, 272.

189 2, 10, 4. Homines quidem de nihilo non possunt aliquid 199
facere, sed de materia subiacenti; Deus autem, quam homines hoc primo melior, eo quod materiam fabricationis suae, cum ante non esset, ipse adinvenit.

157 2, 13, 8. Generationem prolativi hominum verbi transferunt 200
163 in Dei aeternum Verbum, et prolationis initium donantes et genesin, quemadmodum et suo verbo. Et in quo distabit Dei Verbum, immo magis ipse Deus, cum sit Verbum, a verbo hominum, si eamdem habuerit ordinationem et emissionem generationis?

412 473 2, 22, 4. Omnes venit per semetipsum salvare, omnes, 201
474 inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et parvulos, et pueros, et iuvenes, et seniores. Ideo per omnem venit aetatem, et infantibus infans factus, sanctificans infantes; in parvulis parvulus, sanctificans hanc ipsam habentes aetatem, simul et exemplum illis pietatis effectus, et iustitiae, et subiectionis; in iuvenibus iuvenis, exemplum iuvenibus fiens et
15 sanctificans Domino. Sic et senior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus, non solum secundum expositionem veritatis, sed et secundum aetatem, sanctificans simul et seniores, exemplum ipsis quoque fiens; deinde et usque ad mortem pervenit, ut sit *primogenitus ex mortuis, ipse primatum tenens in omnibus* [Col 1, 18], princeps vitae, prior omnium, et praecedens omnes.

118 2, 26, 3. Quid autem si quis interroget nos, si omnis 202
numerus omnium, quae sunt facta et quae fiunt, scitur a Deo,
124 et si secundum illius providentiam unusquisque eorum eam quae secundum se est accepit quantitatem; nobisque consentientibus et confitentibus, quia nihil omnino horum quae facta sunt et quae fiunt et fient scientiam Dei fugit, sed per illius providentiam unumquodque eorum et habitum et ordinem et numerum et quantitatem accipere et accepisse propriam, . . . accipiens a nobis huiusmodi testimonium et consensum, pergat ad hoc, ut et arenam enumeret et calculos terrae, sed et fluctus maris et stellas caeli et causas excogitare numeri qui putatur inventus: nonne in vanum laborans, et delirus hic talis, et irrationabilis ab omnibus qui sensum habent iuste dicetur?

70 2, 28, 2. Si autem omnium quae in scripturis requiruntur 203
103 absolutiones non possumus invenire, alterum tamen Deum praeter eum qui est non requiramus; impietas enim haec maxima est. Cedere autem haec talia debemus Deo, qui et nos fecit, rectissime scientes quia scripturae quidem perfectae
65 sunt, quippe a Verbo Dei et Spiritu eius dictae.

199. MG 7, 736; H 1, 274. 200. MG 7, 747; H 1, 285.
201. MG 7, 784; H 1, 330. 202. MG 7, 801; H 1, 346.
203. MG 7, 804; H 1, 349.

204 2, 28, 6. Irrationabiliter autem inflati audaciter inenarra- 150
bilia Dei mysteria scire vos dicitis: quandoquidem et Domi- 404
nus, ipse Filius Dei, ipsum iudicii diem et horam concessit
scire solum Patrem, manifeste dicens: *De die autem illa et
hora nemo scit, neque Filius, nisi Pater solus* [Mc 13, 32]. Si
igitur scientiam diei illius Filius non erubuit referre ad Pa-
trem, sed dixit quod verum est; neque nos erubescamus,
quae sunt in quaestionibus maiora secundum nos, reservare
Deo. *Nemo* enim *super magistrum est* [Mt 10, 24; Lc 6, 40].
Si quis itaque nobis dixerit: Quomodo ergo Filius prolatus
a Patre est? dicimus ei, quia prolationem istam, sive genera-
tionem sive nuncupationem sive adapertionem aut quolibet
quis nomine vocaverit generationem eius inenarrabilem ex-
sistentem, nemo novit; non Valentinus, non Marcion, neque
Saturninus, neque Basilides, neque angeli, neque archangeli,
neque principes, neque potestates, nisi solus qui generavit
Pater, et qui natus est Filius. Inenarrabilis itaque generatio
eius cum sit, quicumque nituntur generationes et prolationes
enarrare, non sunt compotes sui, ea quae inenarrabilia sunt
enarrare promittentes.

205 2, 30, 9. Ipse a semetipso fecit libere et ex sua potestate, 188
et disposuit et perfecit omnia, et est substantia omnium vo- 191
luntas eius; solus hic Deus invenitur, qui omnia fecit solus
omnipotens, et solus Pater condens et faciens omnia, et visi-
bilia et invisibilia, et sensibilia et insensata, et caelestia et
terrena, *Verbo virtutis suae* [Hebr 1, 3]; et omnia aptavit et
disposuit sapientia sua, et omnia capiens, solus autem a ne- 100
mine capi potest; ipse fabricator, ipse conditor, ipse inventor,
ipse factor, ipse Dominus omnium. . . . Hic Pater Domini
nostri Iesu Christi per Verbum suum, qui est Filius eius, per 161
eum revelatur et manifestatur omnibus, quibus revelatur; co-
gnoscunt enim eum hi quibus revelaverit Filius. Semper 157
autem coexsistens Filius Patri, olim et ab initio semper re-
velat Patrem, et angelis et archangelis et potestatibus et vir-
tutibus et omnibus, quibus vult revelare Deus.

206 2, 34, 2. Si qui autem hoc in loco dicant non posse 218
animas eas, quae paulo ante esse coeperint, in multum tem-
poris perseverare, sed oportere eas aut innascibiles esse ut
sint immortales, vel si generationis initium acceperint cum
ipso corpore mori: discant, quoniam sine initio et sine fine, 102
vere et semper idem, et eodem modo se habens solus est
Deus, qui est omnium Dominus. Quae autem sunt ab illo 196
omnia, quaecumque facta sunt et fiunt, initium quidem suum
accipiunt generationis, et per hoc inferiora sunt ab eo qui

204. MG 7, 808; H 1, 355. 205. MG 7, 822; H 1, 367.
206. MG 7, 835; H 1, 382.

ea fecit, quoniam non sunt ingenita; perseverant autem et
extenduntur in longitudinem saeculorum, secundum volunta-
tem factoris Dei, ita ut sic initio fierent, et postea ut sint iis
donat.

196 2, 34, 3. Quemadmodum enim caelum, quod est super 207
nos, firmamentum et sol et luna et reliquae stellae, et omnia
ornamenta ipsorum, cum ante non essent, facta sunt et multo
235 tempore perseverant secundum voluntatem Dei: sic et de
animabus et de spiritibus et omnino de omnibus his, quae
facta sunt, cogitans quis, minime peccabit, quando omnia,
quae facta sunt, initium quidem facturae suae habeant, per-
severant autem quoadusque ea Deus et esse et perseverare
voluerit.

13 3, 1, 1. Non enim per alios dispositionem salutis nostrae 208
cognovimus, quam per eos, per quos evangelium pervenit ad
nos; quod quidem tunc praeconaverunt, postea vero per Dei
voluntatem in scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et co-
lumnam fidei nostrae futurum. . . . Exierunt in fines terrae . . .
caelestem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem et omnes
pariter et singuli eorum habentes evangelium Dei.

14 17 Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ
56 αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ
Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκ-
18 κλησίαν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος, ὁ μαθητὴς
καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα
19 ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. Καὶ Λουκᾶς δέ, ὁ ἀκόλουθος
Παύλου, τὸ ὑπ᾽ ἐκείνου κηρυσσόμενον εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ
20 κατέθετο. Ἔπειτα Ἰωάννης, ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ
τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ εὐαγγέλιον,
ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων.

80 3, 3, 1. Traditionem itaque apostolorum in toto mundo 209
manifestatam, in omni ecclesia adest respicere omnibus qui
60 vera velint videre; et habemus annumerare eos, qui ab apo-
stolis instituti sunt episcopi, et successores eorum usque ad
nos, qui nihil tale docuerunt neque cognoverunt, quale ab

14 17 3, 1, 1. Ita Matthaeus in Hebraeis ipsorum lingua scripturam 208
56 edidit evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent et
18 fundarent ecclesiam. Post vero horum excessum, Marcus, disci-
pulus et interpres Petri, et ipse quae a Petro annuntiata erant
19 per scripta nobis tradidit. Et Lucas autem, sectator Pauli, quod
ab illo praedicabatur evangelium in libro condidit. Postea et
20 Ioannes, discipulus Domini, qui et supra pectus eius recumbebat,
et ipse edidit evangelium, Ephesi Asiae commorans.

207. MG 7, 836; H 1, 382. 208. MG 7, 844; H 2, 2.
209. MG 7, 848; H 2, 8.

his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas ecclesias committebant. . . .

210 3, 3, 2. Sed quoniam valde longum est in hoc tali vo- 52
lumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximae 80
et antiquissimae et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus 58
apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae eccle- 56
siae, eam quam habet ab apostolis traditionem et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentia vel vanam gloriam, vel per caecitatem et malam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam, propter po[ten]tiorem principalitatem, necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique [*vel:* qui praesunt ecclesiis] conservata est ea quae est ab apostolis traditio.

211 3, 3, 3. Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι 56
ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν
ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον 75
ἐπιστολαῖς μέμνηται. Διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος, μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν
κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους 80
καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος, ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδι-
δαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης 58
τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. . . .

---

211 3, 3, 3. Fundantes igitur et instruentes beati apostoli ecclesiam, 56
Lino episcopatum administrandae ecclesiae tradiderunt. Huius
Lini Paulus in his quae sunt ad Timotheum epistulis meminit. 75
Succedit autem ei Anacletus; post eum tertio loco ab apostolis
episcopatum sortitur Clemens, qui et vidit ipsos apostolos, et con- 80
tulit cum iis, et cum adhuc insonantem praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet, non solus, adhuc enim multi
supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dis- 58
sensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quae est Romae ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans et reparans fidem eorum, et annuntians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem. . . .

---

210. MG 7, 848; H 2, 9. 211. MG 7, 849; H 2, 10.

60 3, 3, 4. Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων 212
μαθητευθείς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν,
15 ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ (ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας ἐξῆλθε τοῦ
80 βίου), ταῦτα διδάξας ἀεὶ ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσιν τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολύκαρπον.

62 3, 4, 1. Tantae igitur ostensiones cum sint, non oportet 213
adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab
80 ecclesia sumere; cum apostoli, quasi in depositorium dives,
82 plenissime in eam contulerint omnia quae sint veritatis, uti
50 omnis quicumque velit sumat ex ea potum vitae. Haec est enim vitae introitus; omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos; quae autem sunt ecclesiae, cum summa diligentia diligere, et
mine fincte ad heresem marcionis et alia plu
ra quae in catholicam eclesiam recepi non
potest fel enim cum melle misceri non con
cruit epistola sane iude et superscrictio
iohannis duas in catholica habentur et sapi 74
entia ab amicis salomonis in honorē ipsius
scripta apocalapse etiam iohanis et pe
tri tantum recipimus quam quidam ex nos
tris legi in eclesia nolunt pastorem vero
nuperrim e temporibus nostris in urbe
roma herma conscripsit sedente cathe
tra urbis romae aeclesiae pio $\overline{\text{eps}}$ fratre
eius et ideo legi eum quidē oportet se pu

37 *lege* semota passione; 40 directe = directae; 41 ipse = ipsae; 42 scysmae heresis = schismae haereses; 43 *lege* Galatis circumcisionem; 44 ordine = ordinem; 49 *lege* nominatim septem; 50 a = ad; 57 iohannis = Iohannes; 60/1 affecto = affectu; 63 scificate = sanctificatae; 64 laudecenses = Laodicenses; 68 superscrictio = superscripti; 69 duas = duae.

plicare vero in eclesia populo neque inter
profetas conpletum numero neqe inter
apostolos in fine temporum potest
arsinoi autem seu valentini vel mitiades
nihil in totum recipemus qui etiam novu
psalmorum librum marcioni conscripse
runt una cum basilide assianom catafry
cum constitutorem . . . .
. . . .

MINUCIUS FELIX.

Octavius, 180/92.

88 18. Quod si ingressus aliquam domum omnia exculta, dis- 269
posita, ornata vidisses, utique praeesse ei crederes dominum
et illis bonis rebus multo esse meliorem. Ita et in hac mundi
domo cum caelo terraque perspicias providentiam, ordinem,
legem, crede esse universitatis dominum parentemque ipsis
sideribus et totius mundi partibus pulchriorem.

105 108 18. [Deus] universa quaecumque sunt verbo iubet, ratione 270
dispensat, virtute consummat. Hic non videri potest, visu
clarior est, nec comprehendi, tactu purior est, nec aestimari,
117 sensibus maior est, infinitus, immensus et soli sibi tantus,
quantus est, notus; nobis vero ad intellectum pectus angustum
est, et ideo sic eum digne aestimamus dum inaestimabilem
dicimus. Eloquar quemadmodum sentio: magnitudinem Dei
qui se putat nosse, minuit; qui non vult minuere, non novit.
Nec nomen Deo quaeras: Deus nomen est. Illic vocabulis
opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus
multitudo dirimenda est: Deo qui solus est, Dei vocabulum
112 totum est. Quem si patrem dixero, carnalem opineris; si
regem, terrenum suspiceris; si dominum, intelleges utique
mortalem. Aufer additamenta nominum et perspicies eius
2 86 claritatem. Quid quod omnium de isto habeo consensum?
91 Audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud
quam ‚Deum' dicunt et ‚Deus magnus est' et ‚Deus verus est'
et ‚si Deus dederit'. Vulgi iste naturalis sermo est an christiani
confitentis oratio?

29 575 31. At nos pudorem non facie, sed mente praestamus; 271
unius matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditatem pro-
creandi aut unam scimus aut nullam. Convivia non tantum
pudica colimus, sed et sobria; nec enim indulgemus epulis

79 conpletum = completo; 82 recipemus = recipimus.
269. W (= Waltzing) 24; CV 2 (ed. C. Halm, 1867), 23; ML 3, 288.
270. W 25; CV 2, 24; ML 3, 290.
271. W 54; CV 2, 45; ML 3, 337.

aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus; casto sermone, corpore castiore plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur; tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio.

272 34. Difficilius est, id quod non sit incipere, quam id quod 598
fuerit iterare. Tu perire et Deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahatur? Corpus omne sive arescit in pulverem sive in humorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis, sed Deo elementorum custodia reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturae timemus, sed veterem et meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit et nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et reviviscunt, post senium arbusta frondescunt, semina nonnisi corrupta revirescunt: ita corpus in saeculo [1], ut arbores in hiberno: occultant virorem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme reviviscat et redeat? Exspectandum nobis etiam corporis ver est. Nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare quam credere: malunt enim exstingui penitus quam ad supplicia reparari.

273 35. Nec tormentis aut modus ullus aut terminus. Illic sa- 592 594
piens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit. Sicut ignes 596
fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes Aetnaei montis et Vesuvi montis et ardentium ubique terrarum flagrant nec erogantur: ita poenale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Eos autem merito torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare quam
laedere. Et quamquam imperitia Dei sufficiat ad poenam, 29
ita ut notitia prosit ad veniam, tamen si vobiscum christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen vobis meliores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris solummodo
viri nascimur; vos scelera admissa punitis, apud nos et cogi- 290
tare peccare est; vos conscios timetis, nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus; denique de vestro numero carcer exaestuat, christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis aut profugus.

---

[1] In CV legitur *sepulcro*.

272. W 60; CV 2, 49; ML 3, 347.

273. W 61; CV 2, 50; ML 3, 348.

TERTULLIANUS, ca 160—222/3.

Apologeticus, 197.

28 7. Cum odio sui coepit veritas, simul atque apparuit, inimica 274
29 est. Tot hostes eius, quot extranei, et quidem proprie ex aemulatione Iudaei, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. Cotidie obsidemur, cotidie prodimur, in ipsis etiam plurimum coetibus et congregationibus nostris opprimimur. Quis umquam taliter vagienti infanti supervenit? Quis cruenta, ut invenerat, Cyclopum et Sirenum ora iudici reseravit? Quis vel in uxoribus aliqua immunda vestigia deprehendit? Quis talia facinora, cum invenisset, celavit aut vendidit, ipsos trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Immo a quibus prodi potuit?
457 Ab ipsis enim reis non utique, cum vel ex forma omnium mysteriorum silentii fides debeatur. Samothracia et Eleusinia reticentur; quanto magis talia, quae prodita interim etiam humanam animadversionem provocabunt, dum divinitus servatur? Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia, cum semper etiam piae initiationes arceant profanos et ab arbitris caveant, nisi si impii minus metuunt?

103 17. Quod colimus, Deus unus est; qui totam molem istam 275
189 cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit,
194 de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suae: unde et
86 Graeci nomen mundo κόσμον accommodaverunt.... Et haec est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare
2 non possunt. Vultis ex operibus ipsius tot ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur, vultis ex animae ipsius testimonio comprobemus? Quae, licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis diis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, et sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo nomine, quia proprie verus sic unus: ‚Deus magnus, Deus bonus', et ‚Quod Deus dederit', omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, ‚Deus videt', et ‚Deo commendo', et ‚Deus mihi reddet'. O testimonium animae naturaliter christianae! Denique pronuntians haec, non ad Capitolium, sed ad caelum respicit. Novit enim sedem Dei vivi; ab illo, et inde descendit.

80 18. Haec [dogmata christiana] et nos risimus aliquando. De 276
vestris sumus. Fiunt, non nascuntur christiani.

---

274. Ra (= Rauschen) 30; ML 1, 307. 275. Ra 58; ML 1, 375.

276. Ra 60; ML 1, 378.

277 21. Eadem semper omnes ingerebant fore, uti sub extimis 373
curriculis saeculi ex omni iam gente et populo et loco cultores 374
sibi adlegeret Deus multo fideliores, in quos gratiam trans-
ferret, pleniorem quidem ob disciplinae auctioris capacitatem.
Venit igitur qui ad reformandam et illuminandam eam ven-
turus a Deo praenuntiabatur, Christus ille Filius Dei. Huius
igitur gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminator
atque deductor generis humani, Filius Dei annuntiabatur, non
quidem ita genitus ut erubescat in filii nomine aut de patris
semine. . . . Dei Filius nullam de impudicitia habet matrem; 430
etiam quam videtur habere, non nupserat. Sed prius sub-
stantiam edisseram et ita nativitatis qualitas intellegetur. Iam 181
ediximus Deum universitatem hanc mundi Verbo et Ratione et
Virtute molitum. . . . Et nos autem Sermonem atque Rationem 162
itemque Virtutem, per quae omnia molitum Deum ediximus,
propriam substantiam spiritum inscribimus, cui et Sermo insit
pronuntianti et Ratio adsit disponenti, et Virtus praesit per-
ficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus, et prolatione 163
generatum, et idcirco Filium Dei et Deum dictum ex unitate 158
substantiae. Nam et Deus spiritus. Et cum radius ex sole
porrigitur, portio ex summa; sed sol erit in radio, quia solis
est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de
Spiritu Spiritus, et de Deo Deus, ut lumen de lumine accen-
sum. Manet integra et indefecta materiae matrix, etsi plures
inde traduces qualitatis mutueris. Ita et quod de Deo pro-
fectum est Deus est et Dei Filius, et unus ambo. Ita de
Spiritu Spiritus et de Deo Deus: modulo alterum numerum,
gradu, non statu fecit, et a matrice non recessit, sed excessit.
Iste igitur Dei radius, ut retro semper praedicabatur, delapsus 377
in virginem quamdam et in utero eius caro figuratus, nascitur 384
homo Deo mixtus. Caro spiritu structa nutritur, adolescit, 390
affatur, docet, operatur, et Christus est.

278 22. Operatio eorum [daemonum] est hominis eversio: sic 210
malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium.
Itaque corporibus quidem et valetudines infligunt, et aliquos
casus acerbos, animae vero repentinos et extraordinarios per
vim excessus. Suppetit illis ad utramque substantiam hominis 200
adeundam mira subtilitas et tenuitas sua. . . . Omnis spiritus
ales est. Hoc angeli et daemones. Igitur momento ubique
sunt: totus orbis illis locus unus est; quid ubi geratur, tam
facile sciunt, quam annuntiant. Velocitas divinitas creditur,
quia substantia ignoratur.

279 37. Hesterni sumus et orbem iam et vestra omnia im- 28
plevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra

277. Ra 68; ML 1, 394. 278. Ra 76; ML 1, 405.
279. Ra 107; ML 1, 462.

ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola vobis
reliquimus templa. Possumus dinumerare exercitus vestros:
31 unius provinciae plures erimus[1]. Cui bello non idonei, non
prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter
trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret,
quam occidere? Potuimus et inermes, nec rebelles, sed tantum-
modo discordes, solius divortii invidia adversus vos dimicasse.
Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum
abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram
tot qualiumcumque civium amissio, immo etiam et ipsa de-
stitutione punisset. Procul dubio expavissetis ad solitudinem
vestram, ad silentium rerum et stuporem quemdam quasi
mortui orbis; quaesissetis quibus imperaretis. Plures hostes
quam cives vobis remansissent.

29 38. Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania circi, 280
cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xysti
vanitate.

29 39. Eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis 281
inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant:
ipsi enim invicem oderunt; et ut pro alterutro mori sint parati:
ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores.

28 40. [Existimant] omnis publicae cladis, omnis popularis in- 282
commodi Christianos esse in causa. Si Tiberis ascendit in
moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si
terra movit, si fames, si lues, statim ‚Christianos ad leonem'
adclamatur.

29 44. De vestris semper aestuat carcer, de vestris semper 283
metalla suspirant, de vestris semper bestiae saginantur, de
vestris semper munerarii noxiorum greges pascunt. Nemo
illic Christianus, nisi hoc tantum, aut si et aliud, iam non
Christianus.

594 48. Restituetur omne humanum genus, ad expungendum 284
609 quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum
in immensam aeternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors
iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui
nunc, nec alii post: Dei quidem cultores apud Deum semper,
superinduti substantia propria aeternitatis; profani vero et qui
592 non integre ad Deum, in poena aeque iugis ignis, habentes
ex ipsa natura eius, divinam scilicet subministrationem in-
corruptibilitatis. Noverunt et philosophi diversitatem arcani
et publici ignis. Ita longe alius est qui usui humano, alius
qui iudicio Dei apparet, sive de caelo fulmina stringens, sive

[1] Hanc sententiam omittit Rauschen cum pluribus mss.

280. Ra 109; ML 1, 466. 281. Ra 111; ML 1, 471.
282. Ra 115; ML 1, 479. 283. Ra 123; ML 1, 497.
284. Ra 136; ML 1, 527.

de terra per vertices montium eructans; non enim absumit
quod exurit, sed, dum erogat, reparat. Adeo manent montes
semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo
iam igni decinerescat. Et hoc erit testimonium ignis aeterni,
hoc exemplum iugis iudicii poenam nutrientis. Montes uruntur
et durant: quid nocentes et Dei hostes?
285 50. Cruciate, torquete, damnate, atterite nos: probatio est 29
enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati 31
Deus patitur. Nam et proxime, ad lenonem damnando Chri-
stianam potius quam ad leonem, confessi estis labem pudicitiae
apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. Nec
quidquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra:
illecebra est magis sectae. Plures efficimur, quoties metimur
a vobis: semen est sanguis Christianorum.

De testimonio animae, 197/200.

286 3. Satanam in omni vexatione et aspernatione et dete- 298
statione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum, totius
erroris artificem, totius saeculi interpolatorem, per quem homo
a primordio circumventus, ut praeceptum Dei excederet, et 302
propterea in mortem datus exinde totum genus de suo semine
infectum suae etiam damnationis traducem fecit.

De spectaculis, ca 200.

287 2. Nemo negat, quia nemo ignorat, quod ultro natura 86
suggerit, Deum esse universitatis conditorem, eamque uni-
versitatem tam bonam quam homini mancipatam.

De praescriptione haereticorum, ca 200.

288 7. Nobis curiositate opus non est, post Christum Iesum, 82
nec inquisitione, post evangelium. Cum credimus, nihil de-
sideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse
quod ultra credere debeamus.
289 9. In primis hoc propono: unum utique et certum aliquid 264
institutum esse a Christo, quod credere omnimodo debeant
nationes, et idcirco quaerere, ut possint, cum invenerint,
credere. Unius porro et certi instituti infinita inquisitio non 82
potest esse, quaerendum est donec invenias, et credendum

---

285. Ra 141; ML 1, 534.
286. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 138; ML 1, 613.
287. CV 20, 2; ML 1, 631.
288. ML 2, 20; Pr (=Preuschen) 7. Ediderunt etiam critice *G. Rauschen*, Florilegium patristicum, fasc. 4, Bonnae 1906; *P. de Labriolle*, Texte latin, trad. française, Paris 1907.
289. ML 2, 23; Pr 8.

ubi inveneris; et nihil amplius, nisi custodiendum quod credi-
disti; dum hoc insuper credas, aliud non esse credendum,
ideoque nec requirendum, cum id inveneris et credideris, quod
ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum
quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit
penes nos esse id quod a Christo institutum est.
13. Regula est autem fidei, ut iam hinc quid defendamus 290
103 profiteamur, illa scilicet qua creditur, unum omnino Deum
189 esse, nec alium praeter mundi conditorem; qui universa de
181 161 nihilo produxerit, per Verbum suum primo omnium emissum;
147 id Verbum, Filium eius appellatum, in nomine Dei varie visum
377 a patriarchis, in prophetis semper auditum, postremo delatum
378 ex Spiritu Patris Dei et virtute in virginem Mariam, carnem
375 factum in utero eius, et ex ea natum egisse Iesum Christum;
23 exinde praedicasse novam legem, et novam promissionem
regni caelorum; virtutes fecisse; fixum cruci, tertia die re-
surrexisse; in caelos ereptum sedisse ad dexteram Patris;
185 misisse vicariam vim Spiritus Sancti, qui credentes agat; ven-
428 turum cum claritate ad sumendos sanctos in vitae aeternae
594 et promissorum caelestium fructum, et ad profanos adiudi-
599 candos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum
carnis restitutione.
78 19. Ubi apparuerit esse veritatem et disciplinae et fidei 291
79 christianae, illic erit veritas scripturarum et expositionum et
omnium traditionum christianarum.
50 20. Apostoli . . . dehinc in orbem profecti, eamdem doc- 292
52 trinam eiusdem fidei nationibus promulgaverunt, et proinde
ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus
traducem fidei et semina doctrinae ceterae exinde ecclesiae
mutuatae sunt, et cotidie mutuantur ut ecclesiae fiant; ac per
hoc et ipsae apostolicae deputantur, ut soboles apostolicarum
ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur ne-
cesse est. Itaque tot ac tantae ecclesiae, una est illa ab
apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, et apo-
stolicae, dum una omnes probant unitatem; dum est illis
communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio
hospitalitatis: quae iura non alia ratio regit quam eiusdem
sacramenti una traditio.
52 21. Hinc igitur dirigimus praescriptionem: si Dominus 293
80 Iesus Christus apostolos misit ad praedicandum, alios non
esse recipiendos praedicatores, quam Christus instituit; quia
nec alius Patrem novit nisi Filius, et cui Filius revelavit [Mt
82 11, 27], nec aliis videtur revelasse Filius, quam apostolis quos
misit ad praedicandum, utique quod illis revelavit. Quid autem

---

290. ML 2, 26; Pr 11.
291. ML 2, 31; Pr 14.
292. ML 2, 32; Pr 15.
293. ML 2, 33; Pr 15.

praedicaverint, id est, quid illis Christus revelaverit, et hic
praescribam non aliter probari debere nisi per easdem ec-
clesias, quas ipsi apostoli condiderunt, ipsi iis praedicando,
tam viva, quod aiunt, voce, quam per epistulas postea. Si
haec ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quae cum
illis ecclesiis apostolicis, matricibus et originalibus fidei, con-
spiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod ecclesiae
ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo accepit; reli-
quam vero omnem doctrinam de mendacio praeiudicandam,
quae sapiat contra veritatem ecclesiarum et apostolorum, et
Christi et Dei. Superest ergo uti demonstremus, an haec
nostra doctrina, cuius regulam supra edidimus, de apostolorum
traditione censeatur, et hoc ipso, an ceterae de mendacio
veniant. Communicamus cum ecclesiis apostolicis, quod nulli
doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis.

294 23. Si reprehensus est Petrus, quod, cum convixisset eth- 63
nicis, postea se a convictu eorum separabat personarum re-
spectu, utique conversationis fuit vitium, non praedicationis.

295 28. Age nunc, omnes [ecclesiae] erraverint; deceptus sit 78
apostolus de testimonio reddendo quibusdam; nullam respexerit 62
Spiritus Sanctus, uti eam in veritatem deduceret, ad hoc missus
a Christo, ad hoc postulatus de Patre, ut esset doctor veritatis;
neglexerit officium Dei villicus, Christi vicarius, sinens ecclesias
aliter interim intellegere, aliter credere, quam ipse per apo-
stolos praedicabat: ecquid verisimile est, ut tot ac tantae in
unam fidem erraverint?

296 32. Ceterum, si quae audent interserere se aetati apo- 52
stolicae, ut ideo videantur ab apostolis traditae, quia sub 80
apostolis fuerunt, possumus dicere: Edant ergo origines eccle-
siarum suarum; evolvant ordinem episcoporum suorum, ita 60
per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus
aliquem ex apostolis, vel apostolicis viris, qui tamen cum
apostolis perseveraverit, habuerit auctorem et antecessorem.
Hoc enim modo ecclesiae apostolicae census suos deferunt:
sicut Smyrnaeorum ecclesia Polycarpum ab Ioanne collocatum
refert; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; 56
proinde utique et ceterae exhibent quos ab apostolis in epi-
scopatum constitutos apostolici seminis traduces habeant. Con-
fingant tale aliquid haeretici. Quid enim illis post blasphemiam
illicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa 50
enim doctrina eorum cum apostolica comparata ex diversitate
et contrarietate sua pronuntiabit, neque apostoli alicuius
auctoris esse, neque apostolici; quia, sicut apostoli non diversa
inter se docuissent, ita et apostolici non contraria apostolis

---

294. ML 2, 36; Pr 18. 295. ML 2, 40; Pr 22.
296. ML 2, 44; Pr 24.

edidissent, nisi illi qui ab apostolis didicerunt aliter prae-
dicaverunt. Ad hanc itaque formam probabuntur ab illis
ecclesiis, quae licet nullum ex apostolis vel apostolicis auctorem
suum proferant, ut multo posteriores, quae denique cotidie
instituuntur; tamen in eadem fide conspirantes non minus
apostolicae deputantur, pro consanguinitate doctrinae. Ita
omnes haereses, ad utramque formam nostris ecclesiis pro-
vocatae, probent se quaqua putant apostolicas. Sed adeo
nec sunt, nec probare possunt quod non sunt, nec recipiuntur
in pacem et communicationem ab ecclesiis quoquo modo
apostolicis, scilicet ob diversitatem sacramenti nullo modo
apostolicae.

52 36. Percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc 297
cathedrae apostolorum suis locis praesident; apud quas ipsae
authenticae litterae eorum recitantur, sonantes vocem et re-
praesentantes faciem uniuscuiusque. Proxima est tibi Achaia?
Habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes
Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere.
55 habes Ephesum. Si autem Italiae adiaces, habes Romam,
unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ita quam felix
ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo pro-
fuderunt; ubi Petrus passioni dominicae adaequatur; ubi
Paulus Ioannis exitu coronatur; ubi apostolus Ioannes postea-
quam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam
relegatur!

80 37. Si haec ita se habent, ut veritas nobis adiudicetur, 298
52 quicumque in ea regula incedimus, quam ecclesia ab apostolis,
apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit, constat ratio pro-
45 positi nostri, definientis non esse admittendos haereticos ad
ineundam de scripturis provocationem, quos sine scripturis
probamus ad scripturas non pertinere. Si enim haeretici sunt,
262 christiani esse non possunt, non a Christo habendo quod de
sua electione sectati haereticorum nomine admittunt. Ita non
christiani, nullum ius capiunt christianarum litterarum. Ad
quos merito dicendum est: Qui estis? quando et unde venistis?
quid in meo agitis, non mei? quo denique, Marcion, iure
silvam meam caedis? qua licentia, Valentine, fontes meos
transvertis? qua potestate, Apelles, limites meos commoves?
quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis et pascitis?
Mea est possessio; olim possideo; habeo origines firmas, ab
ipsis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum heres apostolorum.
Sicut caverunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut
adiuraverunt, ita teneo. Vos certe exheredaverunt semper et
abdicaverunt ut extraneos, ut inimicos.

---

297. ML 2, 49; Pr 28. 298. ML 2, 50; Pr 29.

299 40. Sequetur, a quo intellectus intervertatur eorum, quae 455
ad haereses faciant? A diabolo scilicet, cuius sunt partes
intervertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum
divinorum idolorum mysteriis aemulatur. Tinguit et ipse 459
quosdam, utique credentes et fideles suos; expositionem de-
lictorum de lavacro repromittit; et si adhuc memini, Mithra 478
signat illic in frontibus milites suos; celebrat et panis ob-
lationem, et imaginem resurrectionis inducit et sub gladio
redimit coronam. Quid? quod et summum pontificem unius 566
nuptiis statuit, habet et virgines, habet et continentes.

300 41. Ipsae mulieres haereticae quam procaces, quae audeant 560
docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere,
forsitan et tinguere! Ordinationes eorum temerariae, leves,
inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc saeculo ob-
strictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia
veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quam in
castris rebellium, ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque
alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras 559
lector; hodie presbyter, qui cras laicus; nam et laicis sacer- 554
dotalia munera iniungunt.

De oratione, 200/6.

301 19. Similiter et de stationum diebus non putant plerique 504
sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio solvenda
sit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium
eucharistia resolvit an magis Deo obligat? Nonne sollemnior
erit statio tua, si et ad aram Deo steteris? Accepto corpore 498
Domini et reservato utrumque salvum est, et participatio
sacrificii et exsecutio officii.

De baptismo, 200/6.

302 1. Felix sacramentum aquae nostrae, quia ablutis delictis 459 461
pristinae caecitatis in vitam aeternam liberamur! . . . Nos 475
pisciculi secundum ἰχθὺν nostrum Iesum Christum in aqua
nascimur, nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus.

303 4. Omnes aquae de pristina originis praerogativa sacra- 438
mentum sanctificationis consequuntur invocato Deo. Supervenit 447
enim statim Spiritus de caelis et aquis superest sanctificans
eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi com-
bibunt. Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, 437
ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur.

299. ML 2, 54; Pr 31. 300. ML 2, 56; Pr 32.
301. CV 20 (ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa, 1890), 192; ML 1, 1181.
302. CV 20, 201; ML 1, 1197. Rursus critice edidit *J. M. Lupton* in «Cambridge Patristic Texts» 1908.
303. CV 20, 204; ML 1, 1204.

463 476 7. Exinde egressi de lavacro perungimur benedicta unctione 304
478 de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotio
solebant; ex quo Aaron a Moyse unctus est, unde Christus
dicitur a chrismate, quod est unctio, quae Domino nomen
accommodavit, facta spiritalis, quia Spiritu unctus est a Deo
Patre, sicut in Actis: *Collecti sunt enim vere in ista civitate
adversus sanctum Filium tuum quem unxisti* [Act 4, 27]. Sic et
475 in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quo-
modo et ipsius baptismi carnalis actus quod in aqua mergimur,
spiritalis effectus quod delictis liberamur.

439 8. Dehinc manus imponitur per benedictionem, advocans
et invitans Spiritum Sanctum.

460 10. In Actis apostolorum invenimus, quoniam, qui Ioannis 305
baptismum habebant, non accepissent Spiritum Sanctum, quem
ne auditu quidem noverant: ergo non erat caeleste, quod
caelestia non exhibebat.

470 12. Praescribitur nemini sine baptismo competere salutem, 306
ex illa maxime pronuntiatione Domini, qui ait: *Nisi natus ex
aqua quis erit, non habet vitam* [Io 3, 5].

141 13. Lex tinguendi imposita est et forma praescripta: *Ite,* 307
462 465 inquit, *docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris et Filii
et Spiritus Sancti* [Mt 28, 29].

450 15. Unus omnino baptismus est nobis, tam ex Domini 308
469 evangelio quam ex apostoli litteris, quoniam unus Deus et
unum baptisma et una ecclesia in caelis. Sed circa haereticos
sane quid custodiendum sit, digne quis retractet. Ad nos
45 enim editum est. Haeretici autem nullum habent consortium
nostrae disciplinae, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio
communicationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi
est praeceptum, quia non idem Deus est nobis et illis, nec
unus Christus, id est idem, ideoque nec baptismus unus, quia
non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent,
nec capit numerari quod non habetur; ita nec possunt ac-
cipere, quia non habent. Sed de isto plenius iam nobis in
446 Graeco digestum est. Semel ergo lavacrum inimus, semel
delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.

472 16. Est quidem nobis etiam secundum lavacrum, unum 309
et ipsum, sanguinis scilicet, de quo Dominus: *Habeo,* inquit,
baptismo tingui [Lc 12, 50], cum iam tinctus fuisset; venerat
enim per aquam et sanguinem, sicut Ioannes scripsit, ut aqua
tingueretur, sanguine glorificaretur, perinde nos faceret aqua
vocatos, sanguine electos; hos duos baptismos de vulnere
perfossi lateris emisit, quatenus qui in sanguinem eius crederent

304. CV 20, 206; ML 1, 1206. 305. CV 20, 209; ML 1, 1211.
306. CV 20, 210; ML 1, 1213. 307. CV 20, 212; ML 1, 1215.
308. CV 20, 213; ML 1, 1216. 309. CV 20, 214; ML 1, 1217.

aqua lavarentur, qui aqua lavissent etiam sanguinem potarent;
hic est baptismus qui lavacrum et non acceptum repraesentat
et perditum reddit.
310 17. Superest ad concludendam materiolam de observatione 467
quoque dandi et accipiendi baptismi commonefacere. Dandi
quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; dehinc
presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate,
propter ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est; alioquin 468
etiam laicis ius est; quod enim ex aequo accipitur, ex aequo
dari potest; nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, vo-
cantur discentes; Domini sermo non debet abscondi ab ullo:
perinde et baptismus, aeque Dei census, ab omnibus exerceri
potest. Sed quanto magis laicis disciplina verecundiae et
modestiae incumbit, cum ea maioribus competant, ne sibi
assumant dicatum episcopis officium! Episcopatus aemulatio
schismatum mater est; omnia licere dixit sanctissimus apostolus,
sed non omnia expedire [cf. 1 Cor 6, 12; 10, 23]. Sufficiat
scilicet in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci aut temporis
aut personae condicio compellit: tunc enim constantia suc-
currentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis, quo-
niam reus erit perditi hominis, si supersederit praestare quod
libere potuit.

310* *18. Contra baptismum infantium et de patrinis, v. K 197.*

De paenitentia, 200/6.

311 2. Bonum factum Deum habet debitorem, sicuti et malum, 366
quia iudex omnis remunerator est causae.
312 4. Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu facto, 522
seu voluntate commissis, qui poenam per iudicium destinavit,
idem et veniam per paenitentiam spopondit, dicens ad po-
pulum: *Paenitere, et salvum faciam te* [Ez 18, 21]; et iterum:
Vivo, inquit Dominus, et paenitentiam malo quam mortem [Ez
33, 11]. Ergo paenitentia vita est, cum praeponitur morti. 547
Eam tu peccator, mei similis (immo me minor, ego enim
praestantiam in delictis meam agnosco), ita invade, ita am-
plexare, ut naufragus alicuius tabulae fidem. Haec te pec-
catorum fluctibus mersum prolevabit, et in portum divinae
clementiae protelabit.
313 6. Quam porro ineptum, quam paenitentiam non adimplere, 543
et veniam delictorum sustinere, hoc est, pretium non exhibere,
ad mercem manum emittere! Hoc enim pretio Dominus

310. CV 20, 214; ML 1, 1217.
311. Pr (= Preuschen) 3; ML 1, 1230. Critice edidit *P. de Labriolle*, Texte latin, trad. franç., Paris 1906.
312. Pr 5; ML 1, 1233. 313. Pr 8; ML 1, 1237.

veniam addicere instituit; hac paenitentiae compensatione
redimendam proponit impunitatem.
446 7. Haec igitur venena eius [daemonis] providens Deus, clausa 314
547 licet ignoscentiae ianua et intinctionis sera obstructa, aliquid
adhuc permisit patere. Collocavit in vestibulo paenitentiam
528 secundam, quae pulsantibus patefaciat; sed iam semel, quia
iam secundo; sed amplius numquam, quia proxime frustra.
Non enim et hoc semel satis est? Habes quod iam non
merebaris: amisisti enim quod acceperas. . . . Verum non
statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si
secundae quis paenitentiae debitor fuerit; pigeat sane peccare
rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pigeat iterum peri-
clitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat; iteratae
valetudinis iteranda medicina est; gratus in Dominum exstiteris,
si, quod tibi Dominus offert, non recusaveris; offendisti, sed
reconciliari adhuc potes. Habes cui satisfacias, et quidem
volentem.
525 9. Huius igitur paenitentiae secundae et unius, quanto in 315
528 arcto negotium est, tanto operosior probatio, ut non sola
conscientia praeferatur, sed aliquo etiam actu administretur.
536 Is actus, qui magis graeco vocabulo exprimitur et frequentatur,
ἐξομολόγησις est, qua delictum Domino nostrum confitemur,
530 531 non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione
543 disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia Deus
mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi
hominis disciplina est, conversationem iniungens misericordiae
illicem; de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et
cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus
deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare; ceterum
pastum et potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animae
causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere,
lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum,
presbyteris advolvi, et caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus
legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia exomo-
logesis, ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore
Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei
indignatione fungatur, et temporali afflictatione aeterna sup-
plicia non dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur pro-
volvit hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis
mundatum reddit; cum accusat, excusat; cum condemnat, ab-
solvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus,
crede, parcet.
586 10. Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui, aut 316
suffugere aut de die in diem differre praesumo, pudoris magis

314. Pr 12; ML 1, 1241. 315. Pr 13; ML 1, 1243.
316. Pr 14; ML 1, 1244.

memores quam salutis; velut illi, qui in partibus verecundioribus
corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant
et ita cum erubescentia sua pereunt. . . . Grande plane emolu-
mentum verecundiae occultatio delicti pollicetur. Videlicet
si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et Deum
celabimus? Adeone existimatio hominum et Dei conscientia
comparantur? An melius est damnatum latere quam palam
absolvi?

317 12. Si de exomologesi retractas, gehennam in corde con- 590
sidera, quam tibi exomologesis exstinguet, et poenae prius
magnitudinem imaginare, ut de remedii adeptione non dubites.
Quid illum thesaurum ignis aeterni aestimamus, cum fumariola 592
quaedam eius tales flammarum ictus suscitent, ut proximae
urbes aut iam nullae exstent aut idem sibi de die sperent?
Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus fetu, et, quod 594
nobis iudicii perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum devo-
rentur, numquam tamen finiuntur. Quis haec supplicia interim
montium non iudicii minantis exemplaria deputabit? Quis
scintillas tales non magni alicuius et inaestimabilis foci missilia
quaedam et exercitoria iacula consentiet?

Ad uxorem, 200/6.

318 L. 2, c. 5. Non sciet maritus, quid secreto ante omnem 491 498
cibum gustes? Et si sciverit panem, non illum credit esse 503
qui dicitur? Et haec ignorans quisque rationem simpliciter
sustinebit, sine gemitu, sine suspicione panis an veneni?

319 2, 7. Si ergo ratum est apud Deum matrimonium huius- 570
modi [fidelis cum infideli], cur non prospere cedat, ut et a
pressuris et angustiis et impedimentis et inquinamentis non
ita lacessatur, iam habens ex parte divinae gratiae patrocinium?

320 2, 9. Dubitandum et inquirendum et identidem deliberan- 570
dum est, an idoneus sit invectis dotalibus, cui Deus censum
suum credidit. Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem
eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, et confirmat oblatio,
et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet?

320* *Adv. Iudaeos, 7: De universali propagatione christianismi, v. K 207.*

Adversus Hermogenem, 200/6.

321 3. Dei nomen dicimus semper fuisse apud ipsum et in 97 101
ipso, Domini vero non semper. Diversa enim utriusque con-
dicio. Scilicet Deus substantiae ipsius nomen, id est divinitatis,
Dominus vero non substantiae, sed potestatis. Substantia

317. Pr 16; ML 1, 1247. 318. ML 1, 1296; O (= Oehler) 1, 690.
319. ML 1, 1299; O 1, 693. 320. ML 1, 1302; O 1, 696.
321. CV 47 (ed. A. Kroymann, 1906), 128; ML 2, 199.

semper fuit cum suo nomine, quod est Deus; postea Domini,
accedentis scilicet rei, mentio.

103 4. Quodsi Deus est, unicum sit necesse est, ut unius sit. 322
196 Aut quid erit unicum et singulare, nisi cui nihil adaequabitur?
quid principale, nisi quod super omnia, nisi quod ante omnia
et ex quo omnia? Haec Deus [solus] [1] habendo, est, et solus
habendo, unus est. Si et alius habuerit, tot iam erunt dii,
quot habuerint quae Dei sunt. Ita Hermogenes duos deos
infert, ⟨dum⟩ [1] materiam parem Deo infert. [Deum autem
unum esse oportet, quia quod summum sit Deus est; summum
autem non erit nisi quod unicum fuerit; unicum autem esse
non poterit cui aliquid adaequabitur; adaequabitur autem Deo
materia, cum aeterna censetur.]

189 8. Putans itaque [Hermogenes] materiam Deo non com- 323
parasse, quam scilicet subiciat illi, atquin etiam praeponit
illam Deo et Deum potius subicit materiae, cum vult eum
de materia cuncta fecisse. Si enim ex illa usus est ad opera
mundi, iam et materia superior invenitur, quae illi copiam
operandi subministravit, et Deus subiectus materiae videtur,
cuius substantiae eguit. Nemo enim non eget eo, de cuius
utitur; nemo non subicitur ei, de cuius eget ut possit uti; sic
et nemo de alieno utendo non minor est eo, de cuius utitur,
et nemo, qui praestat de suo uti, non in hoc superior est eo,
cui praestat uti. Itaque materia ipsa quidem Deo non eguit,
sed eguisse ⟨se⟩ Deo praestitit, divite et locuplete et liberali
minori, opinor, et invalido et minus idoneo de nihilo facere
104 quae velit. Grande revera beneficium Deo contulit, *** ut
haberet hodie per quem Deus cognosceretur et omnipotens
vocaretur, nisi quod iam non omnipotens, si non et hoc
potens, ex nihilo omnia proferre.

197 16. Nescio qua possit evadere sententia Hermogenes, qui 324
Deum, quoquo modo de materia malum condidit, sive volun-
tate, sive necessitate, sive ratione, non putet mali auctorem.
Porro si mali auctor est ipse qui fecit, plane socia materia
per substantiae suggestum, exclusa iam causa materiae intro-
ducendae. Nihilominus enim et per materiam Deus auctor
mali ostenditur, si ideo materia praesumpta est, ne Deus mali
189 auctor videretur. Exclusa itaque materia, dum excluditur causa
eius. Superest, uti Deum omnia ex nihilo fecisse constet.
Videbimus an et mala, cum apparuerit quae mala, et an mala
interim ea, quae putas. Dignius enim de suo arbitrio pro-
duxit, haec quoque producendo de nihilo, quam de praeiudicio
alieno, si de materia produxisset. Libertas, non necessitas,

[1] Ita Kroymann.
322. CV 47, 131; ML 2, 201. 323. CV 47, 134, ML 2, 204.
324. CV 47, 143; ML 2, 211.

Deo competit. Malo, voluerit mala a semetipso condidisse
quam non potuerit non condidisse.

325 17. Unici Dei status hanc regulam vindicat, non aliter 104
unici nisi quia solius, non aliter solius nisi quia nihil cum 196
illo. Sic et primus erit, quia omnia post illum: sic omnia 189
post illum, quia omnia ab illo: sic ab illo, quia ex nihilo, ut.
illi quoque scripturae ratio constet.

326 19. Ipsum principium, in quo Deus fecit caelum et terram, 188
aliquid volunt fuisse quasi substantivum et corpulentum, quod
in materiam interpretari possit. Nos autem unicuique vocabulo
proprietatem cum vindicamus, *** principium initium esse et
competisse ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim, quod
fieri habet, sine initio esse, quod initium sit illi ipsum, dum
incipit fieri. Ita principium sive initium inceptionis esse
verbum, non alicuius substantiae nomen.

327 20. Auctoritatem scripturae mihi vindico, quod et Deum, 189
qui fecit, et ea, quae fecit, ostendens, unde fecerit non proinde
testatur. Nam cum in omni operatione tria sint principalia,
qui facit et quod fit et ex quo fit, tria nomina sunt
edenda in legitima operis enarratione: persona factoris, species
facti, forma materiae. Si materia non edetur, ubi et opera
et operae operator eduntur, apparet ex nihilo eum operatum.
Proinde enim ederetur ex quo, si ex aliquo fuisset operatus.

328 21. Dico enim, etsi non aperte scriptura pronuntiavit ex 189
nihilo facta omnia, sicut nec ex materia, non tantam fuisse
necessitatem aperte significandi de nihilo facta omnia, quanta
esset, si ex materia facta fuissent, quoniam, quod fit ex nihilo,
eo ipso dum non ostenditur ex aliquo factum, manifestatur
ex nihilo factum, et non periclitatur, ne ex aliquo factum
existimetur, quando non demonstretur, ex quo sit factum. . . .
Ita si ex nihilo Deus cuncta fecit, potuit scriptura non adiecisse
illum ex nihilo fecisse. Ex materia eum fecisse omni
modo debuit edixisse, ⟨si sci⟩licet ex materia fecisset; quia
illud in totum habebat intellegi, et si non significaretur, at
istud in dubio, nisi significaretur.

De virginibus velandis, ca 206.

328* 1. *Regula fidei, v. K 189.*

329 2. Eas ego ecclesias proposui, quas et ipsi apostoli vel 52
apostolici viri condiderunt, et puto ante quosdam. Habent 80
igitur et illae eamdem consuetudinis auctoritatem, tempora et
antecessores opponunt magis quam posterae istae. Quod ob-

325. CV 47, 144; ML 2, 212. 326. CV 47, 146; ML 2, 214.
327. CV 47, 148; ML 2, 215. 328. CV 47, 149; ML 2, 216.
329. ML 2, 890; O (= Oehler) 1, 885.

servabimus, quid deligemus? Non possumus respuere consuetudinem,
quam damnare non possumus, utpote non extraneam,
quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus ius
pacis et nomen fraternitatis. Una nobis et illis fides, unus
459 Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta.
Semel dixerim, una ecclesia sumus.

430 6. *Misit,* inquit [apostolus], *Deus Filium suum factum ex* 330
muliere [Gal 4, 4]; quam utique virginem constat fuisse, licet
Hebion resistat. Agnosco et angelum Gabrielem ad virginem
missum; sed cum benedicit illam, inter mulieres, non inter
virgines deputat: *Benedicta tu inter mulieres* [Lc 1, 28]. Sciebat
432 et angelus mulierem etiam virginem dici. . . Hic certe nihil
prophetice dictum videri potest, ut futuram mulierem, id est
nuptam, apostolus nominarit dicendo: *factum ex muliere.* Non
enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus
nasci non habebat, id est virum passam, sed illa quae erat
praesens, quae erat virgo, et mulier vocabatur per vocabuli
huius proprietatem, secundum primordii formam, virgini et
ita universo mulierum generi defensam.

Adversus Marcionem, 207/8 [1].

103 L. 1, n. 3. Deus, si non unus est, non est, quia dignius 331
credimus non esse quodcumque non ita fuerit, ut esse debebit.
Deum autem ut scias unum esse debere, quaere quid sit
110 Deus, et non aliter invenies. Quantum humana condicio de
Deo definire potest, id definio, quod et omnium conscientia
102 agnoscet: Deum summum esse magnum in aeternitate constitutum,
[innatum, infectum, sine initio, sine fine].

87 1, 10. A primordio rerum conditor harum cum ipsis pariter 332
compertus est, ipsis ad hoc prolatis, ut Deus cognosceretur. . . .
91 Animae enim a primordio conscientia Dei dos est; eadem
nec alia et in Aegyptiis et in Syris et in Ponticis.

455 1, 14. Sed ille quidem [Christus] usque nunc nec aquam 333
462
476 reprobavit creatoris, qua suos abluit, nec oleum, quo suos
477 ungit, nec mellis et lactis societatem, qua suos infantat, nec
485 panem, quo ipsum corpus suum repraesentat, etiam in sacramentis
propriis egens mendicitatibus creatoris.

86 1, 18. Nos definimus Deum primo natura cognoscendum, 334
93 dehinc doctrina recognoscendum, natura ex operibus, doctrina
ex praedicationibus. Sed cui nulla natura est, naturalia in-
4 strumenta non suppetunt. Ergo vel praedicationibus revelationem
sui debuerat operari, maxime adversus eum revelandus,

[1] Liber 5 scriptus est ca 211. 330. ML 2, 897; O 1, 891.
331. CV 47 (ed. A. Kroymann, 1906), 293; ML 2, 249.
332. CV 47, 302; ML 2, 257. 333. CV 47, 308; ML 2, 262.
334. CV 47, 313; ML 2, 266.

qui et condicionis et praedicationis operibus tot ac tantis vix tamen hominem fide impleverat.

335 2, 5. Liberum et sui arbitrii et suae potestatis invenio 221
hominem a Deo institutum, nullam magis imaginem et similitudinem Dei in illo animadvertens quam eiusmodi status formam. . . . Hunc statum eius confirmavit etiam ipsa lex 294
tunc a Deo posita. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate, nec rursus comminatio mortis transgressioni adscriberetur, si non et contemptus legis in arbitrii libertatem homini deputaretur.

336 3, 8. Christus eius [Marcionis], ne mentiretur, ne falleret 376
et hoc modo creatoris forsitan deputaretur, non erat quod videbatur et quod erat mentiebatur: caro nec caro, homo nec homo. Proinde Deus, opinor, nec Deus. Cur enim non 374
etiam Dei phantasma portaverit? An credam ei de interiore substantia, qui sit de exteriore frustratus? Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aperto? . . . Sic nec passiones Christi eius fidem merebuntur; nihil enim passus 400
est, qui non vere est passus; vere autem pati phantasma non potuit. Eversum est igitur totum Dei opus.

337 3, 19. Hoc lignum [crucis] et Hieremias tibi insinuat, ⟨de⟩ 487
dicturis praedicans Iudaeis: *Venite, iniciamus lignum in panem eius* [Ier 11, 19], utique in corpus. Sic enim Dominus in evangelio quoque vestro revelavit, panem corpus suum appellans, ut et hinc iam eum intellegas corporis sui figuram pani dedisse, cuius retro corpus in panem prophetes figuravit, ipso Domino hoc sacramentum postea interpretaturo.

338 3, 24. Confitemur in terra nobis regnum promissum, sed 604
ante caelum, sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos in civitate divini operis Hierusalem caelo delatum, quam et apostolus matrem nostram sursum designat. Et politeuma nostrum, id est municipatum, in caelis esse pronuntians, alicui utique caelesti civitati eum deputat. Hanc et Ezechiel novit [cf. Ez 48, 30—35] et apostolus Ioannes vidit [cf. Apc 21, 2] et qui apud fidem nostram est novae prophetiae sermo testatur, ut etiam effigiem civitatis ante repraesentationem eius conspectui futuram in signum praedicarit. Denique proxime expunctum est orientali expeditione. Constat enim ethnicis quoque testibus in Iudaea per dies quadraginta matutinis momentis civitatem de caelo pependisse, omni moeniorum habitu evanescente de profectu diei, et alias de proximo nullam. Hanc dicimus excipiendis ⟨de⟩ resurrectione sanctis et refovendis omnium bonorum, utique spiritalium, copia in compensationem eorum, quae in saeculo vel despeximus vel

335. CV 47, 340; ML 2, 290. 336. CV 47, 389; ML 2, 331.
337. CV 47, 408; ML 2, 348. 338. CV 47, 419; ML 2, 355.

amisimus, a Deo prospectam, siquidem et iustum et Deo dignum illic quoque exsultare famulos eius, ubi sunt et afflicti in nomine ipsius. Haec ratio regni ⟨sub⟩caelestis. Post cuius mille annos, intra quam aetatem concluditur sanctorum resurrectio pro meritis maturius vel tardius resurgentium, tunc, et mundi destructione et iudicii conflagratione commissa, de-
610 mutati in atomo in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelae superindumentum, transferemur in caeleste regnum, de quo nunc sic [ideo] retractatur, quasi non praedicato apud creatorem ac per hoc alterius Dei Christum probante, a quo primo et solo sit revelatum.

14 4, 2. Transeo nunc ad evangelii, sane non iudaici sed 339
22 pontici, interim adulterati, demonstrationem, praestructuram, ordinem quem aggredimur. Constituimus imprimis evangelicum instrumentum apostolos auctores habere, quibus hoc munus
20 evangelii promulgandi ab ipso Domino sit impositum. . . .
17 19 Denique nobis fidem ex apostolis Ioannes et Matthaeus in-
18 sinuant, ex apostolicis Lucas et Marcus instaurant.

22 4, 4. Ego meum [evangelium] dico verum, Marcion suum; 340
ego Marcionis affirmo adulteratum, Marcion meum. Quis inter nos determinabit nisi temporis ratio, ei praescribens auctoritatem, quod antiquius reperietur, et ei praeiudicans vitiationem, quod posterius revincetur? . . . Itaque dum emendat, utrumque confirmat: et nostrum anterius, id emendans quod invenit, et id posterius quod de nostri emendatione constituens suum et novum fecit.

80 4, 5. In summa, si constat id verius quod prius, id prius 341
52 quod ⟨ab initio⟩, id ab initio quod ab apostolis, pariter utique constabit id esse ab apostolis traditum, quod apud ecclesias
73 apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac a Paulo
75 Corinthii hauserint, ad quam regulam Galatae sint recorrecti,
55 quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesii, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus evangelium et Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Habemus et Ioannis alumnas ecclesias. Nam etsi Apocalypsin eius
60 Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit auctorem. Sic et ceterarum gene-
19 22 rositas recognoscitur. Dico itaque apud illas, nec solas iam apostolicas, sed apud universas, quae illis de societate sacramenti confoederantur, id evangelium Lucae ab initio editionis stare, quod cum maxime tuemur, Marcionis vero plerisque nec notum. Nullis autem notum ut non eo damnatum? Habet plane et illud ecclesias, sed suas, tam posteras quam adulteras, quarum si censum requiras, facilius apostaticum

339. CV 47, 426; ML 2, 363. 340. CV 47, 428; ML 2, 365.
341. CV 47, 430; ML 2, 366.

invenias quam apostolicum, Marcione scilicet conditore vel
aliquo de Marcionis examine. Faciunt favos et vespae, faciunt
ecclesias et Marcionitae. Eadem auctoritas ecclesiarum apo- 14
fefellit, neque angelum (ne erres), sed hominem. Nam si deum
te voluisset facere, poterat; habes Verbi exemplum; hominem
volens, hominem te fecit; sin vero vis et deus fieri, oboedi ei
qui te fecit, neque obnitere nunc, ut super parvum fideli tibi
reperto magnum etiam concredi possit. Huius Verbum solum ex 158
ipso; ideo et Deus, substantia cum sit Dei. Mundus autem ex 189
nihilo; ideo non Deus; hic etiam dissolvitur, quando vult qui eum
creavit. Deus autem, qui creavit, malum non faciebat neque facit; 197
facit honestum et bonum; bonus est enim qui facit. . . . Hoc 184 375

373 Verbum posterioribus temporibus mittebat Pater, non amplius per
prophetam loqui neque obscure praedicatum subintellegi illud
volens, sed ipso visu apparere, ut mundus illud videns revereretur
non per prophetas praecipiens, neque per angelum terrens animum,
377 sed ipsum praesens quod locutum est. Hoc novimus ex virgine
corpus assumpsisse, et veterem hominem per novam assumptionem
412 gestasse, in vita per quamque aetatem venisse, ut cuique aetati
ipsum lex fieret, finemque suum proprium hominem esse omnibus
hominibus ostenderet praesens, et per semetipsum argueret nihil
301 Deum fecisse mali, et suae potestatis esse hominem, qui possit
379 velle et nolle, cum ad utrumque valeat; illud hominem ex nostra
massa factum esse scimus. Nisi enim ex eadem exstitit, frustra
legem fert imitandi praeceptorem. Si enim ille homo alius forte
erat substantiae, cur similia imperat mihi debili nato, et quomodo
hic bonus et iustus?
374 10, 34. Christus est Deus super omnia, qui peccatum ab ho- 399
413 minibus abluere constituens, novum perficiens veterem hominem,
415 postquam imaginem eum vocavit ab initio per effigiem quam erga
te habet ostendens caritatem, cuius praeceptis si oboediveris gravi-
bus, et boni bonus factus fueris imitator, eris eius consimilis ab
eo honoratus. Non enim mendicus est Deus, qui et te deum fecit
ad suam gloriam.

---

398. MG 16, 3, 3447; C 515.

399. MG 16, 3, 3454; C 524.

Contra Artemonem, ca 230.

400 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 5, 28. Ταῖς θείαις γραφαῖς [haeretici] 65
ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι. . . . 70
Ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, εἰκὸς μηδὲ ἐκείνους
ἀγνοεῖν. Ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν Ἁγίῳ Πνεύματι λελέχθαι τὰς
θείας γραφάς, καί εἰσιν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους
τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ὑπάρχειν, καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν;

CLEMENS ALEXANDRINUS, ca 150—211/15.

Protrepticus, ca 195.

401 C. 1, n. 7, 1. Αἴτιος γοῦν ὁ Λόγος, ὁ Χριστός, καὶ τοῦ 374 375
εἶναι πάλαι ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἐν Θεῷ), καὶ τοῦ εὖ εἶναι· νῦν δὴ 181
ἐπεφάνη ἀνθρώποις αὐτὸς οὗτος ὁ Λόγος, ὁ μόνος ἄμφω, Θεός
τε καὶ ἄνθρωπος, ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος ἀγαθῶν, παρ' οὗ τὸ 412
εὖ ζῆν ἐκδιδασκόμενοι εἰς ἀΐδιον ζωὴν παραπεμπόμεθα. . . .
3. Τοῦτό ἐστι τὸ ᾆσμα τὸ καινόν, ἡ ἐπιφάνεια ἡ νῦν ἐκλάμ-
ψασα ἐν ἡμῖν τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος καὶ προόντος Λόγου· ἐπεφάνη 157
δὲ ἔναγχος ὁ προὼν σωτήρ, ἐπεφάνη ὁ ἐν τῷ ὄντι ὤν, ὅτι
«ὁ Λόγος [ὃς] ἦν πρὸς τὸν Θεόν» [Io 1, 1], διδάσκαλος, ἐπεφάνη
ᾧ τὰ πάντα δεδημιούργηται Λόγος, καὶ τὸ ζῆν ἐν ἀρχῇ μετὰ
τοῦ πλάσαι παρασχὼν ὡς δημιουργός, τὸ εὖ ζῆν ἐδίδαξεν
ἐπιφανεὶς ὡς διδάσκαλος, ἵνα τὸ ἀεὶ ζῆν ὕστερον ὡς Θεὸς
χορηγήσῃ.

---

400 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 5, 28. [Haeretici] divinis scripturis 65
audacter manus intulerunt, eas a se emendatas esse dicentes . . . 70
Quantae porro audaciae sit eiusmodi facinus, ne ipsos quidem
ignorare verisimile est. Aut enim sacras scripturas a Sancto Spiritu
dictatas esse non credunt, ac proinde infideles sunt; aut semetipsos
Spiritu Sancto sapientiores esse existimant, ac proinde quid aliud
sunt quam daemoniaci?

401 1, 7, 1. Hoc igitur Verbum Christus non solum causa fuit ut 374 375
olim essemus (erat enim in Deo), sed etiam ut bene essemus; et 181
nuper hominibus apparuit idem Verbum, qui solus uterque, Deus
et homo, est, nobis omnia bona conferens; a quo bene vivere 412
edocti ad aeternam vitam transmittimur. . . . 3. Hoc est novum
canticum, apparitio, quae inter nos nuper effulsit, Verbi quod erat 157
in principio et ante principium; modo enim apparuit ille, qui olim
erat, servator; apparuit qui est ens in ente, cum *Verbum*, quod
erat apud Deum, ut praeceptor apparuit, Verbum a quo facta sunt
omnia; quod, ut opifex, nobis initio vitam in creatione dederat,
ut praeceptor apparens, nos bene vivere docuit, ut postea vitam
aeternam nobis ut Deus largiatur.

---

400. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 504; MG 20, 516.
401. CB (ed. O. Stählin, 1905 sqq) 1, 7; MG 8, 61.

188 4, 63, 2. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀνθρωπεία τέχνη οἰκίας τε καὶ ναῦς 402
καὶ πόλεις καὶ γραφὰς δημιουργεῖ, Θεὸς δὲ πῶς ἂν εἴποιμι
ὅσα ποιεῖ; Ὅλον ἴδε τὸν κόσμον, ἐκείνου ἔργον ἐστίν· καὶ
οὐρανὸς καὶ ἥλιος καὶ ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι «ἔργα τῶν δακ-
104 τύλων αὐτοῦ» [Ps 8, 4]. 3. Ὅση γε ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ· μόνον
αὐτοῦ τὸ βούλημα κοσμοποιία· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησεν,
ἐπεὶ καὶ μόνος ὄντως ἐστὶ Θεός· ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ
καὶ τῷ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι.

91 6, 68, 2. Πᾶσιν γὰρ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ 403
τοῖς περὶ λόγους ἐνδιατρίβουσιν ἐνέστακταί τις ἀπόρροια
110 θεϊκή· 3. οὗ δὴ χάριν καὶ ἄκοντες μὲν ὁμολογοῦσιν ἕνα γε
εἶναι Θεόν, ἀνώλεθρον καὶ ἀγένητον τοῦτον, ἄνω που περὶ
τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ οἰκείᾳ περιωπῇ ὄντως
ὄντα ἀεί.

65 9, 82, 1. Καὶ μυρίας ἂν ἔχοιμί σοι γραφὰς παραφέρειν, 404
ὧν οὐδὲ «κεραία παρελεύσεται μία» [cf. Mt 5, 18; Lc 16, 17]
μὴ οὐχὶ ἐπιτελὴς γενομένη· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου, τὸ Ἅγιον
Πνεῦμα, ἐλάλησεν ταῦτα.

82 10, 110, 1. Τάχει μὲν δὴ ἀνυπερβλήτῳ εὐνοίᾳ τε εὐπροσίτῳ 405
ἡ δύναμις ἡ θεϊκὴ ἐπιλάμψασα τὴν γῆν σωτηρίου σπέρματος
ἐνέπλησε τὸ πᾶν. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτον
ἔργον ἄνευ θείας κομιδῆς ἐξήνυσεν ὁ Κύριος, ὄψει καταφρο-
νούμενος, ἔργῳ προσκυνούμενος, ὁ καθάρσιος καὶ σωτήριος
374 καὶ μειλίχιος, ὁ θεῖος Λόγος, ὁ φανερώτατος ὄντως Θεός, ὁ

---

188 4, 63, 2. Sed humana ars et domicilia et naves et urbes et 402
picturas conficit; Dei autem opera qua ratione enumerem? Aspice
hunc mundum universum, eius opus est; et caelum et sol et angeli
104 et homines sunt *opera digitorum ipsius*. 3. Quanta est autem Dei
potentia, cuius sola voluntas est mundi creatio! Solus enim Deus
mundum creavit, ut qui solus sit vere Deus; is autem opera sua
volendo conficit, eiusque velle sequitur fieri.

91 6, 68, 2. Universo enim generi humano, praecipue vero illis 403
qui in studiis litterarum versati sunt, divina quaedam emanatio
110 est instillata; 3. a qua fateri vel inviti et reluctantes coguntur,
quod unus sit Deus, interitus ortusque expers, qui supra nos circa
dorsa caeli velut in propria et domestica specula semper versetur.

65 9, 82, 1. Possem etiam alias tibi scripturas afferre paene in- 404
numerabiles, quarum *ne apex quidem unus praeteribit*, qui non
perficiatur. Os enim Domini, Spiritus Sanctus, ea est elocutus.

82 10, 110, 1. Potentia Dei, incredibili celeritate et accessu facil- 405
lima benevolentia illucens, terram salutari semine implevit uni-
versim. Nec enim tam exiguo temporis spatio tantum opus absque
divina providentia perfecit Dominus, specie despectus, re ipsa ad-
oratus, expiator et servator et mansuetus, divinum Verbum, evi-

---

402. CB 1, 48; MG 8, 164. 403. CB 1, 52; MG 8, 173.
404. CB 1, 62; MG 8, 192. 405. CB 1, 78; MG 8, 225.

τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων ἐξισωθείς, ὅτι ἦν υἱὸς αὐτοῦ καὶ «ὁ
Λόγος ἦν ἐν τῷ Θεῷ» [Io 1, 1], 2. οὔθ' ὅτε τὸ πρῶτον προ-
εκηρύχθη, ἀπιστηθείς, οὔθ' ὅτε τὸ ἀνθρώπου προσωπεῖον 376
ἀναλαβὼν καὶ σαρκὶ ἀναπλασάμενος τὸ σωτήριον δρᾶμα τῆς
ἀνθρωπότητος ὑπεκρίνετο, ἀγνοηθείς· 3. γνήσιος γὰρ ἦν ἀγω-
νιστὴς καὶ τοῦ πλάσματος συναγωνιστής, τάχιστα δὲ εἰς πάντας
ἀνθρώπους διαδοθεὶς θᾶττον ἡλίου ἐξ αὐτῆς ἀνατείλας τῆς
πατρικῆς βουλήσεως, ῥᾷστα ἡμῖν ἐπέλαμψε τὸν Θεόν, ὅθεν 23
τε ἦν αὐτὸς καὶ ὃς ἦν, δι' ὧν ἐδίδαξεν καὶ ἐνεδείξατο, παρα- 424
στησάμενος, ὁ σπονδοφόρος καὶ διαλλακτὴς καὶ σωτὴρ ἡμῶν
Λόγος, πηγὴ ζωοποιός, εἰρηνική, ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς
γῆς χεόμενος, δι' ὃν ὡς ἔπος εἰπεῖν τὰ πάντα ἤδη πέλαγος
γέγονεν ἀγαθῶν.

11, 111, 1. ... Ὁ πρῶτος [ὅτε] ἐν παραδείσῳ ἔπαιζε 413
λελυμένος, ἐπεὶ παιδίον ἦν τοῦ Θεοῦ· ὅτε δὲ ὑποπίπτων 415
ἡδονῇ ... παρήγετο ἐπιθυμίαις, ὁ παῖς ἀνδριζόμενος ἀπειθείᾳ
καὶ παρακούσας τοῦ πατρὸς ᾐσχύνετο τὸν Θεόν. ... 2. Τῶν
δεσμῶν λῦσαι τοῦτον ὁ Κύριος αὖθις ἠθέλησεν, καὶ σαρκὶ
ἐνδεθείς (μυστήριον θεῖον τοῦτο) τὸν ὄφιν ἐχειρώσατο καὶ
τὸν τύραννον ἐδουλώσατο, τὸν θάνατον, καί, τὸ παραδοξότατον,
ἐκεῖνον τὸν ἄνθρωπον τὸν ἡδονῇ πεπλανημένον, τὸν τῇ φθορᾷ
δεδεμένον, χερσὶν ἡπλωμέναις ἔδειξε λελυμένον. 3. Ὢ θαύ-
ματος μυστικοῦ· κέκλιται μὲν ὁ Κύριος, ἀνέστη δὲ ἄνθρωπος,
καὶ ὁ ἐκ τοῦ παραδείσου πεσὼν μεῖζον ὑπακοῆς ἆθλον, οὐρα-
νούς, ἀπολαμβάνει.

---

dentissime verus Deus, Domino universorum aequalis, quia erat 374
Filius eius, et *Verbum erat in Deo;* 2. neque cum primum prae-
dicatus nullam impetravit fidem, neque cum hominis personam 376
indutus et carnis forma suscepta salutare egit humanitatis drama,
ignoratus; 3. legitime enim certavit, et creaturam in certamine
adiuvit; celerrime autem ad universos homines delatus, sole celerius
ex ipsa Patris voluntate ortus, facillime nobis Deum illucescere
fecit; unde et quis ipse esset, doctrina et signis ostendit, foederis 23
praeco et mediator et servator noster Verbum, fons vitae et pacis 424
super universam faciem terrae effusus; per quem, ut ita dicam,
rerum universitas effecta est pelagus bonorum.

11, 111, 1. ... Primus homo, cum in paradiso erat, ludebat 413
solutus, quia puerulus erat Dei; postquam vero se voluptati sub- 415
iciens ... seductus est cupiditatibus, puer inoboedientia factus vir,
et patri non parendo, coram Deo erubuit. ... 2. Vinculis illum
solvere rursus voluit Dominus; et carnem indutus (mysterium
divinum) sic serpentem devicit et tyrannum, scilicet mortem, in
servitutem redegit. Et, quod incredibilissimum est, illum hominem,
voluptate seductum et corruptione illigatum, expansis manibus
ostendit solutum. 3. O mirabile mysterium! Succubuit quidem
Dominus, surrexit autem homo; et qui e paradiso excidit, maius
oboedientiae praemium caelum accipit.

Paedagogus, paulo post 195.

417 L. 1, c. 5, n. 23, 1. Αὖθίς ἐστιν ὁ Ἰσαὰκ (καὶ γὰρ ἔστιν 406
ἑτέρως ἐκλαβεῖν) τύπος [ὅς ἐστι] τοῦ Κυρίου, παῖς μὲν ὡς
υἱός (καὶ γὰρ υἱὸς ἦν Ἀβραὰμ ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ), ἱερεῖον
δὲ ὡς ὁ Κύριος. Ἀλλ' οὐ κεκάρπωται ὡς ὁ Κύριος, μόνον
ἐβάστασε τὰ ξύλα τῆς ἱερουργίας ὁ Ἰσαάκ, ὡς ὁ Κύριος τὸ
ξύλον. 2. Ἐγέλα δὲ μυστικῶς, ἐμπλῆσαι ἡμᾶς προφητεύων
χαρᾶς τὸν Κύριον τοὺς αἵματι Κυρίου ἐκ φθορᾶς λελυτρωμένους.
Οὐκ ἔπαθεν δὲ ⟨οὐ⟩ μόνον εἰκότως ἄρα [ὁ Ἰσαὰκ] τὰ πρωτεῖα
374 τοῦ πάθους παραχωρῶν τῷ Λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυρίου τὴν
θειότητα αἰνίττεται μὴ σφαγείς.

475 1, 6, 25, 3. Τελειοῦται δὲ τῷ λουτρῷ μόνῳ [ὁ Χριστός] 407
καὶ τοῦ Πνεύματος τῇ καθόδῳ ἁγιάζεται; Οὕτως ἔχει. 26, 1. Τὸ
δὲ αὐτὸ συμβαίνει τοῦτο καὶ περὶ ἡμᾶς, ὧν γέγονεν ὑπογραφὴ
859 ὁ Κύριος· βαπτιζόμενοι φωτιζόμεθα, φωτιζόμενοι υἱοποιούμεθα,
υἱοποιούμενοι τελειούμεθα, τελειούμενοι ἀπαθανατιζόμεθα·
«Ἐγώ, φησίν, εἶπα, θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες»
[Ps 81, 6]. Καλεῖται δὲ πολλαχῶς τὸ ἔργον τοῦτο, χάρισμα
855 καὶ φώτισμα καὶ τέλειον καὶ λουτρόν· λουτρὸν μὲν δι' οὗ τὰς
ἁμαρτίας ἀπορρυπτόμεθα, χάρισμα δὲ ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτή-
μασιν ἐπιτίμια ἀνεῖται, φώτισμα δὲ δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς
τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστιν δι' οὗ τὸ θεῖον ὀξυωποῦμεν,
τέλειον δὲ τὸ ἀπροσδεές φαμεν. 3. Τί γὰρ ἔτι λείπεται τῷ

---

417 1, 5, 23, 1. Est quoque Isaac (aliter enim accipere possumus) 406
typus Domini; puer quidem, ut filius (erat enim filius Abrahae,
sicut Christus Dei), hostia quoque sicut Dominus. Sed non im-
molatus est ut Dominus; tantummodo portavit ligna sacrificii
Isaac, sicut lignum Dominus. 2. Risit autem mystice, praedicens
fore ut Dominus laetitia nos impleret, qui sanguine Domini a
corruptione redempti sumus. Non autem passus est, non solum
primas passionis partes Verbo cedens; immo vero, eo quod non
374 fuit occisus, Domini divinitatem testatur.

475 1, 6, 25, 3. Solo autem lavacro [Christus] perficitur et Spiritus 407
descensione sanctificatur? Ita habet. 26, 1. Hoc ipsum nobis
quoque evenit, quorum fuit exemplar Dominus. Baptizati illumina-
859 mur; illuminati in filios adoptamur; adoptati perficimur; perfecti
immortales reddimur: *Ego,* inquit, *dixi, dii estis et filii Excelsi
omnes.* 2. Multis autem modis vocatur illud opus: gratia, illumi-
855 natio, perfectum, et lavacrum. Lavacrum quidem, per quod pec-
cata abstergimus. Gratia autem, qua remittuntur poenae, quae
peccatis debentur. Illuminatio autem, per quam sanctam illam et
salutarem lucem intuemur, hoc est, per quam Deum perspicimus.
Perfectum autem dicimus, cui nihil deest. 3. Quid enim ei desit,

---

406. CB 1, 103; MG 8, 277.
407. CB 1, 105; MG 8, 280.

θεὸν ἐγνωκότι; Καὶ γὰρ ἄτοπον ὡς ἀληθῶς χάρισμα κεκλῆσθαι
Θεοῦ τὸ μὴ πεπληρωμένον.
408 1, 6, 41, 3. Τοῦ φιλοστόργου καὶ φιλανθρώπου Πατρὸς 508
ἐπομβρήσαντος τὸν Λόγον, αὐτὸς ἤδη τροφὴ γέγονεν πνευ-
ματικὴ τοῖς σώφροσιν. 42, 1. Ὢ θαύματος μυστικοῦ· εἷς μὲν 141
ὁ τῶν ὅλων Πατήρ, εἷς δὲ καὶ ὁ τῶν ὅλων Λόγος, καὶ τὸ
Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πανταχοῦ, μία δὲ μόνη γίνε- 46
ται μήτηρ παρθένος· Ἐκκλησίαν ἐμοὶ φίλον αὐτὴν καλεῖν. Γάλα
οὐκ ἔσχεν ἡ μήτηρ αὕτη μόνη, ὅτι μόνη μὴ γέγονεν γυνή, παρ-
θένος δὲ ἅμα καὶ μήτηρ ἐστίν, ἀκήρατος μὲν ὡς παρθένος,
ἀγαπητικὴ δὲ ὡς μήτηρ, καὶ τὰ αὑτῆς παιδία προσκαλουμένη
ἁγίῳ τιθηνεῖται γάλακτι, τῷ βρεφώδει Λόγῳ. . . . 3. Ὁ Λόγος
τὰ πάντα τῷ νηπίῳ, καὶ πατὴρ καὶ μήτηρ καὶ παιδαγωγὸς καὶ
τροφεύς· «Φάγεσθέ μου, φησί, τὴν σάρκα καὶ πίεσθέ μου τὸ 484
αἷμα» [cf. Io 6, 53]. Ταύτας ἡμῖν οἰκείας τροφὰς ὁ Κύριος
χορηγεῖ καὶ σάρκα ὀρέγει καὶ αἷμα ἐκχεῖ· καὶ οὐδὲν εἰς αὔξησιν
τοῖς παιδίοις ἐνδεῖ. Ὢ τοῦ παραδόξου μυστηρίου.
409 1, 8, 62, 3. Οὐδὲν δὲ ἔστιν, ᾧ μὴ τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι 188 158
ὁ Θεὸς παρέχεται· οὐδὲν ἄρα μισεῖται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· 4. ἀλλ' 159
οὐδὲ ὑπὸ τοῦ Λόγου· ἓν γὰρ ἄμφω, ὁ Θεός, ὅτι εἶπεν· «Ἐν
ἀρχῇ ὁ Λόγος ἦν ἐν τῷ Θεῷ, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1].
410 2, 2, 19, 4. Διττὸν δὲ τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου· τὸ μέν ἐστιν 485
αὐτοῦ σαρκικόν, ᾧ τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα, τὸ δὲ πνευμα-

---

qui Deum novit? Est enim revera absurdum, Dei vocari gratiam,
quae non sit perfecta et undequaque plena.
408 1, 6, 41, 3. Cum amans et benignus Pater Verbum impluisset, 508
ipsum iam spiritale alimentum factum est bonis hominibus.
42, 1. O miraculum mysticum! Unus quidem est universorum 141
Pater, unum est etiam Verbum universorum, et Spiritus Sanctus
unus, et ipse est ubique. Una autem sola est mater virgo: mihi 46
autem placet eam vocare Ecclesiam. Lac non habuit mater haec
sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul et
mater, integra quidem et inviolata ut virgo, amans autem ut mater,
quae suos accersens infantulos sancto lacte, nempe Verbo infantili,
enutrit. . . . 3. Verbum est omnia infanti, et pater et mater et
paedagogus et altor: *Comedite*, inquit, *meam carnem, et bibite* 484
meum sanguinem. Haec convenientia alimenta nobis suppeditat
Dominus, et carnem praebet, et effundit sanguinem, et ad in-
crementum nihil deest infantulis. O admirabile mysterium!
409 1, 8, 62, 3. Nil est cuius causam essendi non praebet Deus; 188 158
nil ergo odio habet Deus; 4. sed neque Verbum; ambo enim 159
unum sunt, nempe Deus. Dixit enim: *In principio Verbum erat*
in Deo, et Deus erat Verbum.
410 2, 2, 19, 4. Duplex est sanguis Domini: alter enim est car- 485
nalis, quo redempti sumus ab interitu, alter vero spiritualis, quo

---

408. CB 1, 115; MG 8, 300. 409. CB 1, 127; MG 8, 325.
410. CB 1, 167; MG 8, 409.

τικόν, τοῦτ' ἔστιν ᾧ κεχρίσμεθα. Καὶ τοῦτ' ἔστι πιεῖν τὸ αἷμα
τοῦ Ἰησοῦ, τῆς κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας· ἰσχὺς δὲ τοῦ
494 Λόγου τὸ Πνεῦμα, ὡς αἷμα σαρκός. 20, 1. Ἀναλόγως τοίνυν
κίρναται ὁ μὲν οἶνος τῷ ὕδατι, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ τὸ Πνεῦμα,
καὶ τὸ μὲν εἰς πίστιν εὐωχεῖ, τὸ κρᾶμα, τὸ δὲ εἰς ἀφθαρσίαν
ὁδηγεῖ, τὸ Πνεῦμα, ἡ δὲ ἀμφοῖν αὖθις κρᾶσις ποτοῦ τε καὶ
508 Λόγου εὐχαριστία κέκληται, χάρις ἐπαινουμένη καὶ καλή, ἧς οἱ
κατὰ πίστιν μεταλαμβάνοντες ἁγιάζονται καὶ σῶμα καὶ ψυχήν,
τὸ θεῖον κρᾶμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ πατρικοῦ βουλήματος Πνεύ-
ματι καὶ Λόγῳ συγκίρναντος μυστικῶς.
89 3, 1, 1, 1. Ἦν ἄρα, ὡς ἔοικεν, πάντων μέγιστον μαθη- 411
μάτων τὸ γνῶναι αὑτόν· ἑαυτὸν γάρ τις ἐὰν γνῷ, Θεὸν
εἴσεται.
358 3, 1, 1, 5. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ᾧ σύνοικος ὁ Λόγος, 412
οὐ ποικίλλεται, οὐ πλάττεται, μορφὴν ἔχει τὴν τοῦ Λόγου,
ἐξομοιοῦται τῷ Θεῷ, καλός ἐστιν, οὐ καλλωπίζεται· κάλλος
ἐστὶ τὸ ἀληθινόν, καὶ γὰρ ὁ θεός ἐστιν· θεὸς δὲ ἐκεῖνος ὁ
ἄνθρωπος γίνεται, ὅτι βούλεται ὁ Θεός. 2, 1. Ὀρθῶς ἄρα
εἶπεν Ἡράκλειτος· «Ἄνθρωποι θεοί, θεοὶ ἄνθρωποι· λόγος
γὰρ ωὑτός». Μυστήριον ἐμφανές· Θεὸς ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ ὁ
ἄνθρωπος θεός.
89 3, 12, 97, 2. Μυρίαι δὲ ὅσαι ὑποθῆκαι εἰς πρόσωπα ἐκλεκτὰ 413
διατείνουσαι ἐγγεγράφαται ταῖς βίβλοις ταῖς ἁγίαις, αἳ μὲν

---

scilicet uncti sumus. Et hoc est bibere Iesu sanguinem, nempe
fieri participem incorruptionis Domini. Verbi enim virtus est
494 Spiritus, quemadmodum sanguis carnis. 20, 1. Unde sicut vinum
aquae, sic etiam homini Spiritus admiscetur. Ac temperatum
quidem vinum fidem praebet, Spiritus autem deducit ad incorrup-
tionem; amborum autem temperamentum, potus scilicet et Verbi,
508 dicitur eucharistia, scilicet laudabilis et praeclara gratia, cuius qui
secundum fidem sunt participes, sanctificantur et corpore et anima;
quippe divinum temperamentum, hominem scilicet, divina voluntas
Spiritu et Verbo mystice contemperat.
89 3, 1, 1, 1. Est ergo, ut videtur, disciplinarum omnium pul- 411
cherrima et maxima, se ipsum nosse; si quis enim se ipsum norit,
Deum cognoscet.
358 3, 1, 1, 5. Homo autem ille, cui Verbum cohabitat, non variatur, 412
non fingitur, formam habet Verbi, Deo assimilatur; pulcher est,
non se pulchrum fingit; vera est pulchritudo, est enim deus; deus
autem fit ille homo, quia vult idem ac Deus. 2, 1. Recte ergo
dicit Heraclitus: «Homines dii, dii homines, una enim utrique
ratio». Evidens mysterium: Deus in homine, et homo deus.
89 3, 12, 97, 2. Plurima autem alia praecepta, quae ad electas 413
personas pertinent, in sanctis libris scripta sunt: haec quidem

---

411. CB 1, 235; MG 8, 556. 412. CB 1, 236; MG 8, 556.
413. CB 1, 289; MG 8, 676.

πρεσβυτέροις, αἳ δὲ ἐπισκόποις ⟨καὶ⟩ διακόνοις, ἄλλαι χήραις, 555 556
περὶ ὧν ἄλλος ἂν εἴη λέγειν καιρός. 560

414 3, 12, 99, 2. Πάντα ὁ Λόγος καὶ ποιεῖ καὶ διδάσκει καὶ 181
παιδαγωγεῖ. . . . 100, 2. Τοσοῦτος ὁ Λόγος οὗτος ὁ παιδαγωγὸς ὁ τοῦ κόσμου καὶ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργὸς καὶ δι' αὐτὸν ἤδη καὶ τοῦ κόσμου παιδαγωγός, οὗ τῇ ἐγκελεύσει ἄμφω συνεστήκαμεν προσμένοντες τὴν κρίσιν. . . . 101, 1. Ἵλαθι τοῖς σοῖς, παιδαγωγέ, παιδίοις, πατήρ, ἡνίοχε Ἰσραήλ, υἱὲ καὶ πατήρ, 159
ἓν ἄμφω, Κύριε . . . Πάρασχε . . . 2. αἰνοῦντας εὐχάριστον 141
αἶνον τῷ μόνῳ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, Υἱῷ καὶ Πατρί, παιδαγωγῷ καὶ διδασκάλῳ Υἱῷ, σὺν καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι. Πάντα τῷ ἑνί, ἐν ᾧ τὰ πάντα, δι' ὃν τὰ πάντα ἕν, δι' ὃν τὸ ἀεί, οὗ μέλη πάντες, οὗ δόξα αἰῶνες.

Stromata, 208/11.

415 1, 20, 97, 1. Ὡς δὲ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι οἱ καθέλκοντες 312
τὴν ναῦν οὐ πολλὰ αἴτια λέγοιντ' ἄν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἓν (οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις), οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία πρὸς κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ζήτησις οὖσα ἀληθείας, συλλαμβάνεται, οὐκ αἰτία οὖσα καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία καὶ συνεργός. Τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. . . . 99, 3. Καίτοι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας, οὐκ εἰς τὴν καθόλου δὲ δικαιοσύνην, εἰς ἣν εὑρίσκεται συνεργός

---

presbyteris, alia vero episcopis, alia diaconis, alia autem viduis, 555 556
de quibus fuerit aliud dicendi tempus. 560

414 3, 12, 99, 2. Omnia Verbum et facit et docet et instituit. . . . 181
100, 2. Tale est Verbum illud, paedagogus, mundi et hominis opifex, et per ipsum mundi quoque paedagogus, cuius iussu ambo constamus, exspectantes iudicium. . . . 101, 1. Sis propitius tuis pueris, pater, auriga Israel, fili et pater, unum ambo, Domine . . . 159
Praesta . . . 2. ut gratias agentes laudemus unum Patrem et Filium, 141
Filium et Patrem, paedagogum et magistrum Filium, una cum Spiritu Sancto. Omnia uni, in quo omnia, per quem omnia sunt unum, per quem est aeternitas, cuius membra sumus omnes, cuius gloria sunt saecula.

415 1, 20, 97, 1. Quemadmodum multi homines qui navem trahunt 312
non possunt dici multae causae, sed una causa ex multis constans (non est enim unusquisque causa ut navis trahatur, sed cum aliis), ita etiam philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis et cooperatrix. Id autem etiam causa est, quod cum aliis causat. . . . 99, 3. Quamquam per se quoque aliquando Graecos iustificabat philosophia, non tamen usque ad universam ac perfectam iustitiam, ad quam consequendam cooperatur (velut

---

414. CB 1, 290; MG 8, 677. 415. CB 2, 62; MG 8, 813.

(καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος βαθμὸς τῷ εἰς τὸ ὑπερῷον ἀνιόντι καὶ ὁ γραμματιστὴς τῷ φιλοσοφήσοντι).

86 2, 2, 5, 2. «Ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνων· ἡ γὰρ 416
πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία» [Sap 7, 21 22]. 3. Ἔχεις ἐν βραχεῖ τὸ ἐπάγγελμα τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας. Ἀνάγει δὲ ἡ τούτων μάθησις, μετὰ ὀρθῆς πολιτείας ἀσκηθεῖσα, διὰ τῆς πάντων τεχνίτιδος σοφίας ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα τοῦ παντός,
109 δυσάλωτόν τι χρῆμα καὶ δυσθήρατον, ἐξαναχωροῦν ἀεὶ καὶ πόρρω ἀφιστάμενον τοῦ διώκοντος.

249 2, 2, 8, 4. Πίστις δέ, ἣν διαβάλλουσι κενὴν καὶ βάρβαρον 417
263 νομίζοντες Ἕλληνες, πρόληψις ἑκούσιός ἐστι, θεοσεβείας συγκατάθεσις, «ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων» [Hebr 11, 1], κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον· «ταύτῃ γὰρ» μάλιστα «ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι· χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατόν ἐστιν εὐαρεστῆσαι» [ib. 2 6] Θεῷ. 9, 1. Ἄλλοι δ' ἀφανοῦς πράγματος ἐννοητικὴν συγκατάθεσιν ἀπέδωκαν εἶναι τὴν πίστιν, ὥσπερ ἀμέλει τὴν ἀπόδειξιν ἀγνοουμένου
254 πράγματος φανερὰν συγκατάθεσιν. . . . 6. Ὁ πιστεύσας τοίνυν
256 ταῖς γραφαῖς ταῖς θείαις, τὴν κρίσιν βεβαίαν ἔχων, ἀπόδειξιν ἀναντίρρητον τὴν τοῦ τὰς γραφὰς δεδωρημένου φωνὴν λαμβάνει Θεοῦ· οὐκέτ' οὖν πίστις γίνεται δι' ἀποδείξεως ὠχυρωμένη. «Μακάριοι τοίνυν οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες» [Io 20, 29].

---

primus et secundus gradus ei qui ascendit in cenaculum, et grammaticus ei qui est philosophaturus).

86 2, 2, 5, 2. *Et quaecumque sunt occulta et aperta, cognovi. Quae* 416
est enim omnium artifex, me docuit, sapientia. 3. Paucis habes, quid nostra profiteatur philosophia. Illorum autem doctrina cum recta vitae institutione fuerit exercitata, per omnium artificem
109 sapientiam deducit ad eum, qui est princeps universi, qui est difficilis ad apprehendendum et ad capiendum, ut qui semper recedat, et procul se proripiat ab eo, qui persequitur.

249 2, 2, 8, 4. Fides, quam Graeci calumniantur, existimantes 417
263 inanem et barbaram, est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, *rerum quae sperantur substantia, argumentum earum quae non videntur,* iuxta divinum apostolum. *Per eam enim* maxime *testimonium acceperunt antiquiores; sine fide autem impossibile est* Deo *placere.* 9, 1. Alii autem tradiderunt fidem esse rei non apparentis intellectualem assensionem, demonstrationem vero esse rei ignoratae
254 evidentem assensionem. . . . 6. Qui divinis ergo scripturis firmo
256 iudicio credit, demonstrationem accipit cui contradici nequit, vocem scilicet Dei, qui scripturas nobis dedit. Ita fides per demonstrationem firmior fieri nequit. *Beati itaque qui non viderunt et crediderunt.*

---

416. CB 2, 115; MG 8, 936.
417. CB 2, 117; MG 8, 940.

418 2, 4, 14, 3. Ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτική, ἡ πίστις 256 250
δὲ χάρις ἐξ ἀναποδείκτων εἰς τὸ καθόλου ἀναβιβάζουσα τὸ 251
ἁπλοῦν, ὃ οὔτε σὺν ὕλῃ ἐστὶν οὔτε ὕλη οὔτε ὑπὸ ὕλης. . . .
15, 5. Ἀριστοτέλης δὲ τὸ ἑπόμενον τῇ ἐπιστήμῃ κρῖμα, ὡς
ἀληθὲς τόδε τι, πίστιν εἶναί φησι. Κυριώτερον οὖν τῆς ἐπι-
στήμης ἡ πίστις καὶ ἔστιν αὐτῆς κριτήριον.
419 2, 6, 31, 1. Θεία τοίνυν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ ἐξ ἀπιστίας 362 363
πιστόν τι⟨να⟩ γενόμενον καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ φόβῳ πιστεῦσαι.
Καὶ δὴ ἡ πρώτη πρὸς σωτηρίαν νεῦσις ἡ πίστις ἡμῖν ἀναφαί-
νεται, μεθ' ἣν φόβος τε καὶ ἐλπὶς καὶ μετάνοια σύν τε ἐγκρα-
τείᾳ καὶ ὑπομονῇ προκόπτουσαι ἄγουσιν ἡμᾶς ἐπί τε ἀγάπην
ἐπί τε γνῶσιν.
420 2, 23, 145, 3. Ὅτι δὲ γαμεῖν ἡ γραφὴ συμβουλεύει οὐδὲ 572
ἀφίστασθαί ποτε τῆς συζυγίας ἐπιτρέπει, ἄντικρυς νομοθετεῖ·
«Οὐκ ἀπολύσεις γυναῖκα πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ λόγῳ πορνείας» [cf. Mt
5, 32; 19, 9]· μοιχείαν δὲ ἡγεῖται τὸ ἐπιγῆμαι ζῶντος θατέρου
τῶν κεχωρισμένων. . . . 146, 2. «Ὁ δὲ ἀπολελυμένην λαμβάνων
γυναῖκα μοιχᾶται» [ib.; Lc 16, 18], φησίν, «ἐὰν» γάρ «τις ἀπολύσῃ
γυναῖκα, μοιχᾶται αὐτήν» [cf. Mc 10, 11], τουτέστιν ἀναγκάζει
μοιχευθῆναι. 3. Οὐ μόνον δὲ ὁ ἀπολύσας αἴτιος γίνεται τού-
του, ἀλλὰ καὶ ὁ παραδεξάμενος αὐτήν, ἀφορμὴν παρέχων τοῦ
ἁμαρτῆσαι τῇ γυναικί· εἰ γὰρ μὴ δέχοιτο, ἀνακάμψει πρὸς τὸν
ἄνδρα.

---

418 2, 4, 14, 3. Est scientia habitus demonstrativus, fides autem 256 250
gratia, quae ex iis, quae demonstrari nequeunt, deducit ad id, quod 251
est simplex, generale et universum, quod neque est cum materia,
neque materia, neque sub materia. . . . 15, 5. Aristoteles autem
iudicium illud, quod consequitur scientiam, quo verum esse hoc
aut illud iudicamus, dicit esse fidem. Est ergo fides praestantior
quam scientia, et eius criterium.
419 2, 6, 31, 1. Haec ergo tanta mutatio a Deo procedit qua fit, 362 363
ut quis, ex infidelitate fidelis factus, spe et timore credat. At prima
quidem ad salutem esse inclinatio nobis fides apparet, post quam
timor et spes ex paenitentia, cum continentia et tolerantia pro-
ficientes nos ducunt ad amorem et ad cognitionem.
420 2, 23, 145, 3. Quod autem consulit scriptura uxorem ducere 572
et nec a coniugio umquam permittit discedere, legem aperte con-
stituit: *Non dimittes uxorem, praeterquam propter fornicationem.*
Adulterium autem existimat coniungi matrimonio, dum vivit alter
ex separatis. . . . 146, 2. *Qui autem dimissam accipit uxorem,
moechatur,* inquit: *si quis* enim *dimiserit uxorem, moechatur ipsam,*
hoc est, cogit eam moechari. 3. Non solum autem qui dimisit est
eius causa, sed etiam qui eam suscepit, praebens mulieri peccandi
occasionem; si enim non suscipiat, revertetur ad virum.

---

418. CB 2, 120; MG 8, 945. 419. CB 2, 129; MG 8, 965.
420. CB 2, 193; MG 8, 1096.

248 5, 1, 3, 2. Εἰ γὰρ φύσει τις τὸν Θεὸν ἐπίσταται, ὡς Βα- 421
249 σιλείδης οἴεται, [τὴν] νόησιν τὴν ἐξαίρετον πίστιν ἅμα καὶ
βασιλείαν καὶ καλῶν κτίσιν, οὐσίας ἀξίαν τοῦ ποιήσαντος πλη-
σίον ὑπάρχειν αὐτήν, ἑρμηνεύων, οὐσίαν, ἀλλ' οὐκ ἐξουσίαν,
καὶ φύσιν καὶ ὑπόστασιν, κτίσεως ἀνυπερθέτου κάλλος ἀδιό-
ριστον, οὐχὶ δὲ ψυχῆς αὐτεξουσίου λογικὴν συγκατάθεσιν λέγει
τὴν πίστιν.
86 5, 1, 6, 1. Τίς οὖν οὕτως ἄθεος ⟨ὡς⟩ ἀπιστεῖν Θεῷ καὶ 422
τὰς ἀποδείξεις ὡς παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖν τοῦ Θεοῦ; Πάλιν
τῶν ζητημάτων ἃ μὲν αἰσθήσεως δεῖται, οἷον ἐὰν ζητῇ τις εἰ
τὸ πῦρ θερμὸν ἢ ἡ χιὼν λευκή· τινὰ δὲ νουθεσίας καὶ ἐπι-
πλήξεως, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ὡς τὸ ἐρώτημα ἐκεῖνο, εἰ χρὴ
124 γονεῖς τιμᾶν. Ἔστιν δὲ ἃ καὶ κολάσεως ἄξια, ὁποῖόν ἐστι τὸ
88 αἰτεῖν ἀποδείξεις, εἰ πρόνοιά ἐστι. 2. Προνοίας τοίνυν οὔσης,
μὴ κατὰ πρόνοιαν γεγονέναι πᾶσαν τήν τε προφητείαν καὶ τὴν
περὶ τὸν σωτῆρα οἰκονομίαν ἡγεῖσθαι ἀνόσιον, καὶ ἴσως οὐδὲ
χρὴ τὰ τοιαῦτα πειρᾶσθαι ἀποδεικνύναι, φανερᾶς οὔσης τῆς
θείας προνοίας ἔκ τε τῆς ὄψεως τῶν ὁρωμένων πάντων,
τεχνικῶν καὶ σοφῶν ποιημάτων, καὶ τῶν μὲν τάξει γινομένων,
τῶν δὲ τάξει φανερουμένων.
113 5, 11, 71, 3. Εἰ τοίνυν, ἀφελόντες πάντα ὅσα πρόσεστι 423
110 99 τοῖς σώμασιν καὶ τοῖς λεγομένοις ἀσωμάτοις, ἐπιρρίψαιμεν
ἑαυτοὺς εἰς τὸ μέγεθος τοῦ Χριστοῦ κἀκεῖθεν εἰς τὸ ἀχανὲς

---

248 5, 1, 3, 2. Si quis natura scit Deum, ut ait Basilides, intel- 421
249 legentiam eximiam vocans simul fidem et regnum et creaturam
essentia dignam, interpretans prope eum qui fecit illam esse quidem
essentiam, sed non potentiam, naturam quoque et substantiam;
dicit fidem esse indefinitam pulchritudinem creaturae, quae superari
non potest, non autem animae liberae rationalem assensionem.
86 5, 1, 6, 1. Quis est ergo adeo impius, ut Deo non credat et 422
probationes a Deo postulet, tamquam ab hominibus? Rursus ex
quaestionibus aliae quidem sensu indigent: ut si quis quaerat, an
ignis sit calidus, aut nix alba; aliquae vero admonitione et in-
crepatione, ut ait Aristoteles: ut illa interrogatio, an oporteat
124 honorare parentes. Sunt etiam quaedam dignae quae puniantur;
88 cuiusmodi est quaerere probationes, an sit providentia. 2. Cum
sit ergo providentia, non ex providentia factam fuisse et pro-
phetiam et, quae in salvatorem facta est, oeconomiam putare est
nefarium. Et fortasse ne conari quidem oportet haec demonstrare,
cum sit manifesta divina providentia, ex aspectu omnium, quae
videntur, effectorum, quae arte constant et sapientia, quorum alia
quidem ordine fiunt, alia vero ordine manifestantur.
113 5, 11, 71, 3. Si ergo, ablatis omnibus quae adsunt corporibus, et 423
110 99 iis quae dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus in Christi magni-
tudinem; et inde in eius immensitatem sanctitate processerimus, ad

---

421. CB 2, 327; MG 9, 12. 422. CB 2, 329; MG 9, 16.
423. CB 2, 374; MG 9, 109.

ἁγιότητι προΐοιμεν, τῇ νοήσει τοῦ παντοκράτορος ἀμῇ γέ πῃ προσάγοιμεν ⟨ἄν⟩, οὐχ ὅ ἐστιν, ὃ δὲ μή ἐστι γνωρίσαντες· 4. σχῆμα δὲ καὶ κίνησιν ἢ στάσιν ἢ θρόνον ἢ τόπον ἢ δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς οὐδ' ὅλως ἐννοητέον, καίτοι καὶ ταῦτα γέγραπται· ἀλλ' ὃ βούλεται δηλοῦν αὐτῶν ἕκαστον, κατὰ τὸν οἰκεῖον ἐπιδειχθήσεται τόπον. 5. Οὔκουν ἐν τόπῳ τὸ πρῶτον αἴτιον, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ ὀνόματος καὶ νοήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Μωυσῆς φησιν· «Ἐμφάνισόν μοι σαυτόν» [Ex 33, 13], ἐναργέστατα αἰνισσόμενος μὴ εἶναι διδακτὸν πρὸς ἀνθρώπων μηδὲ ῥητὸν τὸν Θεόν, ἀλλ' ἢ μόνῃ τῇ παρ' αὐτοῦ δυνάμει γνωστόν.

424 5, 12, 81, 6. Οὐδὲ μὴν μέρη τινὰ αὐτοῦ [τοῦ Θεοῦ] λεκτέον· 97
ἀδιαίρετον γὰρ τὸ ἕν, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἄπειρον, οὐ κατὰ τὸ 100
ἀδιεξίτητον νοούμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀδιάστατον καὶ μὴ ἔχον
πέρας, καὶ τοίνυν ἀσχημάτιστον καὶ ἀνωνόμαστον. 82, 1. Κἂν 98
ὀνομάζωμεν αὐτό ποτε, οὐ κυρίως καλοῦντες ἤτοι ἓν ἢ τἀγαθὸν 110
ἢ νοῦν ἢ αὐτὸ τὸ ὂν ἢ Πατέρα ἢ Θεὸν ἢ Δημιουργὸν ἢ Κύριον, οὐχ ὡς ὄνομα αὐτοῦ προφερόμενοι λέγομεν, ὑπὸ δὲ ἀπορίας ὀνόμασι καλοῖς προσχρώμεθα, ἵν' ἔχῃ ἡ διάνοια, μὴ περὶ ἄλλα πλανωμένη, ἐπερείδεσθαι τούτοις. 2. Οὐ γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον μηνυτικὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ἀθρόως ἅπαντα ἐνδεικτικὰ τῆς τοῦ παντοκράτορος δυνάμεως· τὰ γὰρ λεγόμενα ἢ ἐκ τῶν προσόντων αὐτοῖς ῥητά ἐστιν ἢ ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα

---

intellegentiam omnipotentis utcumque perveniemus, non ita tamen, ut quod est, sed ut quod non est cognoscamus. 4. Figura autem et motus, vel status, vel sedes, vel locus, vel dextra, vel sinistra, de Patre universorum ne sunt quidem cogitanda, etiamsi haec de ipso scripta sint; sed quid significet unumquodque eorum, ostendetur suo loco. 5. Non est ergo prima causa in loco, sed supra locum et tempus et nomen et intellegentiam. Propterea Moyses quoque dicit: *Ostende mihi te ipsum,* evidentissime innuens Deum non posse doceri nec verbis exprimi ab hominibus, sed sola ea quae ab ipso proficiscitur posse potestate cognosci.

424 5, 12, 81, 6. Neque dicendum est esse aliquas eius [Dei] partes; 97
unum enim non potest dividi. Quin etiam ideo est infinitum, non 100
quod ita concipiatur ut pervadi non possit, sed quatenus nullam suscipit dimensionem et finem non habet: et ideo non habet figuram neque nomen. 82, 1. Et si aliquando eum minus proprie
nominemus, vocantes unum, aut bonum, aut mentem, aut ipsum 98
id quod est, aut Patrem, aut Deum, aut Creatorem, aut Dominum: 110
non id dicimus tamquam nomen eius proferentes, sed propter nominis defectum pulchris utimur nominibus, ut, in aliis non aberrans, illis inniti possit cogitatio. 2. Non enim singula ex his Deum significant, sed omnia simul omnipotentis indicant potentiam. Quae enim dicuntur, ex iis quae ipsis adsunt aut ex ea quae est inter se invicem habitudine ac relatione dicuntur; horum autem

---

424. CB 2, 380; MG 9, 121.

σχέσεως, οὐδὲν δὲ τούτων λαβεῖν οἷόν τε περὶ τοῦ Θεοῦ. 3. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπιστήμῃ λαμβάνεται τῇ ἀποδεικτικῇ· αὕτη γὰρ ἐκ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων συνίσταται, τοῦ δὲ ἀγεννήτου οὐδὲν προϋπάρχει.

91 5, 13, 87, 1. Νῦν γὰρ ἐδείχθη ἐναργῶς, «ὃ ἑτέραις γενεαῖς 425
οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, νῦν ἀπεκαλύφθη» [Eph 3, 5]. 2. Θεοῦ μὲν γὰρ ἔμφασις ἑνὸς ἦν τοῦ παντοκράτορος παρὰ πᾶσι τοῖς εὖ φρονοῦσι πάντοτε φυσική, καὶ τῆς ἀϊδίου κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν εὐεργεσίας ἀντελαμβάνοντο οἱ πλεῖστοι, οἱ καὶ μὴ τέλεον ἀπηρυθριακότες πρὸς τὴν ἀλήθειαν....

5, 14, 133, 7. Τοῦ Πατρὸς ἄρα καὶ ποιητοῦ τῶν συμπάντων ἐμφύτως καὶ ἀδιδάκτως ἀντιλαμβάνεται πάντα πρὸς πάντων.... 8. Γένος δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ τῶν γεωργούντων οὐδὲ νομάδων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν πολιτικῶν δύναται ζῆν, μὴ προκατειλημμένον τῇ τοῦ κρείττονος πίστει.

400 6, 9, 71, 2. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ σωτῆρος τὸ σῶμα ἀπαιτεῖν 426
402 ὡς σῶμα τὰς ἀναγκαίας ὑπηρεσίας εἰς διαμονήν, γέλως ἂν
376 εἴη· ἔφαγεν γὰρ οὐ διὰ τὸ σῶμα, δυνάμει συνεχόμενον ἁγίᾳ, ἀλλ' ὡς μὴ τοὺς συνόντας ἄλλως περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ὑπεισέλθοι, ὥσπερ ἀμέλει ὕστερον δοκήσει τινὲς αὐτὸν πεφανερῶσθαι ὑπέλαβον· αὐτὸς δὲ ἁπαξαπλῶς ἀπαθὴς ἦν, εἰς ὃν οὐδὲν παρεισδύεται κίνημα παθητικὸν οὔτε ἡδονὴ οὔτε λύπη.

---

nihil potest de Deo accipi. 3. Sed neque per scientiam attingitur demonstrativam; ea enim ex prioribus constat et ex notioribus: nihil est autem ante ingenitum.

91 5, 13, 87, 1. Nunc aperte est ostensum, *id quod aliis gene-* 425
rationibus notum non evaserat hominum filiis, nunc esse revelatum. 2. Nam Dei quidem unius omnipotentis manifestatio apud omnes, qui recte sapiunt, omnino erat naturalis, et aeternum ex divina providentia beneficium percipiebant plurimi, qui non plane omnem exuerunt pudorem adversus veritatem....

5, 14, 133, 7. Parentis igitur ac rerum omnium effectoris omnia ab omnibus, nativa quadam vi ac sine disciplinae argumento, percipiuntur.... 8. Nullum autem genus usquam agricolarum aut pastorum, neque etiam eorum qui in civitate degunt, potest vivere, quin superioris fide praeoccupatus fuerit.

400 6, 9, 71, 2. Sed in servatore quidem corpus ut corpus ne- 426
402 cessaria postulare ministeria, ut in vita permaneat, erit ridiculum.
376 Comedebat enim non propter corpus, quod sancta virtute continebatur, sed ne iis, qui cum eo versabantur, in mentem veniret de eo aliter sentire, sicut postea quidam existimarunt eum apparuisse visione et phantasmate. Ipse autem prorsus passionis erat expers, ut quem nullus subiret motus affectionis neque voluptas neque dolor.

---

425. CB 2, 383 416; MG 9, 128 196.
426. CB 2, 467; MG 9, 292.

427 6, 13, 107, 2. Καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν προ- 39
κοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, μιμήματα, οἶμαι, ἀγ- 555
γελικῆς δόξης κἀκείνης τῆς οἰκονομίας τυγχάνουσιν, ἣν ἀναμένειν φασὶν αἱ γραφαὶ τοὺς κατ' ἴχνος τῶν ἀποστόλων ἐν τελειώσει δικαιοσύνης κατὰ τὸ εὐαγγέλιον βεβιωκότας.

428 6, 14, 108, 4. Ὅταν ἀκούσωμεν· «Ἡ πίστις σου σέσωκέν 363
σε» [Mt 9, 22; Mc 5, 34; Lc 8, 48], οὐχ ἁπλῶς τοὺς ὁπωσοῦν πιστεύσαντας σωθήσεσθαι λέγειν αὐτὸν [Χριστόν] ἐκδεχόμεθα, ἐὰν μὴ καὶ τὰ ἔργα ἐπακολουθήσῃ. 5. Αὐτίκα Ἰουδαίοις μόνοις ταύτην ἔλεγε τὴν φωνὴν τοῖς νομικῶς καὶ ἀνεπιλήπτως βεβιωκόσιν, οἷς μόνον ἡ εἰς τὸν Κύριον ὑπελείπετο πίστις.

429 6, 17, 156, 5. Ὁ γάρ τοι Θεὸς πάντα οἶδεν, οὐ μόνον τὰ 118
ὄντα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ ὡς ἔσται ἕκαστον, τάς τε ἐπὶ μέρους κινήσεις προορῶν πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, 6. γυμνὴν ἔσωθεν τὴν ψυχὴν βλέπων, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τὴν ἑκάστου τῶν κατὰ μέρος ἔχει δι' αἰῶνος, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν θεάτρων γίνεται, καὶ ἐπὶ τῶν ἑκάστου μερῶν κατὰ τὴν ἐνόρασίν τε καὶ περιόρασιν καὶ συνόρασιν, τοῦτο ἐπὶ τοῦ Θεοῦ γίνεται. 7. Ἀθρόως τε γὰρ πάντα καὶ ἕκαστον ἐν μέρει μιᾷ προσβολῇ προσβλέπει, οὐ πάντα μέντοι κατὰ τὴν προηγουμένην ἐπέρεισιν. 157, 1. Ἤδη γοῦν πολλὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ καὶ διά τινος λογισμοῦ ἀνθρωπίνου λαμβάνει τὴν γένεσιν, θεόθεν τὴν ἔναυσιν εἰληφότα.

---

427 6, 13, 107, 2. Hic quoque in ecclesia progressiones episcopo- 39
rum, presbyterorum, diaconorum sunt, ut arbitror, imitationes 555
gloriae angelicae et illius oeconomiae ac dispensationis, quam dicunt scripturae exspectare illos, qui, insistentes vestigiis apostolorum, vixerunt in perfectione iustitiae convenienter evangelio.

428 6, 14, 108, 4. Quando audierimus: *Fides tua te salvam fecit,* 363
non accipimus eum [Christum] dicere simpliciter eos salvos futuros, qui quomodocumque crediderint, nisi opera quoque fuerint secuta. 5. Quippe Iudaeis solis illam dicebat vocem, qui secundum legem et sine reprehensione vixerant, quibus sola deerat fides in Dominum.

429 6, 17, 156, 5. Deus enim novit omnia, non solum ea quae 118
sunt, sed etiam quae futura sunt, et ut erit unumquodque, et eos qui sunt singulares motus praevidens, intuetur omnia et omnia audit, 6. et nudam animam aspiciens intrinsecus, uniuscuiusque ex singularibus etiam habet aeternam intellegentiam, et quod fit in theatris et in partibus rei uniuscuiusque, inspiciendo, circumspiciendo et simul aspiciendo, hoc evenit in Deo. 7. Is enim simul omnia ac unumquodque etiam singillatim aspicit uno intuitu, non tamen omnia per principale institutum. 157, 1. Multa enim ex iis, quae sunt in vita, per humanam rationem ortum accipiunt, cum divinitus acceperint suscitabulum.

---

427. CB 2, 485; MG 9, 328. 428. CB 2, 486; MG 9, 329.
429. CB 2, 512; MG 9, 388.

325 6, 17, 157, 4. Αἱ τῶν ἐναρέτων ἀνθρώπων ἐπίνοιαι κατὰ 430
326 ἐπίπνοιαν θείαν γίγνονται, διατιθεμένης πως τῆς ψυχῆς καὶ διαδιδομένου τοῦ θείου θελήματος εἰς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς, τῶν ἐν μέρει θείων λειτουργῶν συλλαμβανομένων εἰς τὰς τοι-
322 αύτας διακονίας. . . . 161, 3. Ὁτὲ δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπινοίας τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἐπιλογισμοὺς ἐμπνεῖ τι [καὶ] ἡ δύναμις καὶ ἐντίθησι ταῖς φρεσὶν ἰσχύν τε καὶ συναίσθησιν ἀκριβεστέραν, μένος τε καὶ θάρσος προθυμίας ἐπί τε τὰς ζητήσεις ἐπί τε τὰ ἔργα παρέχουσα.

374 7, 1, 2, 2. Τίμιον μὲν οὖν ἅπαν τὸ ὑπερέχον ἡγεῖται [ὁ 431
157 γνωστικός] κατὰ τὴν ἀξίαν· καὶ τιμητέον ἐν μὲν τοῖς αἰσθητοῖς τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς γονεῖς . . ., ἐν δὲ τοῖς νοητοῖς τὸ πρεσβύτατον ἐν γενέσει, τὴν ἄχρονον ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων, τὸν Υἱόν· 3. παρ' οὗ ἐκμανθάνειν ⟨ἔστιν⟩
151 τὸ ἐπέκεινα αἴτιον, τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, τὸ πρέσβιστον καὶ πάντων εὐεργετικώτατον.

607 7, 10, 55, 7. Εἴρηται γάρ· «Τῷ ἔχοντι προστεθήσεται» [cf. 432
609 Mt 25, 29; Lc 19, 26], τῇ μὲν πίστει ἡ γνῶσις, τῇ δὲ γνώσει ἡ ἀγάπη, τῇ ἀγάπῃ δὲ ἡ κληρονομία. 56, 1. Γίνεται δὲ τοῦτο, ὁπόταν τις κρεμασθῇ τοῦ Κυρίου διά τε πίστεως διά τε γνώσεως διά τε ἀγάπης, καὶ συναναβῇ αὐτῷ ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς πίστεως ἡμῶν καὶ ἀγάπης Θεὸς καὶ φρουρός· 2. ὅθεν ἐπὶ τέλει ἡ γνῶσις παραδίδοται τοῖς εἰς τοῦτο ἐπιτηδείοις καὶ

---

325 6, 17, 157, 4. Eorum cogitationes qui sunt virtute praediti per 430
326 divinam fiunt inspirationem, cum anima quodam modo sit disposita et divina voluntas in humanas animas transmittatur, certis Dei
322 ministris ad talia ministeria opem ferentibus. . . . 161, 3. Quandoque autem et per hominum cogitationes et ratiocinationes virtus aliquid inspirat, et in mentes vim immittit et sensum perfectiorem, promptitudinem et alacritatem animi praebens et ad quaestiones et ad opera.

374 7, 1, 2, 2. Quidquid est excellens, existimat [gnosticus] esse 431
157 honorabile pro dignitate; et in rebus quidem sensibilibus esse honorandos magistratus et parentes . . ., in rebus autem intellegibilibus honorandum esse id, quod est in generatione vetustius, tempore et principio carens principium et rerum exsistentium primitias, Filium, 3. a quo discere est ulteriorem causam, nempe
151 universorum Patrem, qui est vetustissimum et beneficentissimum.

607 7, 10, 55, 7. Dictum est enim: *Habenti dabitur.* Fidei quidem 432
609 cognitio, cognitioni autem caritas, caritati autem hereditas. 56, 1. Hoc autem fit, quando quis pependerit a Domino per fidem, cognitionem et caritatem, et una cum eo ascenderit ubi est fidei nostrae et caritatis Deus et custos. 2. Hinc denique traditur cognitio iis, qui ad hoc sunt apti et selecti, eo quod maiore praeparatione opus

---

430. CB 2, 513; MG 9, 389. 431. CB 3, 4; MG 9, 404.
432. CB 3, 41; MG 9, 480

ἐγκρίτοις διὰ τὸ πλείονος παρασκευῆς καὶ προγυμνασίας δεῖ-
σθαι καὶ πρὸς τὸ ἀκούειν τῶν λεγομένων καὶ εἰς καταστολὴν
βίου καὶ εἰς τὸ ἐπὶ πλέον τῆς κατὰ νόμον δικαιοσύνης κατ'
ἐπίτασιν προεληλυθέναι. 3. Αὕτη πρὸς τέλος ἄγει τὸ ἀτελεύ-
τητον καὶ τέλειον, προδιδάσκουσα τὴν ἐσομένην ἡμῖν κατὰ τὸν
Θεὸν μετὰ θεῶν δίαιταν, ἀπολυθέντων ἡμῶν κολάσεως καὶ
τιμωρίας ἁπάσης, ἃς ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων εἰς παιδείαν ὑπο-
μένομεν σωτήριον· 4. μεθ' ἣν ἀπολύτρωσιν τὸ γέρας καὶ αἱ
τιμαὶ τελειωθεῖσιν ἀποδίδονται, πεπαυμένοις μὲν τῆς καθάρ-
σεως, πεπαυμένοις δὲ καὶ λειτουργίας τῆς ἄλλης, κἂν ἁγία ᾖ
καὶ ἐν ἁγίοις· 5. ἔπειτα καθαροὺς τῇ καρδίᾳ γενομένους κατὰ
τὸ προσεχὲς τοῦ Κυρίου προσμένει τῇ θεωρίᾳ τῇ ἀϊδίῳ ἀπο-
κατάστασις. 6. Καὶ θεοὶ τὴν προσηγορίαν κέκληνται, [οἱ] σύν-
θρονοι τῶν ἄλλων θεῶν, τῶν ὑπὸ τῷ σωτῆρι πρώτων τεταγ-
μένων, γενησόμενοι.

433 7, 10, 57, 3. Ἡ μὲν οὖν πίστις σύντομός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, 259
τῶν κατεπειγόντων γνῶσις, ἡ γνῶσις δὲ ἀπόδειξις τῶν διὰ 261
πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς
διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει εἰς τὸ ἀμετάπτωτον
καὶ μετ' ἐπιστήμης [καὶ] καταληπτὸν παραπέμπουσα. 4. Καί 278
μοι δοκεῖ πρώτη τις εἶναι μεταβολὴ σωτήριος ἡ ἐξ ἐθνῶν εἰς
πίστιν, ὡς προεῖπον, δευτέρα δὲ ἡ ἐκ πίστεως εἰς γνῶσιν· ἣ 273
δέ, εἰς ἀγάπην περαιουμένη, ἐνθένδε ἤδη φίλον φίλῳ τὸ γιγνώ- 361

---

sit et praeexercitatione, et ad ea audienda quae dicuntur, et vitam
componendam, et ad considerate progrediendum ad id, quod est
ultra eam quae est ex lege iustitiam. 3. Ea nos deducit ad finem
interminatum et perfectum, prius docens eam quae nobis est futura
secundum Deum cum diis vivendi rationem, cum ab omni poena
et supplicio fuerimus liberati, quae sustinemus ex peccatis ad salu-
tarem disciplinam. 4. Post quam redemptionem praemium et
honores dantur consummatis, cum cessaverint quidem a purgatione,
cessaverint autem etiam ab alio quocumque ministerio, quantumvis
sancto et inter sanctos; 5. deinde eos, qui fuerint mundi corde, in
propinquitatem Domini evectos, manet perpetuae contemplationis
restitutio. 6. Et deorum appellantur nomine, qui in iisdem sedibus
sunt collocati, in quibus alii dii qui sunt primi sub servatore
constituti.

433 7, 10, 57, 3. Fides, ut ita dicam, est compendiosa eorum quae 259
necessaria sunt cognitio. Cognitio autem est firma ac stabilis de- 261
monstratio eorum quae assumpta sunt per fidem, quae per doctrinam
Domini super fidem aedificatur, quae ducit ad infallibilitatem et
scientiam et perfectam comprehensionem. 4. Ac mihi quidem ea 278
videtur esse prima salutaris mutatio, quae fit a gentibus ad fidem,
ut prius dixi; secunda autem, quae est a fide ad cognitionem.
Haec vero, desinens in caritatem, amicum reddit cognoscentem 273 361

---

433. CB 3, 42; MG 9, 481.

σκον τῷ γιγνωσκομένῳ παρίστησιν. 5. Καὶ τάχα ὁ τοιοῦτος
ἐνθένδε ἤδη προλαβὼν ἔχει τὸ ἰσάγγελος εἶναι.

532 7, 12, 78, 7. Ἡ δικαιοσύνη διπλῆ, ἣ μὲν δι' ἀγάπην, ἣ δὲ 434
534 διὰ φόβον. 79, 1. Εἴρηται γοῦν· «Ὁ φόβος τοῦ Κυρίου ἁγνὸς
διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος» [Ps 18, 10]. Οἱ γὰρ ἐκ φόβου εἰς
πίστιν καὶ δικαιοσύνην ἐπιστρέφοντες εἰς αἰῶνα διαμένουσιν.
Αὐτίκα ἀποχὴν κακῶν ἐργάζεται ὁ φόβος.

46 7, 17, 107, 3. Ἐκ τῶν εἰρημένων ἄρα φανερὸν οἶμαι γεγε- 435
50 νῆσθαι μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ἐκκλησίαν τὴν τῷ ὄντι ἀρχαίαν,
εἰς ἣν οἱ κατὰ πρόθεσιν δίκαιοι ἐγκαταλέγονται. . . . 4. Τῇ γοῦν
τοῦ ἑνὸς φύσει συγκληροῦται ἐκκλησία ἡ μία, ἣν εἰς πολλὰς
κατατέμνειν βιάζονται αἱρέσεις.

„Quis dives salvetur?"

54 C. 21, n. 3. Οὐδὲ τῶν καθευδόντων καὶ βλακευόντων ἐστὶν 436
ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ «βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν» [Mt
11, 12]. . . . 4. Τοιγάρτοι τούτων ἀκούσας ὁ μακάριος Πέτρος,
ὁ ἐκλεκτός, ὁ ἐξαίρετος, ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ὑπὲρ οὗ
μόνου καὶ ἑαυτοῦ τὸν φόρον ὁ σωτὴρ ἐκτελεῖ, ταχέως ἥρπασε
καὶ συνέβαλε τὸν λόγον. 5. Καὶ τί φησιν; «Ἰδὲ ἡμεῖς ἀφ-
ήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι» [Mt 19, 27; Mc 10, 28].

594 33, 2. Σὺ μὲν μὴ κρῖνε, τίς ἄξιος καὶ τίς ἀνάξιος· ἐνδέχεται 437
γάρ σε διαμαρτεῖν περὶ τὴν δόξαν· ὡς ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ τῆς

---

cognito. 5. Et fortasse, qui est eiusmodi, iam anticipavit ut sit
similis angelis.

532 7, 12, 78, 7. Iustitia est duplex, una quidem propter cari- 434
534 tatem, altera vero propter metum. 79, 1. Dictum quidem certe
est: *Timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi;* qui
enim convertuntur a timore ad fidem et iustitiam, permanent in
saeculum; iam vero abstinentiam a malis operatur timor.

46 7, 17, 107, 3. Ex dictis manifestum esse existimo unam esse 435
50 veram ecclesiam, eam quae vere est antiqua, in cuius catalogum
referuntur ii, qui sunt iusti ex proposito. . . . 4. In unius ergo
naturae sortem cooptatur ecclesia, quae est una, quam conantur
haereses in multas discindere.

54 21, 3. Nec dormientium et in deliciis agentium est regnum 436
caelorum; sed *violenti rapiunt illud.* . . . 4. Itaque cum haec au-
disset beatus Petrus, electus ille et eximius, primus ille discipulorum,
pro quo uno et se ipso salvator tributum pendit; sermonem con-
festim rapuit vimque eius comprehendit. 5. Quid vero ait? *Ecce
nos reliquimus omnia, et secuti sumus te.*

594 33, 2. Tu quidem noli iudicare quis dignus aut indignus sit; 437
fieri enim potest, ut opinione tua erres. Sic vero in proclivi cum

---

434. CB 3, 56; MG 9, 509.
435. CB 3, 76; MG 9, 552.
436. CB 3, 173; MG 9, 625.
437. CB 3, 181; MG 9, 637.

ἀγνοίας ἄμεινον καὶ τοὺς ἀναξίους εὖ ποιεῖν διὰ τοὺς ἀξίους ἢ φυλασσόμενον τοὺς ἧσσον ἀγαθοὺς μηδὲ τοῖς σπουδαίοις περιπεσεῖν. 3. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ φείδεσθαι καὶ προσποιεῖσθαι δοκιμάζειν τοὺς εὐλόγως ἢ μὴ τευξομένους ἐνδέχεταί σε καὶ θεοφιλῶν ἀμελῆσαί τινων, οὗ τὸ ἐπιτίμιον κόλασις ἔμπυρος αἰώνιος.

438 42, 2. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος ἀπὸ τῆς 60
Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν [ὁ Ἰωάννης] ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, 39
ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν,
ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου δὲ ὅλας ἐκκλησίας 554
ἁρμόσων, ὅπου δὲ κλῆρον ἕνα γέ τινα κληρώσων τῶν ὑπὸ
τοῦ Πνεύματος σημαινομένων.

Fragmenta.

439 *Hypotyposes.* Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Ὁ Κλήμης 14
. . . περὶ τῆς τάξεως τῶν εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν
πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. Προγεγράφ- 17
θαι ἔλεγεν τῶν εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας, τὸ
δὲ κατὰ Μάρκον ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου 18
δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον καὶ Πνεύματι τὸ
εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρα-
καλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν
καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιή-

---

sit error, melius erit ut et indignis benefacias propter dignos, quam ut, dum caves indignos, ne in eos quidem qui bene merentur incidas. 3. Dum enim nimia cautione uteris viderisque probare, quinam merito necne accepturi sint, contingit ut Dei amicos colere neglegas; cuius neglectus poena aeternum ignis supplicium exsistit.

438 42, 2. Cum [Ioannes] post tyranni obitum e Patmo insula Ephesum 60
rediisset, vicinas quoque gentes rogatus visebat, partim quidem ut 39
episcopos constitueret, partim vero ut integras ecclesias disponeret 554
ac formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos Spiritus
designaret, in clerum cooptaret.

439 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Clemens . . . traditionem 14
quamdam de ordine evangeliorum, quam a vetustioribus presbyteris
acceperat, refert in hunc modum. Dicebat ex evangeliis prius
scripta esse illa, quae seriem generis dominici continent. Marci 17
autem evangelium ex huiusmodi occasione scriptum fuisse: cum 18
Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicasset et Spiritu
Sancto afflatus evangelium promulgasset, multi qui aderant Marcum
cohortati sunt, utpote qui Petrum iamdudum sectatus fuisset et
dicta eius memoria teneret, ut quae ab apostolo praedicata erant
conscriberet. Marcus igitur evangelium composuit iisque qui illud

---

438. CB 3, 188; MG 9, 648.
439. CB 3, 197; Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 550; MG 9, 749; 20, 552.

σαντα δὲ τὸ εὐαγγέλιον μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ·
ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι μήτε
20 προτρέψασθαι. Τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι
τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ
τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα πνευματικὸν ποιῆσαι
εὐαγγέλιον.

75 *Hypotyposes.* Fragm. apud. *Eus.*, H. E. 6, 14. Καὶ τὴν 440
πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολὴν Παύλου μὲν εἶναί φησιν [ὁ Κλήμης],
γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις ἑβραϊκῇ φωνῇ. Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως
αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν, ὅθεν τὸν αὐτὸν
χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ταύτης τε τῆς ἐπιστολῆς
καὶ τῶν Πράξεων.

598 *Adumbrationes in I Petr.* 1, 3. Decebat numquam reverti 441
secundo ad corpus animam in hac vita, neque iustam, quae angelica facta est, neque malignam, ne iterum occasionem peccandi per susceptionem carnis accipiat; in resurrectione autem utramque in corpus reverti. Coniunguntur enim sibimet invicem iuxta genus proprium, secundum compositionem alterius se quadam congruentia coaptantes sicut sagena vel aedificatio lapidum.

152 *Adumbrationes in I Io.* 1, 1. Cum dicit [Ioannes]: *Quod* 442
157 *erat ab initio* [1 Io 1, 1], generationem tangit sine principio
Filii cum Patre simul exstantis. ‚Erat' ergo verbum aeternitatis significativum est non habentis initium, sicut etiam Verbum ipsum (hoc est Filius) quod secundum aequalitatem substantiae unum cum Patre consistit, sempiternum est et infectum. Quod semper erat Verbum, significatur dicendo: *In principio erat Verbum* [Io 1, 1].

ORIGENES, 185/6—254/5.

Περὶ ἀρχῶν, ca 230.

79 L. 1, Praef., n. 2. Cum multi sint qui se putant sentire 443
80 quae Christi sunt, et nonnulli eorum diversa a prioribus

---

ab ipso rogabant impertiit. Quod cum Petrus comperisset, nec
80 prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret incitavit. At Ioannes
omnium postremus, cum videret in aliorum evangeliis ea, quae ad corpus Christi pertinent, tradita esse, ipse divino Spiritu afflatus spirituale evangelium familiarium suorum rogatu conscripsit.

75 Fragm. apud *Eus.*, H. E. 6, 14. Et epistulam ad Hebraeos 440
Pauli esse dicit [Clemens], scriptam autem esse Hebraeis hebraico sermone. Lucam vero studio eam transtulisse et dedisse Graecis; unde eumdem stilum inveniri in ista translatione atque in Actibus.

---

440. CB 3, 201; Eus. 2, 550; MG 9, 748; 20, 549.
441. CB 3, 203; MG 9, 729. 442. CB 3, 210; MG 9, 734.
443. CB 5 (ed. P. Koetschau, 1913), 8; MG 11, 116.

sentiant, servetur vero ecclesiastica praedicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita et usque ad praesens in ecclesiis permanens, illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab ecclesiastica et apostolica traditione discordat.

444 1, Praef., 3. Illud autem scire oportet, quoniam sancti 83
apostoli, fidem Christi praedicantes, de quibusdam quidem quaecumque necessaria crediderunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erga inquisitionem divinae scientiae videbantur, manifestissime tradiderunt, rationem scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquirendam, qui Spiritus dona excellentia mererentur et praecipue sermonis, sapientiae et scientiae gratiam per ipsum Sanctum Spiritum percepissent; de aliis vero dixerunt quidem quia sint; quomodo autem aut unde sint siluerunt, profecto ut studiosiores quique ex posteris suis qui amatores essent sapientiae, exercitium habere possent, in quo ingenii sui fructum ostenderent, hi videlicet qui dignos se et capaces ad recipiendam sapientiam praepararent.

445 1, Praef., 4. Species vero eorum quae per praedicationem 80
apostolicam manifeste traduntur istae sunt. Primo quod unus 188
est Deus qui omnia creavit atque composuit, quique, cum 189
nihil esset, esse fecit universa, . . . et quod hic Deus in no- 373
vissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit
Dominum Iesum Christum . . . Ipse, qui venit, ante omnem 374
creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset, *per ipsum* namque *omnia facta sunt* [Io 1, 3], novissimis temporibus se ipsum exinaniens homo factus est, incarnatus est, cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat, Deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quod natum ex virgine et Spiritu Sancto est. Et
quoniam hic Iesus Christus natus et passus est in veritate, et 400
non per phantasiam, communem hanc mortem vere mortuus; vere enim et a mortuis resurrexit, et post resurrectionem conversatus cum discipulis suis assumptus est. Tum deinde
honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum 141
Sanctum. In hoc non iam manifeste discernitur, utrum natus an innatus vel Filius etiam ipse Dei habendus sit necne.

446 1, Praef., 5. Post haec iam quod anima substantiam vitam- 586
que habens propriam, cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur, sive vitae aeternae ac beatitudinis
hereditate potitura, si hoc ei sua gesta praestiterint, sive igni 594
aeterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum
culpa detorserit; sed et quia erit tempus resurrectionis mor- 600
tuorum, cum corpus hoc, quod nunc *in corruptione seminatur*,

444. CB 5, 9; MG 11, 116. 445. CB 5, 9; MG 11, 117.
446. CB 5, 11; MG 11, 118.

surget in incorruptione, et quod *seminatur in ignominia, surget*
221 *in gloria* [1 Cor 15, 42]. Est et illud definitum in ecclesiastica praedicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii
210 et voluntatis; esse quoque ei certamen adversum diabolum et angelos eius contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant, nos vero, si recte consulteque vivamus, ab huiuscemodi labe exuere nos conemur. Unde et consequens est intellegere non nos necessitati esse subiectos, ut omnimodo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere
209 cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse
334 possint aliquae virtutes ad peccatum, et aliae iuvare ad salutem; non tamen necessitate cogimur vel recte agere vel male; quod fieri arbitrantur hi qui stellarum cursum et motus causam dicunt humanorum esse gestorum, non solum eorum, quae extra arbitrii accidunt libertatem, sed et eorum, quae in nostra
224 sunt posita potestate. De anima vero, utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis corporalibus seminibus habeatur, an vero aliud habeat initium, et hoc ipsum initium si genitum est aut non genitum, vel certe si extrinsecus corpori inditur necne: non satis manifesta praedicatione distinguitur.

196 1, Praef., 7. Est praeterea et illud in ecclesiastica prae- 447
dicatione, quod mundus iste factus sit et a certo tempore coeperit, et sit pro ipsa sui corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, iam non pro manifesto multis innotuit. Non enim evidens de his in ecclesiastica praedicatione sermo profertur.

198 1, Praef., 10. Est etiam illud in ecclesiastica praedicatione, 448
209 esse angelos Dei quosdam et virtutes bonas qui ei ministrant ad salutem hominum consummandam; sed quando isti creati sint vel quales aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguitur.

354 L. 1, c. 1, n. 3. Sed et cum de Spiritu Sancto multi sancti 449
357 participant, non utique corpus aliquod intellegi potest Spiritus Sanctus, quod divisum in partes corporales percipiat unusquisque sanctorum, sed virtus profecto sanctificans est; cuius participium habere dicuntur omnes, qui per eius gratiam sanctificari meruerint.

108 1, 1, 5. Dicimus secundum veritatem quidem Deum in- 450
115 comprehensibilem esse atque inaestimabilem. Si quid enim illud est, quod sentire vel intellegere de Deo potuerimus, multis longe modis eum meliorem esse ab eo quod sensimus, necesse est credi.

447. CB 5, 14; MG 11, 119. 448. CB 5, 16; MG 11, 120.
449. CB 5, 18; MG 11, 122. 450. CB 5, 20; MG 11, 124.

451 1, 1, 6. Quia ergo mens nostra ipsum per se ipsam Deum 105 sicut est non potest intueri, ex pulchritudine operum et decore creaturarum parentem universitatis intellegit. Non ergo corpus 97 aliquod aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis 98 natura simplex, nihil omnino in se adiunctionis admittens, uti ne maius aliquid et inferius in se habere credatur, sed ut sit ex omni parte μονάς, et, ut ita dicam, ἑνάς, et mens, ac fons ex quo initium totius intellectualis naturae vel mentis est.

452 1, 1, 8. Ioannes in evangelio dicens: *Deum nemo vidit* 105 *umquam* [Io 1, 18], manifeste declarat omnibus qui intellegere 98 possunt, quia nulla natura est cui visibilis sit Deus; non quasi qui visibilis quidem sit per naturam, et velut fragilioris creaturae evadat atque excedat aspectum, sed quoniam naturaliter videri impossibile est. Quodsi requiras a me, quid etiam de ipso Unigenito sentiam, si ne ipsi quidem visibilem dicam naturam Dei, quae naturaliter invisibilis est, non tibi statim vel impium videatur esse vel absurdum: rationem quippe dabimus consequenter. ⟨Sicut enim incongruum est dicere, quod possit Filius videre Patrem, ita inconveniens est opinari, quod Spiritus Sanctus possit videre Filium.⟩[1] Aliud est videre, aliud cognoscere; videri et videre corporum res est, cognosci et cognoscere intellectualis naturae est. Quidquid ergo proprium corporum est, hoc nec de Patre nec de Filio sentiendum est.

453 1, 2, 1. Primo illud nos scire oportet, quod alia est in 383 Christo deitatis eius natura, quod est unigenitus Filius Patris, et alia humana natura quam in novissimis temporibus pro dispensatione suscepit.

454 1, 2, 10. Quemadmodum pater non potest esse quis, si 196 filius non sit, neque dominus esse quis potest sine possessione vel servo: ita ne omnipotens quidem Deus dici potest, si non sint in quos exerceat potentatum; et ideo ut omnipotens ostendatur Deus, omnia subsistere necesse est. Nam si quis est qui velit vel saecula aliqua transisse vel spatia, vel quodcumque illud nominare vult, cum nondum facta essent quae facta sunt: sine dubio hoc ostendet, quod in illis vel saeculis vel spatiis omnipotens non erat Deus, et postmodum omnipotens factus est, ex quo habere coepit in quos ageret potentatum; et per hoc videbitur profectum quemdam accepisse et ex inferioribus ad meliora venisse; siquidem melius esse non dubitatur esse eum omnipotentem quam non esse.

---

[1] Haec intra uncos scribit Koetschau in CB, quae ex libello Hieronymi Contra Ioan. Hieros. 7 (ML 23, 360) desumuntur.

451. CB 5, 21; MG 11, 124. 452. CB 5, 25; MG 11, 128.
453. CB 5, 27; MG 11, 130. 454. CB 5, 41; MG 11, 138.

110 1, 3, 1. De Deo quidem Patre quamvis digne proloqui 455 nemo valeat, tamen possibile est intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarum et ex his quae humana mens naturaliter sentit.

602 1, 6, 1. Quae quidem etiam a nobis cum magno metu 456 et cautela dicuntur, discutientibus magis et pertractantibus quam pro certo ac definito statuentibus. Indicatum namque a nobis in superioribus est quae sint de quibus manifesto dogmate terminandum sit, quod et pro viribus fecisse nos puto, cum de Trinitate loqueremur. De his vero disputandi specie magis quam definiendi, prout possumus, exercemur. Finis ergo mundi et consummatio dabitur, cum unusquisque pro merito peccatorum etiam poenis subicietur; quod tempus Deus solus agnoscit, quando unusquisque quod meretur expendet. In unum sane finem putamus quod bonitas Dei per Christum suum universam revocet creaturam, subactis ac subditis etiam inimicis.

602 1, 6, 3. Iam vero si aliqui ex his ordinibus, qui sub prin- 457 cipatu diaboli agunt ac malitiae eius obtemperant, poterunt aliquando in futuris saeculis converti ad bonitatem, pro eo quod inest in ipsis liberi facultas arbitrii; an vero permanens et inveterata malitia velut in naturam quamdam ex consuetudine convertatur, etiam tu qui legis probato, si omnimodis neque in his quae videntur temporalibus saeculis neque in his quae non videntur et aeterna sunt, penitus pars ista ab illa etiam finali unitate ac convenientia discrepabit. Interim tamen tam in his quae videntur et temporalibus saeculis quam in illis quae non videntur et aeterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo et meritorum dignitatibus dispensantur; ut in primis alii, alii in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus et per maiora ac graviora supplicia necnon et diuturna ac multis, ut ita dicam, saeculis tolerata asperioribus emendationibus reparati et restituti eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam superiorum graduum virtutibus, ut sic per singula ad superiora provecti usque ad ea, quae sunt invisibilia et aeterna, perveniant, singulis videlicet quibusque caelestium virtutum officiis quadam eruditionum specie peragratis.

235 2, 1, 3. Quomodo enim in Deo *vivimus, et movemur, et* 458 *sumus* [Act 17, 28], nisi quod virtute sua universum constringit et continet mundum? Quomodo autem caelum sedes Dei est, et terra scabellum pedum eius, sicut salvator ipse pronuntiat, nisi quia et in caelo et in terra virtus eius replet universa, sicut et dicit: *Nonne caelum et terram ego repleo, dicit Dominus?* [Ier 23, 24.]

---

455. CB 5, 49; MG 11, 147. 456. CB 5, 78; MG 11, 165.
457. CB 5, 83; MG 11, 169. 458. CB 5, 108; MG 11, 184.

459 2, 1, 4. Nescio quomodo tanti et tales viri ingenitam, id 188
est, non ab ipso Deo factam conditore omnium putaverunt, sed fortuitam quamdam eius naturam virtutemque dixerunt. Et miror quomodo isti culpent eos, qui vel opificem Deum vel providentiam huius universitatis negant et impie eos sentire arguunt, quod tantum mundi opus arbitrentur sine opifice vel provisore constare; cum ipsi quoque similem culpam impietatis incurrant, ingenitam dicentes esse materiam Deoque ingenito coaeternam.

460 2, 6, 3. Neque rursum anima illa [Christi], utpote substantia 378 384
rationabilis, contra naturam habuit capere Deum, in quem, ut 392
superius diximus, velut in Verbum et sapientiam et veritatem tota iam cesserat. Unde et merito pro eo quod vel tota esset in Filio Dei vel totum in se caperet Filium Dei, etiam ipsa cum ea quam assumpserat carne, Dei Filius et Dei virtus, Christus et Dei sapientia appellatur; et rursum Dei Filius, per quem omnia creata sunt, Iesus Christus, et Filius hominis nominatur. Nam et Filius Dei mortuus esse dicitur, pro ea scilicet natura, quae mortem utique recipere poterat; et Filius hominis appellatur, qui venturus in Dei Patris gloria cum sanctis angelis praedicatur. Et hac de causa per omnem scripturam tam divina natura humanis vocabulis appellatur, quam humana natura divinae nuncupationis insignibus decoratur. Magis enim de hoc quam de ullo alio dici potest quod scriptum est, quia *erunt ambo in carne una, et iam non sunt duo, sed caro una* [Gn 2, 24; Mc 10, 8]. Magis enim Verbum Dei cum anima in carne una esse, quam vir cum uxore, putandus est.

461 2, 6, 5. Naturam quidem animae illius [Christi] hanc fuisse 378
quae est omnium animarum, non potest dubitari; alioquin nec 399
dici anima potuit, si vere non fuit anima. Verum quoniam boni malique eligendi facultas omnibus praesto est, haec anima, quae Christi est, ita elegit diligere iustitiam, ut pro immensitate dilectionis inconvertibiliter ei atque inseparabiliter inhaereret, ita ut propositi firmitas et affectus immensitas et dilectionis inexstinguibilis calor omnem sensum conversionis atque immutationis abscideret, ut, quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu iam versum sit in naturam: ita et fuisse quidem in Christo humana et rationabilis anima credenda est, et nullum sensum vel possibilitatem eam putandum est habuisse peccati. 6. . . . Illa anima quae, quasi ferrum in igne, sic semper in Verbo, semper in sapientia, semper in Deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intellegit, Deus est; et ideo nec convertibilis aut mutabilis dici potest, quae inconvertibilitatem

459. CB 5, 110; MG 11, 185.
460. CB 5, 142; MG 11, 211.
461. CB 5, 144; MG 11, 213.

ex Verbi Dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis Verbi Dei putandus est pervenisse; in hac autem anima ignis ipse divinus substantialiter requievisse credendus est, ex quo ad ceteros calor aliquis venerit.

193 2, 9, 6. Bonum esse et iustum et omnipotentem Deum 462
creatorem universorum, quibus valuimus ex divinis scripturis assertionibus in superioribus frequenter ostendimus. Hic cum in principio crearet ea, quae creare voluit, id est, rationabiles naturas, nullam habuit aliam creandi causam nisi se ipsum, id est, bonitatem suam.

608 2, 10, 4. Invenimus namque in Isaia propheta designari 463
uniuscuiusque proprium esse ignem quo punitur; ait enim: *Ambulate in lumine ignis vestri et in flamma quam accendistis vobismet ipsis* [Is 50, 11]. Per quos sermones hoc videtur indicari, quod unusquisque peccatorum flammam sibi ipse proprii ignis accendat, et non in aliquem ignem qui antea iam fuerit accensus ab alio, vel ante ipsum substiterit, demergatur. Cuius ignis esca atque materia sunt nostra peccata, quae ab apostolo Paulo ligna et faenum et stipula nominantur. Et arbitror quod, sicut in corpore escae abundantia et qualitas vel quantitas cibi contraria febres generat, et febres diversi vel modi vel temporis secundum eam mensuram, qua intemperies collecta materiam suggesserit ac fomitem febrium, quae materiae qualitas ex diversa intemperie congregata causa vel acerbioris morbi vel prolixioris exsistit; ita anima cum multitudinem malorum operum et abundantiam in se congregaverit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio effervescit ad supplicium atque inflammatur ad poenas; cum etiam mens ipsa vel conscientia per divinam virtutem omnia in memoriam recipiens, quorum in semetipsa signa quaedam ac formas, cum peccaret, expresserat, et singulorum quae vel foede ac turpiter gesserat vel etiam impie commiserat, historiam quamdam scelerum suorum ante oculos videbit expositam; tunc et ipsa conscientia propriis stimulis agitatur atque compungitur et sui ipsa efficitur accusatrix et testis.

608 2, 10, 6. Si enim ad corporis sanitatem pro his vitiis, quae 464
per escam potumque collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac mordacioris medicamenti curam, nonnumquam vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri et sectionis asperitate indigemus; quodsi et haec supergressus fuerit morbi modus, ad ultimum conceptum vitium etiam ignis exurit: quanto magis intellegendum est medicum nostrum Deum volentem diluere vitia animarum nostrarum, quae ex peccatorum et

462. CB 5, 169; MG 11, 230.
463. CB 5, 177; MG 11, 236.
464. CB 5, 179; MG 11, 238.

scelerum diversitate collegerant, uti huiuscemodi poenalibus curis, insuper etiam ignis inferre supplicium his qui sanitatem animae perdiderunt? . . . Si qui ergo ex otio de omni scriptura congreget omnes languorum commemorationes, quae in comminatione peccatoribus velut corporearum aegritudinum appellationibus memorantur, inveniet quod animarum vel vitia vel supplicia per haec figuraliter indicentur.

465 3, 1, 18. Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἀνθρώπινον θέλειν πρὸς τὸ τυχεῖν 329
τοῦ τέλους, οὐδὲ τὸ τῶν οἱονεὶ ἀθλητῶν τρέχειν πρὸς τὸ καταλαβεῖν «τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ» [Phil 3, 14]· Θεοῦ γὰρ συμπαρισταμένου ταῦτα ἀνύεται.... Καὶ τὸ τοὺς καρποὺς πλήρεις γεγονέναι, οὐκ ἂν εὐσεβῶς λέγοιμεν ἔργον εἶναι τοῦ γεωργοῦ ἢ ἔργον τοῦ ποτίσαντος [cf. 1 Cor 3, 6], ἀλλ' ἔργον τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἡ ἡμετέρα τελείωσις οὐχὶ μηδὲν ἡμῶν πραξάντων γίνεται, οὐ μὴν ἀφ' ἡμῶν ἀπαρτίζεται, ἀλλὰ Θεὸς τὸ πολὺ ταύτης ἐνεργεῖ.

466 3, 3, 5. Illud quoque consequenter requirendum puto, ex 223
quibus causis humana anima nunc quidem a bonis, nunc autem moveatur a malis. . . . Ut mihi videtur, non aliter poterit responderi, ita ut absque omni iniustitiae culpa divina providentia demonstretur, nisi priores quaedam fuisse iis causae dicantur, quibus, antequam in corpore nascerentur animae, aliquid culpae contraxerint in sensibus vel motibus suis, pro quibus haec merito pati a divina providentia iudicatae sint. Liberi namque arbitrii semper est anima, etiam cum in cor- 221
pore hoc, etiam cum extra corpus est.

467 3, 4, 1. In qua re [tentatione] consequenter arbitror re- 219
quirendum, si in nobis, id est, hominibus, qui ex anima constamus et corpore ac spiritu vitali, est etiam aliud aliquid, quod incitamentum habeat proprium et commotionem ad malum provocantem; sicut haberi a quibusdam quaestio solet huiusmodi: utrumnam velut duae animae in nobis dicendae sunt, una quaedam divinior et caelestis, et alia inferior; an vero ex hoc ipso quod corporibus inhaeremus (quae corpora secundum propriam quidem naturam mortua sunt et penitus exanima, quia ex nobis, id est, ex animabus, corpus materiale

---

465 3, 1, 18. Non sufficit humana voluntas ad consequendum finem, 329
neque cursus, more athletarum, ad accipiendum *bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu*. Deo enim cooperante illa perficiuntur. . . . Quod fructus uberes fiant, non pie diceremus opus esse agricolae vel opus rigantis, sed opus Dei; sic et nostra perfectio nec nobis nihil agentibus fit, nec tamen a nobis consummatur, sed Deus multum ex ea operatur.

---

465. CB 5, 232; MG 11, 289.
466. CB 5, 261; MG 11, 318.
467. CB 5, 263; MG 11, 319.

vivificatur, quod utique contrarium est et inimicum spiritui), trahimur et provocamur ad haec mala quae corpori grata sunt.

602 3, 6, 6. In hunc ergo statum [gloriae] omnem hanc nostram 468
substantiam corporalem putandum est perducendam, tunc cum omnia restituentur ut unum sint, et cum Deus fuerit omnia in omnibus. Quod tamen non ad subitum fieri, sed paulatim et per partes intellegendum est, infinitis et immensis labentibus saeculis, cum sensim et per singulos emendatio fuerit et correctio prosecuta, praecurrentibus aliis et velociore cursu ad summa tendentibus, aliis vero proximo quoque spatio insequentibus, tum deinde aliis longe posterius, et sic per multos et innumeros ordines proficientium et Deo se ex inimicis reconciliantium pervenitur usque ad novissimum inimicum, qui dicitur mors, ut etiam ipse destruatur, ne ultra sit inimicus.
600 Cum ergo restitutae fuerint omnes rationabiles animae in
610 huiuscemodi statum, tunc etiam natura huius corporis nostri in spiritalis corporis gloriam perducetur. Sicut enim de rationabilibus naturis videmus non alias esse quae pro peccatis in indignitate vixerint, et alias quae pro meritis ad beatitudinem invitatae sint, sed has easdem, quae antea fuerant peccatrices, conversas postmodum et Deo reconciliatas videmus ad beatitudinem revocari; ita etiam de natura corporis sentiendum est, quod non aliud corpus est quo nunc in ignobilitate et in corruptione et in infirmitate utimur, et aliud erit illud quo in incorruptione et in virtute et in gloria utemur; sed hoc idem abiectis his infirmitatibus in quibus nunc est, in gloriam transmutabitur spiritale effectum, ut, quod fuit indignitatis vas, hoc ipsum expurgatum fiat vas honoris et beatitudinis habi-
609 taculum. In quo statu etiam permanere semper et immutabiliter creatoris voluntate credendum est, fidem rei faciente sententia apostoli Pauli dicentis: *Domum habemus non manufactam, aeternam in caelis* [2 Cor 5, 1].

77 4, 2, 4 (11). Οὐκοῦν τριχῶς ἀπογράφεσθαι δεῖ εἰς τὴν 469
ἑαυτοῦ ψυχὴν τὰ τῶν ἁγίων γραμμάτων νοήματα· ἵνα ὁ μὲν ἁπλούστερος οἰκοδομῆται ἀπὸ τῆς οἱονεὶ σαρκὸς τῆς γραφῆς, οὕτως ὀνομαζόντων ἡμῶν τὴν πρόχειρον ἐκδοχήν· ὁ δὲ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκώς, ἀπὸ τῆς ὡσπερεὶ ψυχῆς αὐτῆς· ὁ δὲ

---

77 4, 2, 4 (11). Tripliciter ergo describere oportet in anima sua 469
unumquemque divinarum intellegentiam litterarum, id est, ut simpliciores quique aedificentur ab ipso, ut ita dixerim, corpore scripturarum: sic enim appellamus communem istum intellectum; si qui vero aliquantum iam proficere coeperunt, ab ipsa quasi

---

468. CB 5, 287; MG 11, 338.
469. CB 5, 312; MG 11, 364.

τέλειος καὶ ὅμοιος τοῖς παρὰ τῷ ἀποστόλῳ λεγομένοις· «Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις, σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων, κτλ.» [1 Cor 2, 6 7], ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ νόμου σκιὰν περιέχοντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

470 4, 4, 1 (28). Non enim dicimus, sicut haeretici putant, 157 partem aliquam substantiae Dei in Filium versam, aut ex nullis substantibus Filium procreatum a Patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando non fuerit; sed, absciso omni sensu corporeo, ex invisibili et incorporeo Deo Verbum et sapientiam genitam dicimus absque ulla corporali passione, velut si voluntas procedat e mente. . . . Hoc autem ipsum quod dicimus, quia numquam fuit quando non fuit, cum venia audiendum est. Nam et haec ipsa nomina temporalis vocabuli significantiam gerunt, id est quando vel numquam; supra 141
omne autem tempus et supra omnia saecula et supra omnem aeternitatem intellegenda sunt ea, quae de Patre et Filio et Spiritu Sancto dicuntur. Haec enim sola Trinitas est, quae omnem sensum intellegentiae non solum temporalis, verum etiam aeternalis excedit. Cetera vero, quae sunt extra Trinitatem, in saeculis et in temporibus metienda sunt.

In Genesim commentarii, ca 231.

471 Tom. 3, n. 6. Ἐπιβάλλων ὁ Θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, 118
οὐδενὸς ἀναιτίως γινομένου, ἐπιπορεύεται τῷ νῷ ἕκαστον τῶν ἐσομένων, ὁρῶν ὅτι, ἐπεὶ τόδε γέγονε, τόδε ἕπεται· ἐὰν δὲ γένηται τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ, οὗ ὑποστάντος τόδε ἔσται· καὶ οὕτω μέχρι τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευθείς, οἶδεν ἃ ἔσται, οὐ πάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων 119
αἴτιος τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων.

---

anima scripturae aedificentur; qui vero perfecti sunt et similes his de quibus apostolus dicit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius mundi, neque principum huius saeculi, qui destruuntur*, etc., hi tales ab ipsa spiritali lege, quae umbram habet futurorum bonorum.

471 3, 6. Aggrediens Deus initium facturae mundi, quia nihil sine 118
causa fit, percurrit mente unumquodque futurorum, videns quod quando hoc factum est, hoc sequitur; si autem fiat hoc sequens, hoc comitatur, quo exstante hoc erit; et sic absque fine rerum percurrens, scit quae erunt, non exsistens omnino unicuique cogni- 119
torum causa cur eveniat.

470. CB 5, 349; MG 11, 402.
471. MG 12, 64; L (= Lommatzsch) 8, 20.

De oratione, post 231.

98 C. 23, n. 3. Ταῦτα ἡγοῦμαι συνεξητακέναι τῷ «Πάτερ ἡμῶν 472
100 ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς» [Mt 6, 9] ὑπὲρ τοῦ ταπεινὴν περὶ Θεοῦ ὑπόληψιν τῶν νομιζόντων αὐτὸν εἶναι τοπικῶς ἐν οὐρανοῖς περιελεῖν καὶ μὴ ἐᾶν τινα ἐν σωματικῷ τόπῳ εἶναι τὸν Θεὸν (ἐπεὶ τούτῳ ἀκόλουθόν ἐστι καὶ σῶμα αὐτὸν εἶναι) λέγειν, ᾧ ἕπεται δόγματα ἀσεβέστατα, τὸ διαιρετὸν καὶ ὑλικὸν καὶ φθαρτὸν αὐτὸν εἶναι ὑπολαμβάνειν· πᾶν γὰρ σῶμα διαιρετόν ἐστι καὶ ὑλικὸν καὶ φθαρτόν.

560 28, 4. Ἔστι τις χήρας προνοουμένης ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας 473
ὀφειλὴ καὶ ἑτέρα διακόνου καὶ ἄλλη πρεσβυτέρου, καὶ ἐπισκόπου δὲ ὀφειλὴ βαρυτάτη ἐστίν, ἀπαιτουμένη ὑπὸ τοῦ τῆς ὅλης ἐκκλησίας σωτῆρος καὶ ἐκδικουμένη, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτο.

28, 8—10. Quisnam possit et quibus conditionibus peccata remittere, 473*
v. K 243 sqq.

In Lucam homiliae, paulo post 233.

14 1. Ecclesia quattuor habet evangelia, haereses plurima: e 474
21 22 quibus quoddam scribitur secundum Aegyptios, aliud iuxta duodecim apostolos. Ausus fuit et Basilides scribere evangelium, et suo illud nomine titulare. Multi conati sunt scribere, sed et multi conati sunt ordinare. Quattuor tantum evangelia sunt probata, e quibus sub persona Domini et Salvatoris nostri proferenda sunt dogmata. Scio quoddam evangelium, quod appellatur secundum Thomam, et iuxta Mathiam, et alia plura legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui se putant aliquid scire si ista cognoverint. Sed in his omnibus nihil aliud probamus nisi quod ecclesia, id est, quattuor tantum evangelia recipienda.

209 12. Unicuique duo assistunt angeli, alter iustitiae, alter 475
210 iniquitatis. Si bonae cogitationes in corde nostro fuerint, et

---

98 23, 3. Illa volui disserere de hoc *Pater noster qui es in caelis*, 472
100 ut tollatur humilis de Deo opinio arbitrantium illum esse localiter in caelis, et ne quis dicat in corporeo loco esse Deum (ad hoc enim consequitur et illum esse corpus), ex quo sequuntur dogmata impiissima, divisibilem et materialem et corruptibilem illum esse opinari, nam omne corpus divisibile est et materiale et corruptibile.

560 28, 4. Est aliquod debitum viduae, cuius ecclesia curam gerit; 473
item aliud diaconi, aliud presbyteri; episcopi denique debitum gravissimum est, quod repetitur a totius ecclesiae salvatore et iudicio vindicatur, ni reddatur.

472. CB 2 (ed. P. Koetschau, 1899), 351; MG 11, 488.
473. CB 2, 377; MG 11, 524.
474. MG 13, 1803; L 5, 87.
475. MG 13, 1829; L 5, 127.

in animo iustitia pullularit, haud dubium quin nobis loquatur
angelus Domini. Si vero mala fuerint in nostro corde versata,
loquitur nobis angelus diaboli. Quomodo igitur per singulos
homines bini sunt angeli, sic opinor et in singulis dispares
esse provinciis, ut sint et boni, sint et mali.

476 14. Quemcumque enim de utero effusum marem dixeris, 431
non sic aperit vulvam matris suae, ut Dominus Iesus, quia
omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vulvam
reserat. Matris vero Domini eo tempore vulva reserata est,
quo et partus editus, quia sanctum uterum et omni dignatione
venerationis venerandum ante nativitatem Christi masculus
omnino non tetigit.

477 17. Si peccaverimus, debemus dicere: *Peccatum meum notum* 536
feci tibi et iniquitatem meam non abscondi; dixi: annuntiabo
iniustitiam meam contra me Domino [Ps 32, 5]. Si enim hoc
fecerimus et revelaverimus peccata nostra, non solum Deo,
sed et his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis,
delebuntur peccata nostra ab eo qui ait: *Ecce delebo ut nubem*
iniquitates tuas, et sicut caliginem peccata tua [Is 44, 22].

In Ioannem commentarii, 228 — post 238.

478 Tom. 1, c. 17 (18), n. 103. Τὸ ἐξ οὗ οἷον τὸ ἐξ ὑποκει- 189
μένης ὕλης, ἀρχὴ παρὰ τοῖς ἀγένητον αὐτὴν ἐπισταμένοις, ἀλλ'
οὐ παρ' ἡμῖν τοῖς πειθομένοις, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα
ἐποίησεν ὁ Θεός, ὡς ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ μαρτύρων ἐν Μακκα-
βαϊκοῖς [cf. 2 Mach 7, 28] καὶ ὁ τῆς μετανοίας ἄγγελος ἐν τῷ
Ποιμένι ἐδίδαξε.

479 2, 10 (6), 75. Ἡμεῖς μέντοι γε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι 141
τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, καὶ 151
ἀγέννητον μηδὲν ἕτερον τοῦ Πατρὸς εἶναι πιστεύοντες, ὡς
εὐσεβέστερον καὶ ἀληθὲς προσιέμεθα τὸ πάντων διὰ τοῦ Λόγου 181
γενομένων τὸ Ἅγιον Πνεῦμα πάντων εἶναι τιμιώτερον, καὶ 170

---

478 1, 17 (18), 103. Illud ex quo, tamquam ex materia subiacente, 189
est principium apud eos, qui ingenitam eam esse putant; secus
vero apud nos, qui hoc persuasum habemus, quod ex non entibus
entia fecit Deus, ut mater illa septem martyrum in Machabaeorum
gestis et paenitentiae angelus in Pastore docuit.

479 2, 10 (6), 75. Nos autem, qui tres personas exsistere credimus, 141
Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et nihil praeter Patrem 151
ingenitum esse profitemur, ut magis pium et ut verum concedimus, 181
cum omnia per Verbum sint, Spiritum Sanctum omnibus esse 170

---

476. MG 13, 1836; L 5, 137. 477. MG 13, 1846; L 5, 150.
478. CB 4 (ed. E. Preuschen, 1903), 22; MG 14, 53.
479. CB 4, 65; MG 14, 128.

τάξει ⟨πρῶτον⟩ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ Χριστοῦ
γεγενημένων.

77 10, 5 (4), 19. Οὐ καταγινώσκω δέ που καὶ τὸ ὡς κατὰ τὴν 480
ἱστορίαν ἑτέρως γενόμενον πρὸς τὸ χρήσιμον τοῦ ⟨τούτ⟩ων
μυστικοῦ σκοποῦ μετατιθέναι πως αὐτούς [τοὺς εὐαγγελιστάς],
ὥστε εἰπεῖν τὸ ἐν ⟨τῷδε τῷ⟩ τόπῳ γενόμενον ὡς ἐν ἑτέρῳ,
ἢ τὸ ἐν τῷδε τῷ καιρῷ ὡς ἐν ἄλλῳ, καὶ τὸ οὑτωσὶ ἀπαγγελλό-
μενον μετά τινος παραλλαγῆς αὐτοὺς πεποιηκέναι. Προέκειτο
γὰρ αὐτοῖς ὅπου μὲν ἐνεχώρει ἀληθεύειν πνευματικῶς ἅμα καὶ
σωματικῶς, ὅπου δὲ μὴ ἐνεδέχετο ἀμφοτέρως, προκρίνειν τὸ
πνευματικὸν τοῦ σωματικοῦ, σωζομένου πολλάκις τοῦ ἀληθοῦς
πνευματικοῦ ἐν τῷ σωματικῷ, ὡς ἂν εἴποι τις, ψεύδει.

363 19, 23 (6), 152. Ὁ δὲ ἀποθνήσκων ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἑαυτοῦ, 481
κἂν λέγῃ πιστεύειν τῷ Χριστῷ, ὡς πρὸς τὸ ἀληθὲς οὐ πεπί-
στευκεν αὐτῷ· ἐὰν δὲ λέγηται μὲν πίστις, χωρὶς δὲ ἔργων
τυγχάνῃ, νεκρά ἐστιν ἡ τοιαύτη, ὡς ἐν τῇ φερομένῃ Ἰακώβου
291 ἐπιστολῇ ἀνέγνωμεν [cf. Iac 2, 17]. Τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ πι-
στεύων ἢ ὁ πεπονθὼς ἐκ τοῦ διακεῖσθαι κατὰ τὸν λόγον καὶ
συμπεφυκέναι αὐτῷ τὸ μὴ ἐμπεσεῖσθαι ἄν, ὅσον μὲν ἐπὶ τούτοις
τοῖς ῥητοῖς, εἰς τὰ λεγόμενα πρὸς θάνατον εἶναι ἁμαρτήματα;
[cf. 1 Io 5, 16.]

383 28, 18 (14), 157. Ἄνθρωπος γάρ ἐστιν ἀποθανὼν Ἰησοῦς. 482
392 158. Διὸ καὶ αὐτός φησι· «Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι,

---

praestantiorem, et ordine primum omnium quae a Patre per
Verbum sunt.

77 10, 5 (4), 19. Non reprehendo ipsos [evangelistas] aliquo pacto 480
transposuisse ad utilitatem mysticae considerationis id, quod, quan-
tum attinet ad historiam, alio modo factum fuerat, ita ut quod
hoc loco factum fuerat, tamquam in alio gestum sit, narrarent,
vel quod uno tempore, tamquam in alio, et illud quod uno modo
pronuntiatum fuerat, cum quadam alteratione referrent. Propositum
enim illis erat verba narrare, et spiritualiter et corporaliter, ubi
liceret; ubi autem non contingebat utrumque, rem praeferre spiri-
tualem rei corporeae, servata saepe veritate spirituali in corporali,
ut aliquis diceret, mendacio.

363 19, 23 (6), 152. Qui moritur in peccatis suis, etsi dicat se 481
credere Christo, revera non credidit illi; nam etsi dicatur fides,
sine operibus autem exsistat, mortua est talis fides, ut legimus in
291 epistula quae Iacobi nomine circumfertur. Quis est igitur credens
nisi ille, qui eo pervenit, ut non incidat, secundum haec verba, in
peccata quae dicuntur esse ad mortem, quia affectus est iuxta
rationem et coaluit cum ea?

383 28, 18 (14), 157. Iesus, qui mortuus est, homo est. 158. Quo- 482
392 circa ipse etiam inquit: *Nunc autem quaeritis me interficere,*

---

480. CB 4, 175; MG 14, 313. 481. CB 4, 325; MG 14, 569.
482. CB 4, 412; MG 14, 720.

ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα» [Io 8, 40]. 159. Καὶ ἐπεὶ ἄνθρωπος μέν ἐστιν ὁ ἀποθανών, οὐκ ἦν δὲ ἄνθρωπος ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ σοφία καὶ εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ περὶ οὗ γέγραπται· «Θεὸς ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1]· οὐκ ἀπέθανεν ὁ Θεὸς Λόγος καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ δικαιοσύνη· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ «εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως» [Col 1, 15], θανάτου. 160. Ὑπὲρ τοῦ λαοῦ δὲ ἀπέ- 419
θανεν οὗτος ὁ ἄνθρωπος, τὸ πάντων ζῴων καθαρώτερον, 398
ὅστις τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἦρεν καὶ τὰς ἀσθενείας [cf. Is 53, 4; Mt 8, 17], ἅτε δυνάμενος πᾶσαν τὴν ὅλου τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβὼν λῦσαι καὶ ἐξαναλῶσαι καὶ ἐξαφανίσαι, ἐπεὶ «μὴ ἁμαρτίαν ἐποίησεν οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ» [Is 53, 9; 1 Petr 2, 22], οὐδὲ ἔγνω ἁμαρτίαν.

In Psalmos commentarii, ante 244.

483 Ex tomo in Ps. 1, n. 4. Μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξητασ- 65
μένως τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ὑποβέβληκεν αὐτὰ [Ps 11, 7] διὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, μήποτε καὶ ὑμᾶς διαφεύγῃ ἡ ἀναλογία, καθ' ἣν ἐπὶ πᾶσαν ἔφθασε γραφὴν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ θεό-
πνευστον μέχρι τοῦ τυχόντος γράμματος. . . . Ἡμεῖς ὑπολαμ- 68
βάνομεν περὶ πάντων τῶν ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ Ἁγίου Πνεύματος 67
ἀναγεγραμμένων, ὡς τῆς ἐπιδιδούσης τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον σοφίαν ἱερᾶς προνοίας διὰ τῶν γραμμάτων τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, λόγια σωτήρια ἐνεσπαρκυίας, ὡς ἔστιν εἰπεῖν ἑκάστῳ γράμματι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἴχνη τῆς σοφίας.

---

hominem, qui locutus sum veritatem. 159. Et quoniam homo quidem est qui mortuus est, non erat homo veritas, sapientia, pax et iustitia et de quo scriptum est: *Deus erat Verbum,* non mortuus est ille Deus Verbum et veritas et sapientia et iustitia: si quidem *imago invisibilis Dei, primogenitus omnis creaturae* incapax est mortis. 160. Pro populo autem moritur hic homo omnibus ani- 419
mantibus purior, qui peccata nostra tulit et infirmitates, utpote 398
potens universum totius mundi peccatum in se receptum solvere et consumere et delere, quoniam *peccatum non fecit neque inventus est in ore eius dolus,* neque agnovit peccatum.

483 In Ps. 1, n. 4. Exquisitissima cura et studio Spiritus Sanctus 65
per ministros verbi ista subiecit, ne umquam vobis latere posset ratio secundum quam divina sapientia omnem scripturam divinitus datam vel ad unam usque litterulam attigit. . . . Nos censemus 68
de omnibus ex afflatu Spiritus Sancti scriptis, tamquam illa magna 67
providentia, quae sapientiam humana superiorem tradit, per divinas litteras hominum generi salutaria documenta inseruerit, et singulis, ut ita dicam, litteris, quoad unaquaeque capere potest, vestigia sapientiae impresserit.

---

483. MG 12, 1081; L 11, 375.

74 Fragm. ex comment. in Ps. 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25[1]. 484
Εἰσὶν δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· [Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ., Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ· Κριτ., Ῥούθ, ἐν ἑνί· Βασιλειῶν α' β', ἕν· Βασιλειῶν γ' δ' ἐν ἑνί· Παραλ. α' β' ἐν ἑνί, Ἔσδρ. α' β' ἐν ἑνί, Ψαλμ., Παροιμ., Ἐκκλ., Ἆισμα ᾀσμ., Ἡσ., Ἱερ. σὺν Θρήνοις καὶ τῇ Ἐπιστολῇ, Δαν., Ἰεζ., Ἰώβ, Ἐσθ.] Ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκά.

329 Ex tomo in Ps. 4. Ὥσπερ ἐὰν εἴποιμι τὸ γεωργικὸν ἀγαθόν, 485
τὸ ποιητικὸν τοῦ καρποῦ, μικτὸν εἶναι ἐκ προαιρετικοῦ τοῦ κατὰ τὴν τέχνην τοῦ γεωργοῦ, καὶ ἀπροαιρέτου τοῦ παρὰ τῆς προνοίας κατὰ τὴν τῶν ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ φορὰν αὐτάρκους ὑετοῦ· οὕτω τὸ τοῦ λογικοῦ ἀγαθὸν μικτόν ἐστιν ἔκ τε τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς συμπνεούσης θείας δυνάμεως τῷ
319 τὰ κάλλιστα προελομένῳ. Οὐ μόνον τοίνυν εἰς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι χρεία καὶ τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας καὶ τῆς θείας συμπνοίας, ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀπροαίρετος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν διαμεῖναι ἐν τῇ ἀρετῇ.

In Ps. 37 hom. 2, 6. De confessione privata et publica, v. K 248. 485*

In Ieremiam homiliae, post 244.

302 Hom. 8, 1. Πέπτωκεν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἀπὸ 486
ἁμαρτίας. Καὶ «Κύριός ἐστιν ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους» καὶ «ὑποστηρίζει πάντας τοὺς καταπίπτοντας» [cf. Ps 144, 14].

---

74 Fragm. ap. *Eus.*, H. E. 6, 25. Sunt autem XXII libri iuxta 484
Hebraeos: [Gen., Ex., Lev., Num., Deut., Iesu Nave, Iud. cum Ruth, I et II Regnorum, III et IV Regnorum, Paral., Esdr., Ps., Prov., Eccl., Cant. cant., Is., Ier. cum Lamentationibus et Epistula, Dan., Ez., Iob, Esth.] Extra horum censum sunt Libri Machabaeorum.

329 In Ps. 4. Quemadmodum si dicerem bonum agriculturae, quod 485
fructum efficit, mixtum esse ex voluntario quod in arte est agricolae et non voluntario quod a providentia est, propter aëris temperiem et imbris sufficientem copiam: sic bonum rationabilis creaturae mixtum est ex voluntate ipsius et conspirante divina virtute in eo
319 qui honestissima suscipit. Non solum igitur ad id, ut honestus et bonus fiat aliquis, opus est voluntate nostra et divina ope conspirante, quae quantum ad nos arbitraria non est, sed ad id etiam, ut qui honestus et bonus evasit in virtute perseveret.

302 8, 1. Corruit unusquisque in orbe per peccatum. Et *Dominus* 486
est qui erigit elisos et *allevat omnes corruentes. In Adam omnes*

---

[1] Brevitatis causa, seriem tantum librorum indicamus; ideoque intra cancellos [ ] ponimus quod non est ipse scriptoris textus.
484. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 572; MG 12, 1084; 20, 580.
485. MG 12, 1161; L 11, 450.
486. CB 3 (ed. E. Klostermann, 1901), 56; MG 13, 337.

«Ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν», καὶ οὕτως πέπτωκεν
ἡ οἰκουμένη καὶ δεῖται ἀνορθώσεως, ἵν' «ἐν τῷ Χριστῷ πάντες
ζωοποιηθῶσιν» [cf. 1 Cor 15, 22].

487 18, 1. Ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μορφούμεθα, ἵν' 584
οὕτως ὀνομάσω, διὰ τὸ πήλινον ἡμῶν σκεῦος, κεραμευτικῶς
καὶ μορφούμεθα ἤτοι κατὰ κακίαν ἢ κατὰ ἀρετήν. Πλὴν οὕτως
μορφούμεθα ὡς ἐπιδέχεσθαι καὶ τὴν κακίαν ἡμῶν συντριβῆναι,
ἵνα γένηται καινὸν κτίσμα βέλτιον, καὶ τὴν προκοπὴν ἡμῶν
ἀναλυθῆναι μετὰ τὴν μόρφωσιν αὐτῆς εἰς σκεῦος πήλινον.
Ἐπὰν δὲ μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκωμεν, πρὸς τῷ τέλει
γενόμενοι τῆς ζωῆς, ἔπειτα πυρωθέντες ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς
τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν γενώμεθα ὁτιπ⟨οτ⟩οῦν
γινόμεθα ἢ ὑπὸ τοῦ θείου πυρός (ἐπεὶ καὶ «ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ
καταναλίσκον» [Hebr 12, 29; Dt 4, 24] ἐστίν), ἐὰν γενώμεθά
φημι ὑπὸ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε πυρὸς ὁτιποτ' ἂν γενώμεθα, ἐὰν
συντριβῶμεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ καλὰ σκεύη γεγονέναι συνετρίβημεν
καὶ ἀπολώλαμεν εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηρὰ σκεύη γεγονέναι, οὐκ
ἀνακτιζόμεθα οὐδὲ ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ κατασκευὴ βελτίωσιν.
Διὰ τοῦτο ὅσον ἐσμὲν ἐνθάδε οἱονεὶ ἐν χειρὶ τοῦ κεραμέως
ὄντες, κἂν διαπέσῃ τὸ σκεῦος ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἐπι-
δέχεται θεραπείαν καὶ τὸ ἀνακτισθῆναι.

488 21, 2. Πάντα πνεῖ ⟨αὐ⟩τῶν [τῶν προφητῶν] ἀπὸ πληρώ- 65
ματος· καὶ οὐδέν ἐστιν ἐν προφητείᾳ ἢ νόμῳ ἢ εὐαγγελίῳ ἢ
ἀποστόλῳ, ὃ οὐκ ἔστιν ἀπὸ πληρώματος.

---

moriuntur, et ita corruit orbis, et indiget erectione, ut *in Christo omnes vivificentur*.

487 18, 1. Dum sumus in hac vita, formamur, ut sic dicam, propter 584
luteum vas nostrum, fictilium more, et formamur vel ad malitiam vel ad virtutem. Verum quia sic formamur, contingit et malitiam nostram conteri, ita ut fiat nova creatura melior, et progressum nostrum resolvi, postquam formatus sit, in vas luteum. Cum autem transacto hoc saeculo ad vitae finem pervenerimus, postea igniti, vel ab igne igneorum maligni telorum, erimus, quodcumque erimus, vel a divino igne (nam *Deus noster ignis consumens est*); si, inquam, ab hoc vel ab illo igne, quodcumque erimus, si conterimur, sive, postquam bona vasa fueramus, contriti sumus et periimus, sive, postquam mala vasa fueramus, non renovati sumus, neque structura nostra melior fieri potest. Quapropter dum sumus hic et quasi in manu figuli, etsi ceciderit vas e manibus eius, reparari et renovari potest.

488 21, 2. Omnia eorum [prophetarum dicta] a Spiritus plenitudine 65
spirant, nihilque est sive in prophetia, sive in lege, sive in evangelio, sive in apostolo, quod non a plenitudine descendat.

---

487. CB 3, 151; MG 13, 464.
488. CB 3, 196; MG 13, 536.

In Exodum homiliae, post 244.

54 Hom. 5, 4. Vide magno illi ecclesiae fundamento et petrae 489
solidissimae, super quam Christus fundavit ecclesiam, quid dicatur a Domino: *Modicae*, inquit, *fidei, quare dubitasti?* [Mt 14, 31.]

485 13, 3. Volo vos admonere religionis vestrae exemplis. 490
Nostis, qui divinis mysteriis interesse consuestis, quomodo, cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela et veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur; reos enim vos creditis, et recte creditis, si quid inde per neglegentiam decidat. Quodsi circa corpus eius conservandum tanta utimini cautela, et merito utimini, quomodo putatis minoris esse piaculi verbum Dei neglexisse quam corpus eius?

In Numeros homiliae, post 244.

459 Hom. 7, 2. Antea in aenigmate fuit baptismus in nube 491
475 et in mari, nunc autem in specie regeneratio est in aqua et
484 in Spiritu Sancto. Tunc in aenigmate erat manna cibus,
nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus, sicut et ipse dicit quia: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus* [Io 6, 56].

413 24, 1. In Paschae festivitate agnus scribitur esse qui puri- 492
416 ficat populum, in aliis vitulus, in aliis hircus aut aries vel
capra vel vitula, sicut ex iis, quae recitata sunt, didicistis. Unus ergo ex iis animalibus, quae ad purificandum populum sumuntur, esse dicitur Dominus et salvator noster. Sic enim intellexit Ioannes, qui est maior omnium prophetarum, et signavit de ipso dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata*
406 *mundi* [Io 1, 29]. . . . Donec sunt peccata, necesse est requiri
et hostias pro peccatis. Nam pone, verbi gratia, non fuisse peccatum: si non fuisset peccatum, non necesse fuerat Filium Dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne positum iugulari, sed mansisset hoc quod in principio erat, Deus Verbum. . . .
421 In his omnibus hostiis unus est agnus, qui totius mundi potuit
auferre peccatum, et ideo cessaverunt ceterae hostiae, quia talis haec fuit hostia, ut una sola sufficeret pro totius mundi salute. Ceteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit.

In Leviticum homiliae, post 244.

475 Hom. 2, 4. Audi nunc, quantae sint remissiones peccatorum 493
in evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem

---

489. MG 12, 329; L 9, 55.
490. MG 12, 391; L 9, 156.
491. MG 12, 613; L 10, 56.
492. MG 12, 756; L 10, 292.
493. MG 12, 417; L 9, 192.

peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii. Tertia 472
est quae pro eleemosyna datur. . . . Quarta nobis fit remissio 548
peccatorum per hoc, quod et nos remittimus peccata fratribus
nostris. . . . Quinta peccatorum remissio est, cum converterit
quis peccatorem ab errore viae suae. . . . Sexta quoque fit 532
remissio per abundantiam caritatis. . . . Est adhuc et septima, 536
licet dura et laboriosa, per paenitentiam remissio peccatorum,
cum lavat peccator in lacrimis stratum suum, et fiunt ei lacrimae
suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Do- 540
mini indicare peccatum suum et quaerere medicinam, secundum
eum qui ait: *Dixi: pronuntiabo adversum me iniustitiam meam*
Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei [Ps 31, 5]. In
quo impletur et illud, quod Iacobus apostolus dicit: *Si quis*
autem infirmatur, vocet presbyteros ecclesiae, et imponant ei
manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei sal-
vabit infirmum, et si in peccatis fuerit, remittentur ei [Iac 5, 14].

494 3, 4. Audi quid legis ordo praecipiat: *Si peccaverit*, inquit, 538
unum aliquid de istis, pronuntiet peccatum quod peccavit [Lv 5, 5].
Est aliquod in hoc mirabile secretum, quod iubet pronuntiare
peccatum. Etenim omni genere pronuntianda sunt et in publicum proferenda cuncta quae gerimus. Si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri, proferri autem ab illo, qui et accusator peccati est et incentor. Ipse enim nunc nos ut peccemus instigat, ipse etiam cum peccaverimus accusat. Si ergo in vita praeveniamus eum, et ipsi nostri accusatores simus, nequitiam diaboli inimici nostri et accusatoris effugimus. . . . Vide ergo quia pronuntiare peccatum remissionem peccati meretur. Praeventus enim diabolus in accusatione ultra nos accusare non poterit; et si ipsi nostri simus accusatores, proficit nobis ad salutem; si vero expectemus ut a diabolo accusemur, accusatio illa cedit nobis ad poenam.

495 8, 2. *Et locutus est*, inquit, *Dominus ad Moysen dicens*: 431
Loquere filiis Israel et dices ad eos: Mulier quaecumque conceperit semen et pepererit masculum, immunda erit septem diebus [Lv 12, 2].

Παρέλκειν δόξει τὸ «ἐὰν σπερματισθῇ» προτασσόμενον τοῦ «καὶ τέκῃ ἄρσεν». Ἀλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερματίσθαι τεκοῦσα ἄρσεν, μὴ νομισθῇ

495 8, 2. Illud *si conceperit semen* quod praeponitur his verbis: *et* 431
pepererit masculum, videbitur esse superfluum. Sed haereo num forte totum hoc ideo dictum sit, ne Maria, quae iuxta prophetas

494. MG 12, 429; L 9, 208. 495. MG 12, 493; L 9, 314.

ἀκάθαρτος εἶναι γεγεννηκυῖα τὸν σωτῆρα, εἴρηται ὅλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καὶ μὴ προσκειμένου τοῦ «ἐὰν σπερματισθῇ» νοεῖσθαι μὴ οὖσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἦν γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

Ferant ergo legis onera mulieres, virgines vero ab his habeantur immunes.

302 8, 3. Quaecumque anima in carne nascitur, iniquitatis et 496
470 peccati sorde polluitur. . . . Addi his etiam illud potest, ut
requiratur quid causae sit, cum baptisma ecclesiae pro remissione peccatorum detur, secundum ecclesiae observantiam etiam parvulis baptismum dari; cum utique si nihil esset in parvulis quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.

526 15, 2. In gravioribus criminibus semel tantum paenitentiae 497
528 conceditur locus; ista vero communia, quae frequenter in-
currimus, semper paenitentiam recipiunt, et sine intermissione redimuntur.

In Romanos commentarii, post 244.

416 L. 3, n. 8. Cum superius [Paulus] dixisset, quod pro omni 498
413 genere humano redemptionem semetipsum dedisset, ut eos,
qui in peccatorum captivitate tenebantur, redimeret [cf. Rom 3, 24; 1 Tim 2, 6], dum sine Deo *pro omnibus mortem gustat* [Hebr 2, 9]; nunc addit aliquid sublimius et dicit quia *proposuit eum Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* [Rom 3, 25]; quo scilicet per hostiam sui corporis propitium hominibus faceret Deum et per hoc ostenderet iustitiam suam, dum iis remitteret praecedentia delicta, quae pessimis tyrannis serviendo contraxerant eo tempore, quo sustinebat et patiebatur Deus haec fieri.

459 5, 8. Quamvis secundum typum ecclesiis traditum omnes 499
476 baptizati simus in aquis istis visibilibus et in chrismate visibili,
tamen qui mortuus est peccato et vere baptizatur in morte Christi, et consepelitur ei per baptismum in mortem, iste vere in Spiritu Sancto et aqua de superioribus baptizatur.

465 5, 8. Requiras fortassis etiam hoc, quod cum ipse Dominus 500
466 dixerit ad discipulos ut baptizarent omnes gentes in nomine

semine non suscepto peperit masculum, putaretur immunda esse genito salvatore. Sed absque harum vocum adiectione, *si conceperit semen*, poterat etiam Maria intellegi non esse immunda. Non enim simpliciter erat mulier, sed virgo.

496. MG 12, 496; L 9, 318. 497. MG 12, 561; L 9, 425.
498. MG 14, 946; L 6, 204. 499. MG 14, 1038; L 6, 381.
500. MG 14, 1039; L 6, 383.

Patris et Filii et Spiritus Sancti [Mt 28, 19], cur hic apostolus
solius Christi in baptismo nomen assumpserit, dicens: *Qui-
cumque baptizati sumus in Christo* [Rom 6, 3], cum utique non
habeatur legitimum baptisma nisi sub nomine Trinitatis.

501 5, 9. Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit etiam par- 474
vulis baptismum dare; sciebant enim illi, quibus mysteriorum
secreta commissa sunt divinorum, quod essent in omnibus
genuinae sordes peccati, quae per aquam et Spiritum ablui
deberent.

502 7, 13. Sed non advertunt qui haec ita sentiunt, quod, sicut 374
Dominum Iesum Christum non ita unum esse Dominum dixit,
ut ex hoc Deus Pater Dominus non dicatur, ita et Deum
Patrem non ita dixit esse unum Deum, ut Deus Filius non
credatur. Vera est enim scriptura quae dicit: *Scitote quoniam
Dominus ipse est Deus* [Ps 99, 2]. Unus autem uterque est
Deus, quia non est aliud Filio divinitatis initium quam Pater;
sed ipsius unius paterni fontis, sicut Sapientia dicit, *purissima
est manatio* [Sap 7, 25] Filius. Est ergo Christus *Deus super* 141-
omnia [Rom 9, 5]. . . . Qui autem super omnia est, super se 148
neminem habet. Non enim post Patrem est ipse, sed de
Patre. Hoc idem autem sapientia Dei etiam de Spiritu Sancto
intellegi dedit, ubi dicit: *Spiritus Domini replevit orbem terra-
rum, et qui continet omnia scientiam habet vocis* [Sap 1, 7]. Si
ergo Filius *Deus super omnia* dicitur, et Spiritus Sanctus con-
tinere omnia memoratur, Deus autem Pater est *ex quo omnia*
[1 Cor 8, 6], evidenter ostenditur naturam Trinitatis et sub-
stantiam unam esse, quae est super omnia.

In Matthaeum commentarii, post 244.

503 Fragm. ex tomo 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25. Ὡς ἐν παρα- 14
δόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα 75
ἀναντίρρητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ·
ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τόν ποτε τελώνην, ὕστερον
δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ
τοῖς ἀπὸ ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν ἑβραϊκοῖς συντε-
ταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο

503 Fragm. ex tomo 1, apud *Eus.*, H. E. 6, 25. Sicut ex traditione 14
accepi de quattuor evangeliis, quae sola in universa Dei ecclesia, 75
quae sub caelo est, citra controversiam admittuntur: primum scilicet
scriptum esse evangelium secundum Matthaeum, prius quidem publi-
canum, postea vero apostolum Iesu Christi, qui illud hebraico ser-
mone conscriptum Iudaeis ad fidem conversis publicavit; secundum
vero secundum Marcum, qui, prout Petrus ipsi exposuerat, fecit . . .;

501. MG 14, 1047; L 6, 397. 502. MG 14, 1140; L 7, 157.
503. CB Eus. 2 (ed. E. Schwartz), 576; MG 13, 829; 20, 581.

αὐτῷ, ποιήσαντα . . . καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ
Παύλου ἐπαινούμενον εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιη-
κότα· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην.

488 Tom. 11, n. 14. Τὸ «ἁγιαζόμενον διὰ λόγου Θεοῦ καὶ 504
454 ἐντεύξεως» [1 Tim 4, 5] οὐ τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἁγιάζει τὸν χρώμενον·
εἰ γὰρ τοῦτο, ἡγίαζε γὰρ ἂν καὶ τὸν ἐσθίοντα ἀναξίως τὸν
ἄρτον τοῦ Κυρίου, καὶ οὐδεὶς ἂν διὰ τὸ βρῶμα τοῦτο ἀσθενὴς
ἢ ἄρρωστος ἐγίνετο, ἢ ἐκοιμᾶτο· τοιοῦτον γάρ τι ὁ Παῦλος
παρέστησεν ἐν τῷ· «Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ
506 ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί» [1 Cor 11, 30]. Καὶ ἐπὶ τοῦ
ἄρτου τοίνυν τοῦ Κυρίου ἡ ὠφέλεια τῷ χρωμένῳ ἐστίν, ἐπὰν
ἀμιάντῳ τῷ νῷ, καὶ καθαρᾷ τῇ συνειδήσει μεταλαμβάνῃ τοῦ
497 ἄρτου. . . . Εἰ δὲ «πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα εἰς
κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται» [Mt 15, 17], καὶ
τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως κατ'
νοῦν καὶ Λόγον καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν καὶ φῶς εἶναι αὐτοῦ τε
τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ εἰκόνα, οὐκ αὐτὸν ὄντα τὸν Πατέρα,

---

673 10, 1. [Christus] patientium membrorum labores in se ipsum 416
assumpsit et nostras infirmitates suas fecit et secundum leges
amoris erga homines pro omnibus nobis et dolores et labores
sustinuit. Neque solum haec faciens Dei agnus, verum etiam pro 419
nobis tormenta passus supplicioque affectus, quo non ipse dignus
erat, sed nos ob multitudinem peccatorum, ut peccata nobis di-
mitterentur auctor exstitit, utpote qui pro nobis et mortem subierit
atque verbera et probra et contumelias quibus nos digni eramus
in se ipsum transtulerit atque exsecratio pro nobis factus exsecra-
tionem quae nobis debebatur ad se ipsum attraxerit. Quid enim
aliud ille ac pro animis nostris pretium?

674 2, 14. Necessario unum aliquid divinum, ineffabile, bonum, 115
simplex, incompositum, uniforme, quod est ultra universa, agno-
scendum est, quod est ipse Deus, ipsa mens, ipsum Verbum, ipsa
sapientia, ipsum lumen, ipsa vita, ipsum pulchrum, ipsum bonum
et quidquid his melius aliquis excogitaret, magisque supra omnem
mentem et ultra omnem disquisitionem et cogitationem; eiusque 153
unigenitus Filius, ut imago Patris ex eo natus et omnino et in 162
omnibus simillimus genitori, et qui Deus et mens et Verbum et
sapientia et vita et lumen est ipsiusque pulchri et boni imago,

---

673. MG 22, 724; G 1, 922.
674. CB 4 (ed. E. Klostermann, 1906), 115; MG 24, 928.

ἀλλὰ τὸν τοῦ Πατρὸς μονογενῆ Υἱόν, οὐδ' αὐτὸν ὄντα τὸν
ἀγέννητον καὶ ἄναρχον, ἀλλὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα καὶ ἀρχὴν
ἐπιγραφόμενον τὸν γεγεννηκότα.

S. ALEXANDER EPISC. ALEXANDRINUS, † 328.

Epistula ad Alexandrum Constantinopolitanum.

152 4. Περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων 675
γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεῦσαι Ἰωάν-
νης ὁ εὐαγγελιστής, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· «Ὁ μονογενὴς
Υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός» [Io 1, 18]. Προνοού-
μενος γὰρ ὁ θεῖος δεικνύναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα
πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς
κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ
οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται,
«πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι» [ib. 1, 3] ὁ αὐτός φησιν Ἰωάννης.

157 7. Ἀσεβεστάτης οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, 676
ἀνάγκη τὸν Πατέρα ἀεὶ εἶναι Πατέρα· ἔστι δὲ Πατὴρ ἀεὶ
παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν χρηματίζει Πατήρ. Ἀεὶ δὲ παρόντος
αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων
ἐν τῷ καλῷ· οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ
ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν.

158 9. «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30]. Ὅπερ φησὶν 677
ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑπο-
στάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν
ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σῴζειν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρός, τὴν

---

non ipse Pater, sed Patris unigenitus Filius, nec ipse ingenitus et
imprincipiatus, sed ex illo natus et principium sibi adscribens
genitorem.

152 4. Verum quod Filius Dei neque ex nihilo factus sit, neque 675
tempus fuerit quo non erat, abunde docet Ioannes evangelista, ita
scribens de illo: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Statuens
enim divinus magister ostendere duo esse alterum ab altero in-
separabilia, Patrem et Filium, esse illum in sinu Patris dixit. Iam
vero quod inter res ex nihilo factas Verbum Dei non computetur,
omnia per ipsum facta sunt, ipse ait Ioannes.

157 7. Cum impiissima esse videatur suppositio orta ex iis quae 676
non sunt, necesse est Patrem semper esse Patrem; est autem
semper Pater quando adest Filius, per quem se habet Patrem. Cum
autem semper illi adsit Filius, semper est Pater perfectus, nullo
bono carens; qui non in tempore, neque ex intervallo, neque ex
his quae non sunt genuit unigenitum Filium.

158 9. *Ego et Pater unum sumus.* Quod dicit Dominus, non Patrem 677
se ipsum annuntians, neque duas persona naturas unam esse de-
clarans; sed, quia paternam similitudinem exacte natus est servare

---

675. MG 18, 553. 676. MG 18, 557. 677. MG 18, 561.

κατὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ του πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ.

678 11. Φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληνάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀπο- 152
στρεφομένους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ 153
Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο. Δυοῖν θάτερον λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ Πατρὸς ἀγεννήτου καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων.
Ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής, δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων 181
ἐποίησεν ὁ Πατὴρ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἣ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος Πατρὸς γεγέννηται.

679 12. Οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ Πατρὶ οἰκεῖον ἀξίωμα φυλα- 151
κτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ Υἱῷ 157
τὴν ἁρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἄναρχον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἀνατιθέντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν, αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ ‚ἦν' καὶ τὸ ‚ἀεὶ' καὶ τὸ ‚πρὸ αἰώνων' λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ· τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ Πατρὸς ἀπηκριβωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθέντες· τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος τοῦ σωτῆρος· «Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί» [Io 14, 28].

Filius Patris, in omnibus conformitatem illius ex natura impressam habens et immutata imago Patris exsistens, et primi exemplaris exemplatus character.

678 11. Aiunt enim isti ineptarum inventores fabularum, nos, qui 152
aversamur hanc ex nihilo impiam et non scriptam adversus Christum 153
blasphemiam, docere ingenita duo. Duorum dicunt imperiti alterum necessarium esse, vel ex nihilo illum esse arbitrari, vel omnino ingenita dicere duo; ignorant isti rudes quantum intersit inter Patrem ingenitum et creata ab illo ex nihilo rationalia et non rationalia. Inter utrumque media est natura unigenita, per quam 181
universa ex nihilo fecit Pater Dei Verbi, quae ex ipso exsistente Patre genita est.

679 12. Igitur ingenito Patri propriam dignitatem servemus, dicentes 151
nullam illi esse causam essendi; Filio autem convenientem honorem 157
tribuamus, adscribentes illi generationem ex Patre absque initio; et, ut supra, illi cultum tribuentes, solum dicentes pie sancteque de illo ‚erat' et ‚semper' et ‚ante saecula', divinitatem tamen illius non reicientes, sed imagini et characteri Patris exactam in omnibus similitudinem adscribentes; Patri autem soli proprium inesse existimantes quod sit ingenitus; salvator enim ipse dicit: *Pater meus maior me est.*

---

678. MG 18, 564. 679. MG 18, 568.

598 12. Μετὰ τοῦτο τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἴδαμεν· ἧς 680
376 429 ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, σῶμα φορέσας
413 ἀληθῶς καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανών, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἥττων γεγενημένος· ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης.

APHRAATES, fin. s. III. — med. s. IV.[1]

Demonstrationes, 337—345[2].

188 Dem. 1, n. 19. Haec est fides: ut homo credat in Deum, 681
141 omnium Dominum, qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in iis sunt; qui fecit hominem ad imaginem suam, et dedit Moysi legem, misitque de Spiritu suo in prophetas,
598 deinde misit in mundum Christum suum; item ut credat homo
459 in resurrectionem mortuorum, atque insuper credat in baptismi sacramentum. Haec est fides ecclesiae Dei.

394 6, 12. Christus Spiritum non accepit in mensura, verum 682
Pater dilexit eum, et tradidit in manus eius omnia, universoque thesauro suo eum praeposuit. Dixit enim Ioannes: *Non dedit Pater Filio suo Spiritum in mensura, sed dilexit eum, et omnia tradidit in manibus eius* [Io 3, 34 sq].

357 6, 14. Idcirco, carissime, de Spiritu Christi nos etiam 683
accepimus, et Christus in nobis habitat, sicuti scriptum est dixisse Spiritum hunc per os prophetae: *Habitabo in iis, et inambulabo inter illos* [Lev 26, 12]. Praeparemus igitur templa
364 nostra Spiritui Christi, neque ipsum contristemus, ne forte a
475 nobis recedat. ... A baptismo enim accipimus Spiritum Christi; et eadem hora qua Spiritum invocant sacerdotes, aperit caelum

---

598 12. Post hoc novimus resurrectionem mortuorum, cuius primitiae 680
376 429 fuit Dominus noster Iesus Christus, qui carnem revera gestavit
413 neque sola specie, sumptam ex Maria deipara, qui in fine saeculorum, ut peccatum tolleretur, ad humanum genus advenit crucique fixus et mortuus est neque tamen idcirco divinitatis suae detrimentum passus est; suscitatus ex mortuis, assumptus est in caelum sedetque ad dexteram maiestatis.

---

[1] Genuinum textum Patrum Syrorum, ut qui plurimis minus sit utilis, non scribimus; latinam autem translationem locorum S. Ephraem, quae in editione Assemani saepius minime fidelis est, accurate iuxta syriacum textum emendavimus.

[2] Auctore *R. Duval*, Anciennes littératures chrétiennes, t. II: La littérature syriaque, 3e éd., Paris 1907, Demonstrationes 1—10 scriptae sunt a. 337, 11—23 ab a. 344 ad 345, 23 a. 345.

680. MG 18, 568. 681. PS 1, 43. 682. PS 1, 287.
683. PS 1, 291.

et descendit, aquis incubat, eumque induunt qui baptizantur. 447
Ab omnibus enim de corpore natis Spiritus abest, donec ad 302
aquae regenerationem accedant; tunc accipiunt Spiritum
Sanctum. In priore quidem generatione nascuntur spiritu 222
animali praediti, qui in homine creatur, nec morietur umquam, 218
sicut scriptum est: *Factus est homo in animam viventem* [Gn 2, 7].
At in altera, baptismi scilicet, regeneratione Spiritum Sanctum
ex ipsa divinitate recipiunt immortalem. Cum ergo moriuntur 583
homines, spiritus animalis absconditur cum corpore, quod
sensu destituitur; Spiritus autem caelestis, quem acceperunt,
ad naturam suam, ad Christum, redit. Porro utramque rem
docet apostolus dicens: *Sepelitur corpus animaliter, et resurgit*
spiritualiter [1 Cor 15, 44]. . . . Ex homine autem, qui Spiritum
ex aqua receptum contristavit, egreditur Spiritus priusquam
ille moriatur, atque ad naturam suam, ad Christum, vadens
hominem accusat a quo contristatus est.

684 7, 1. Ex omnibus qui progeniti sunt corpusque induerunt, 398
unus dumtaxat innocens est, nempe Dominus noster Iesus
Christus, prout ipse de se testimonium perhibet. Ait enim:
Ego vici mundum [Io 16, 33]. De ipso testatur etiam propheta:
Iniquitatem non fecit, neque inventus est in ore eius dolus [Is
53, 9]. . . . Neque ex hominibus ullus alius est qui in stadium 302
descendat quin vulneretur aut feriatur; peccatum enim a tem-
pore quo Adam praeceptum transgressus est regnavit; a multis
autem percussum fuerat, multosque vulneraverat, multos etiam
occiderat, sed nemo ex his interfecit illud, donec advenit sal- 413
vator noster, qui illud sustulit suaeque affixit cruci.

685 7, 3. Non virum in proelio vulneratum sapienti medico 536
se committere piget, eo quod in pugna superatus ceciderit; 540
idemque, cum sanatus fuit, a rege non reicitur, sed exercitui
eius iterum adnumeratur et adscribitur. Ita eum, qui a Satana
percussus fuit, non debet pudere delictum suum confiteri illud-
que relinquere et paenitentiam in remedium postulare. . . . Si
quis autem erubuerit, sanari non poterit, quoniam plagas suas
non vult patefacere medico, qui duos denarios accepit, ut
per hos omnibus qui sauciati fuerint mederetur [cf. Lc 10, 35].
4. Vos igitur, medici, qui insignis medici nostri estis discipuli,
non debetis medicinam iis denegare quibus curatione opus
est. Quicumque vobis suum vulnus detexerit, ei remedium
imponite paenitentiae; eum autem, qui infirmitatem suam mani-
festare erubuerit, ne hanc a vobis abscondat adhortamini;
cumque ipsam vobis revelaverit, nolite eam publicare, ne 541
propter illum ab inimicis et ab iis qui nos oderunt, innocentes
in culpa esse iudicentur.

---

684. PS 1, 314. 685. PS 1, 318.

600 8, 3. Ex his autem disce, insipiens, unumquodque seminum 686
proprium corpus induere; numquam seminas triticum, hordeum
autem metis; numquam vineam plantas quae ficus proferat;
cuncta vero secundum propriam naturam crescunt; ita etiam
corpus quod decidit in terram, idem ipsum resurget. De cor-
poris autem corruptione et dilapsione ex parabola seminis te
oportet discere hoc perinde esse ac semen tuum, quod in
terram cadens putrescit et corrumpitur, atque ex ipsa corrup-
tione crescit, germinat et fructum praebet.

598 8, 6. De hac igitur mortuorum resurrectione, carissime, pro 687
225 meis viribus te erudiam. Deus ab initio creans hominem de
189 pulvere eum finxit, et erexit eum. Si ergo hominem, cum
non exsisteret, e nihilo fecit, quanto nunc ipsi facilius est
eum terrae, seminis instar, mandatum excitare!

586 8, 20. Fides autem nostra docet homines in eum somnum 688
[animarum post mortem] semel lapsos sic consopiri, ut bonum a
malo non discernant; nec iustos promissam retributionem
neque impios debitam poenam excipere, donec iudex adveniat
et homines a dextris vel a sinistris constituat. Scito igitur
ex his quae scripta sunt, cum iudex sederit apertique fuerint
coram eo libri et facta bona et mala recitata, eos qui bene
egerint bona a [Deo] bono accepturos; qui autem mala com-
miserint, a iusto iudice male multabuntur.

486 12, 6. Postquam abiit Iudas ab iis [discipulis, Salvator] accepit 689
panem et benedixit deditque discipulis suis et dixit iis: *Hoc*
est corpus meum; accipite, comedite ex eo omnes. Etiam super
vinum ita benedixit et dixit iis: *Hic est sanguis meus, novum*
testamentum, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Similiter facite in meam commemorationem, quando congregabimini
[Mt 26, 26 28]. Porro nondum comprehensus fuerat Dominus.
Hisque dictis, surrexit e loco, ubi pascha fecerat et corpus
suum in escam dederat sanguinemque in potum, et ivit cum
discipulis suis ad locum ubi comprehensus est. Qui autem
corpus suum manducavit et bibit suum sanguinem cum mortuis
reputatur. Dominus autem suismet manibus corpus suum
praebuit manducandum, et, priusquam crucifigeretur, san-
guinem suum potandum dedit.

459 12, 10. Baptizatus est Israel in medio mari hac paschatis 690
456 nocte, in die salvationis; et salvator noster etiam pedes lavit
discipulorum suorum nocte paschatis, quod est sacramentum
baptismi. Noveris etenim, carissime, salvatorem nocte illa
460 dedisse baptismum veritatis. Nam quamdiu cum discipulis
conversatus est, baptismus legis, quo sacerdotes baptizabant,
erat baptismus ille de quo dicebat Ioannes: *Paenitentiam agite*

---

686. PS 1, 363. 687. PS 1, 370. 688. PS 1, 398.
689. PS 1, 515. 690. PS 1, 527.

a peccatis vestris [Mt 3, 2]. At in ea nocte manifestavit iis
sacramentum baptismi passionis mortis suae, sicuti dixit apo-
stolus: *Consepulti estis cum eo per baptismum in mortem et cum
eo surrexistis per virtutem Dei* [Rom 6, 3 4]. Scito igitur, amice,
baptismum Ioannis nihil valuisse ad remissionem peccatorum,
sed ad paenitentiam.

691 14, 11. Salvator noster, rex magnus, mundum rebellem 413
in gratiam cum Patre suo reduxit; cum peccatores essemus, 419
peccatum omnium nostrum ipse portavit factusque est nuntius
reconciliationis inter Deum et creaturam eius; cum impii et
rebelles essemus, petiit a nobis ut nosmet ei reconciliaremus,
sicut apostolus ait: *Factus est legatus reconciliationis, et recon-
ciliavit nos cum Patre suo* [2 Cor 5, 18]. Decebat quidem nos,
qui peccaveramus et inique egeramus, quaerere et implorare,
ut cum factore nostro in gratiam rediremus; et ipse a nobis
reconciliationem postulavit. Cum enim mali destructor ex-
sisteret, poenam ipse reddendam sibi suscepit.

692 17, 2. Pro certo tenemus Iesum, Dominum nostrum, esse 374
Deum Filium Dei, regem filium regis, lumen de lumine,
creatorem, consiliarium, ducem, viam, salvatorem, pastorem,
congregatorem, portam, margaritam, et lucernam. Et ita
plurimis nominibus designatur. Ceteris autem omissis, de-
monstremus illum esse Filium Dei, ipsumque Deum qui a
Deo prodivit.

693 20, 12. Cum dixit Abraham diviti: *Abyssus magna est inter* 584
nos et vos; neque ex vobis ad nos venient, aut de nobis ad vos
[Lc 16, 26], ostendit post mortem et resurrectionem nullam fore
paenitentiam. Neque impii resipiscent regnumque ingredientur,
neque iusti peccabunt amplius ut ad cruciatum abeant. Haec 608
est abyssus magna.

694 22, 15. Veniet vivificator, interfector mortis, eiusque im- 599
perium a iustis ut ab iniquis tollet. Mortui resurgent in clamore,
et mors omnibus captivis suis destituetur et exspoliabitur. Uni-
versi filii Adam ad iudicium congregabuntur, et unusquisque 601
perget ad locum sibi paratum. Resurrectio iustorum ad vitam
procedet, resurrectio vero impiorum tradetur morti.

695 22, 17. Sed *neque impii resurgent in iudicio, neque peccatores* 586
in concilio iustorum [Ps 1, 5]. Sicut enim iusti in bonis operibus
consummati ad iudicium non convenient iudicandi, ita neque
impii, quorum multiplicata sunt peccata et supereffluens mensura
debitorum, ad iudicium procedere compellentur; verum ut sur-
rexerint, revertentur in infernum, quemadmodum ait David:
*Revertentur peccatores in infernum, et omnes gentes quae obli-
viscuntur Deum* [Ps 9, 18].

691. PS 1, 598. 692. PS 1, 787. 693. PS 1, 911.
694. PS 1, 1023. 695. PS 1, 1026.

612 22, 19. Audi nunc apostolum dicentem: *Unusquisque mer-* 696
cedem accipiet secundum laborem suum [1 Cor 3, 8]. Qui parum
laboraverit, prout defatigatus fuerit recipiet. Qui multum cu-
currerit, pro modo cursus sui praemium tollet. . . . Et rursum
apostolus ait: *Stella stellam antecellit claritate; sic et resurrectio
mortuorum* [1 Cor 15, 41 42]. Noveris itaque, etiam cum ad
vitam ingredientur homines, mercedem pariter fore mercede
ampliorem, gloriam gloria insigniorem, et praemium amplius
altero.

595 22, 22. Verum poenas etiam dicam non fore singulis 697
aequales. Qui multum peccavit, multum castigabitur; qui autem
minus deliquit, parcius castigabitur. Hi vadent *ad tenebras
exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium* [Mt 8, 12]. Illi in
ignem, prout meruerint, labentur, nec scriptum est eorum
dentes collisum iri, aut tenebras illic inveniri. Alii in alterum
locum decident, *ubi vermis eorum non morietur, et ignis eorum
non exstinguetur, et fient stupor universae carni* [Is 66, 24]. Aliis
ianua occludetur, iudexque dicet: *Nescio vos* [Mt 15, 12].
Animadverte igitur, sicut praemia, ita et poenas non fore
singulis aequales.

302 23, 3. Quia primus homo serpenti auditum praebuit, male- 698
dictionis sententiam suscepit, qua serpenti in praedam cederet;
et maledictio in omnes eius posteros descendit. . . . Ad ro-
gandam pacem reclusa est porta, et caligo de mente multorum
476 aufugit; illuxit lumen intellectus, et fructus germinarunt olivae
477 splendidae, in qua signum est sacramenti vitae, quo perficiuntur
Christiani et sacerdotes et reges et prophetae; tenebras il-
552 luminat, ungit infirmos, et per arcanum suum sacramentum
paenitentes reducit.

353 23, 48. Magnum est [Dei] optimi donum quod apud nos 699
342 est. Libere enim volens nos in peccatis nostris iustificari,
licet nil ei prosint opera nostra bona, nos erudit, ut coram
eo placeamus; et cum ipsum rogare nolumus, nobis irascitur.
Iugiter nobis proclamat: *Petite et accipite, et cum quaesieritis,
invenietis* [Mt 7, 7].

377 23, 51. Magnum est donum [Dei] optimi apud nos, quod 700
a rege tamquam pignus sibi simile abductum est, amantissime-
que habitum, quodque ad finem usque servabit. Hic est Filius
hominis, corpus de Maria, quod ex nobis ad locum vitae
deductum est. Debile corpus fortissimum factum est, et
splendidiore atque illustriore quam in suo lapsu amisit Adam
gloria donatum.

423 23, 61. Nos vero qui cognovimus unum Deum esse, maie- 701
statem eius debemus confiteri, adorare, laudare, exaltare, glori-

696. PS 1, 1030. 697. PS 1, 1031. 698. PS 2, 6.
699. PS 2, 94. 700. PS 2, 99. 701. PS 2, 127.

ficare, sanctificare, celebrare per Iesum, eius Filium, salvatorem
nostrum, qui sibi nos elegit atque ad se vocavit, per quem
cognovimus illum, et facti sumus illius adoratores, populus et
ecclesia et congregatio sancta. Gloria et honor sit Patri et 141
eius Filio eiusque Spiritui vivo et sancto, ab ore omnium qui
ipsum laudant sursum et infra, in saecula saeculorum.

702 23, 63. O tu qui iuras per caput tuum et mentiris! Si tibi 465
vera sunt tria nomina illa inclita et laudanda Patris et Filii
et Spiritus Sancti, super caput tuum commemorata, quando
vitae tuae signum accepisti; si verum tibi est baptisma, ne
per caput tuum iuraveris, et scito potestatem tibi non esse
per caput tuum iurandi.

S. EPHRAEM, ca 306—373[1].

Hymni et sermones.

703 *Hymni de Epiphania,* 10, 1. Adamus peccato suo omnes 300
dolores sibi adscivit, mundus eius vestigiis insistens omnia
debita. Ac veluti si suus lapsus ei placuisset, de sua restitutione 415
non cogitabat. Gloria illi qui venit eum restituere! 2. Haec 459
causa impulit purissimum Dominum, ut ipse veniret baptismum 462
cum impuris peccatoribus suscepturus. Ad gloriam eius caeli
aperti sunt. Qui omnes mundat, communi omnium baptismo
ablui volens descendit in aquas, easque ad nostrum baptismum
sanctificavit.

704 10, 14. Bonus Dominus hisce duobus allaborat: cogere 334
non vult libertatem nostram nec ut remissi simus permittit. 329
Si enim coactione utitur, potestatem arbitrii tollit; si vero
relaxatione, privat animam auxilio suo. 15. Sciens Dominus 325
quod si cogit privat nos, si auxilium retrahit perdit nos, si
docet acquirit nos, non cogit nec auxilium retrahit, ut facit
Malus, sed docet, erudit et acquirit, utpote Bonus.

705 *Sermo de Domino nostro,* 33. Comprehende enim humili- 383
tatem Domini nostri ab utero ad sepulcrum, et vide quomodo
veluti pedissequa adhaeret parvitati magnitudo, humiliationi
exaltatio. Nam ubi variis in rebus magnitudo Domini se
manifestavit, divinitas eius signis praeclaris revelata est, ut
notum fieret illum unum, qui ibi aderat, non unum sed duos
esse. Neque enim sola exstabat natura inferior neque sola 332
natura superna, sed duae sunt naturae, quarum una alteri
immixta erat, una sublimis, altera humilis; propterea duae 390
illae naturae exprimebant affectus suos, ut per affectus duarum

[1] Vide not. 1, p. 243.
702. PS 2, 134. 703. La (= Lamy) 1, 98. 704. La 1, 102.
705. La 1, 224.

homines duas eas esse discernerent, et non reputaretur unus
et simplex qui duo erat per commixtionem, sed agnosceretur
duo esse propter commixtionem qui unus erat propter essentiam.

54 *Sermones in hebdomadam sanctam,* 4, 1. Simon, discipule mi, 706
ego te constitui fundamentum ecclesiae sanctae. Petram vocavi
te antea, quia tu sustinebis omnia aedificia; tu es inspector
eorum, qui mihi aedificabunt ecclesiam in terra; si quid re-
probum aedificare velint, tu fundamentum reprimas eos; tu
es caput fontis a quo hauritur doctrina mea, tu es caput disci-
pulorum meorum; per te omnes gentes potabo; tui est suavitas
illa vivifica quam largior; te elegi ut sis in mea institutione
velut primogenitus et heres efficiaris thesaurorum meorum;
claves regni mei dedi tibi. Ecce principem te constitui super
omnes meos thesauros.

486 4, 4. Accepit Iesus Dominus noster in manibus suis merum 707
493 in initio panem et benedixit, signavit ac sanctificavit eum in
nomine Patris et in nomine Spiritus, et fregit atque distribuit
discipulis suis minutatim in sua bonitate propitia, panem vo-
cavit corpus suum vivum, et se ipso atque Spiritu replevit eum;
extendens autem manum dedit iis panem quem dextera sua
sanctificaverat: Accipite, manducate omnes ex hoc quod sancti-
485 ficavit verbum meum. Quod nunc vobis dedi ne panem
existimetis, accipite, manducate hunc panem nec conteratis
492 micas eius; quod vocavi corpus meum, hoc revera est. Una
particula e micis eius milia milium sanctificare valet et suf-
488 ficit ut vitam praebeat omnibus, qui manducant eam. Accipite,
manducate in fide nihil haesitantes, quia hoc est corpus meum,
et qui manducat illud in fide, ignem et spiritum in illo man-
ducat; si quis autem dubitans manducat illud, merus panis fit
508 ei, at qui cum fide manducat panem in nomine meo sancti-
ficatum, si purus sit, purus conservatur, si peccator, condonatur.
Qui autem illum despicit aut spernit vel contumelia afficit,
pro certo habeat quod contumelia afficit Filium, qui eum
vocavit et realiter effecit corpus suum.

485 4, 6. Postquam manducaverunt discipuli panem novum et 708
483 sanctum et fide intellexerunt se per eum manducavisse Christi
corpus, continuavit Christus explicare et tradere totum sacra-
mentum. Accepit miscuitque calicem vini; deinde eum bene-
dixit, signavit ac sanctificavit, profitens suum sanguinem esse
qui effundendus erat.... Iussit eos bibere Christus et explicavit
iis sanguinem suum esse calicem quem bibebant: Hic est
verus sanguis meus, qui pro vobis omnibus effunditur; accipite,
bibite ex eo omnes, quia novum testamentum est in sanguine
meo. Sicut vidistis me facientem, sic facietis in meam com-

706. La 1, 412. 707. La 1, 416. 708. La 1, 422.

memorationem. Quando congregabimini in nomine meo in ecclesia ubique locorum, facite quod feci in mei memoriam; manducate corpus meum, et bibite sanguinem meum, testamentum novum et vetus.

709 6, 9. Sicut per corpus honoratur Christus, sic per illud 400
opprobriis afficitur. Si corpus flagellatur, per naturam suam
corporalem ipse patitur. Corpus vitam non praestat et cadaver
a flagellis nihil patitur. Pati nequit divinitas; nec mori et
rursus vivere potest Deus, qui sempiterna est vita et inscruta-
bilis. In assumpto autem corpore Christus, unicum Dei Verbum,
venit ad nativitatem et incrementum, formam visibilem et
nutrimentum accepit; venit per successionem generationum
temporibus subiectus et numeris. In divinitate et humanitate 385
quae hypostatice unitae fuerunt, in humanitate qua usus est
divinitus et humanitus, in dominatione et subiectione, in re
et actione Filius Dei, qui homo factus est, unus ipse est
absque divisione. Impassibilis cum sit Deus, ipse passibilis et
impassibilis fuit. Non, ut dicunt hodie, corpus tantum cruci 392
affixum fuit. Sed, sicut ego credo, Deus homo crucifixus est.
Qui voce magna clamavit et exspiravit, latusque lancea per-
foratum habuit, ipse est Deus absconditus. Voce clamavit et
obscuratus est sol; unus est in divinitate et humanitate absque
divisione. Humana nostra natura gratias agat enti spirituali
quod corpus induit, et confiteatur illum non duos sed unum
esse ex Patre et ex Maria; qui in duos eum dividit, non
gaudebit cum eo in Eden, et qui Patrem cum Filio confundit,
ab ecclesia secedit et separatur; quia nulla est in divinitate
separatio.

710 *Sermo de magis, incantatoribus, et divinis, et de fine et con-* 609
summatione, 11. Qui bona fecerint, transibunt in locum bonis 592
repletum; remanebunt autem mali in gehenna, ut fiant cibus
ignis, abripient eos fluctus ignis, ut abeat unusquisque in
habitaculum suum; hunc immergent in caenum, unde num- 594
quam extrahetur; illum immittent in ignem, ut ibi in aeternum 595
maneat; alter in tenebras egredietur et ignem numquam videbit;
alius in abyssum descendet et inde numquam ascendet; alius 612
vero in locum sanctum abibit, ut maneat ibi in aeternum. Sunt
qui sedebunt in secundo gradu, alii in tertio, alii exaltabuntur
usque ad quintum gradum, alii ad decimum, alii ad trigesimum,
alii sedebunt in supernis. . . . Unusquisque enim obtinebit ab
ipsa iustitia mercedem iuxta laborem suum.

711 *Hymni de B. Maria,* 18, 12. In sinu Mariae infans factus 377
est, qui ab aeterno aequalis est Patri. Communicavit nobis
magnitudinem suam et acquisivit infirmitatem nostram; factus 414
est nobiscum mortalis, ut, infusa nobis eius vita, non amplius

709. La 1, 476. 710. La 2, 424. 711. La 2, 608.

429 moriamur. . . . 20. Haec virgo facta est mater, servata vir-
430 ginitate et sigillis non solutis, gestat in utero fetum, integris
virginalibus, et facta est Dei mater atque ancilla opusque
eius sapientiae. . . . 32. Maria hominem non ita concepit, ut
natura ingressum infantis sensu apprehenderet; etenim usque
383 in uterum ignis erat et spiritus, in utero matris suae homo
factus est remanens Deus perfectus.

445 *Hymni de oleo et oliva,* 4. Gratum enim Spiritui Sancto 712
est illud oleum, quod ei ministrat eique ut discipulus adhaeret,
quo designantur sacerdotes et uncti. Spiritus Sanctus enim
oleo signum suum ovibus suis imprimit. Sicut anulus in ceram
sigillum suum imprimit, sic occultum Spiritus sigillum per oleum
imprimitur in baptismo; illa vero in baptismo signata sunt.

594 *Sermo de fine et admonitione,* 8. Scimus omnes, dilecti, 713
iudicium tremendum futurum esse. Et non est qui recogitet
corde nec qui stultitiae suae memor sit; severissimum quippe
de peccatore fiet iudicium, et tormentorum eius non erit finis,
596 nec parvo instante quiescet poena a plectendo peccato eius,
quia in aeternum durabit et nullo umquam tempore solvetur
ei; iudicium ultionis erit et cunctis retributionem debitam
reddet.

148 *Hymnus de defunctis et Trinitate,* 11. Pater genitor et Filius 714
171 genitus e sinu eius, Spiritus Sanctus procedens a Patre et
189 181 Filio; Pater factor, qui fecit mundum e nihilo; Filius creator,
195 qui universa condidit cum genitore suo. 12. Spiritus Sanctus
paracletus et miserator, quo perficitur omne quod fuit et erit
et est; Pater mens, Filius autem verbum, Spiritus vox, tria
nomina, una voluntas, una potestas.

302 *Hymni de instauratione ecclesiae.* 4, 1. Adam, suadente 715
serpente, iustitiae debitorem se constituit, et delicti poena in
433 omnes generationes transmissa est. Angelus et puella sese
ordinaverunt, locuti sunt et audierunt et debitum solverunt. . . .
3. Deus constituit mediatores angelum et puellam, ut suis verbis
rem converterent et reconciliatio fieret atque inter supernos
et infimos chirographum debitorum dilaceraretur.

25 *Hymni dispersi.* 15, 1. Cum Dominus in terram descendit 716
non reliquit thronum caelestem, et cum habitavit in Maria non
evacuavit caelum; ipso in navi dormiente non alius increpavit
ventos; cum autem aquam vertit in vinum, separatum non
erat Verbum ab illo corpore, sed hisce omnibus demonstravit
se Deum esse.

302 22, 8. Transgressio mandati in horto chirographum Adamo 717
scripserat, quo reum declarabatur et morti subiectum omne

712. La 2, 805 not.; *Assemani,* Biblioth. orient. 1, 94.
713. La 3, 148. 714. La 3, 242. 715. La 3, 974.
716. La 4, 730. 717. La 4, 772.

genus humanum; iustitia Iesu ipsum sustulit in Golgotha; 415
sanguine et aqua lateris sui laceravit chirographum generis
nostri. Benedictus qui in cruce sua suspendit debitum mortis
voracis hominique iustificationem dedit [cf. Col 2, 12—14].

Carmina nisibena.

718 3 [scriptum a. 350], 1. Est aberratio, si investigamus quid 109
sit Deus et cui similis sit. Quomodo enim possumus pingere
in nobis imaginem illius essentiae, quae similis est menti?
2. Non possumus perscrutari aspectum eius, ita ut pingatur 113
in intellectu nostro; audit sine auribus, loquitur sine ore,
operatur sine manibus, videt sine oculis. Non potest eam
comprehendere animus noster et desistit ab ea, cum talis sit;
sed ipsa in bonitate sua induit formam humanam, ut nos
collegeret sibique similes redderet. 3. Discamus quomodo 414
haec essentia sit spiritualis et apparuerit tamquam corporalis,
et iterum sit pura et apparuerit tamquam irata. Fiebant enim
haec propter nostram utilitatem, quia essentia illa nobis similis
facta est, ut nos ei similes fieremus. Revera quidem unus
tantum ei similis est, Filius, qui processit ab ea eiusque
accuratissima imago est.

719 27 [scriptum a. 370], 8. Revera quidem tu [Domine] et mater 435
tua soli estis, qui omni ex parte omnino pulchri estis; non
enim in te, Domine, labes est, nec ulla in matre tua macula.
Infantes autem mei duabus his pulchritudinibus minime similes sunt.

720 35 [scriptum a. 363/73], 8. Vidi prophetas et iustos, inquit 384
Malus sociis suis; et quamquam vires eorum valde fortes erant,
tamen iis inerat odor quidam meae naturae. Figmentum enim
hominum cognatum est fermento nostro. Hic autem indutus
est corpore Adami et perturbat nos, quia non dominatur in
eum fermentum nostrum. Certe et homo est et Deus, quia
humanitas eius mixta est cum divinitate eius.

721 73 [scriptum a. 363/73], 1. Ecce, dilecti mei, sub terra sunt 586
cadavera et corpora sepultorum, et in caelo sunt iusti. Hi
enim duo loci portant deposita hominum; itaque terra et
caelum clamarent, si iusti praemio suo resurrectionis frau- 598
darentur.

Interpretationes in s. scripturam, post 363.

722 In Gen 1. Adamum ad imaginem et similitudinem Dei 228
esse creatum tripliciter intellegimus. Non enim illam creaturam verbum vocaret similitudinem Dei, nisi propter eius

718. Bk (= Bickell) 78. 719. Bk 122. 720. Bk 143.
721. Bk 222. 722. AS 1, 128.

libertatem eiusque in creaturas dominium. Illud quoque talem esse imaginem tripliciter intellegimus. Primum: quia, sicut potestas Dei est in omnia, ita dominium Adam in omnia positum est. Secundo: quia animam puram accepit, quae in se recipit omnia genera virtutum divinaque charismata. Tertio: quia per rationalem partem intellectus et dirigentem se applicat ad omnem locum, et in se excitat imagines omnium quae vult.

226 2. *Accepit Deus costam de Adam et fecit mulierem* [Gn 2, 22], 723
227 ut esset unum caput mundo; quod autem ex eo sumpserit ut
illud impleretur: *Masculum et feminam fecit eos* [Gn 1, 27];
haec, ne quis suspicaretur alium fuisse fabricatorem mulieris
224 illumque non insufflasse spiritum in Evam. Non enim anima
ex anima generatur: *Os ex ossibus meis,* non: anima ex
anima mea; *et erunt ambo corpus unum* [Gn 2, 23 sq], non:
anima una.

598 9. Rursus tertium Phase, quod fecerunt filii Israel post 724
reditum in terram promissionis et divisionem hereditatum
suarum, figurat resurrectionem mortuorum, atque omnium
rationalium universale Phase, cum hominum tum angelorum,
601 et designationem hereditatum eorum. Verum, iuxta ordines
eorum, qui ad illud legale Phase veniunt, rursus distingue tres
ordines qui ad illud caelestium et terrestrium festum in resurrectione confluunt, eos scilicet qui sunt supra iudicium, et
eos qui iudicandi sunt, et eos qui ad iudicium non veniunt.
Supra iudicium illi sunt, qui cum apostolis perfecte splendent.
Iudicandi illi, qui hic opera sua in igne paenitentiae probaverunt et ad vitam pervenerunt. Illi vero qui non veniunt
ad iudicium, ii sunt qui nulla omnino bona egerunt et abeunt
594 in supplicium aeternum, secundum hoc: *Non resurgent impii
in iudicio* [Ps 1, 5].

483 In Ioel 2, 24. *Et replebuntur areae vestrae frumento. . . .* 725
476 *Et redundabunt pariter torcularia vino et oleo. . . .* Mystice illud
perfectum est a Messia, qui dedit populo a se redempto, ecclesiae scilicet suae, frumentum et vinum et oleum mysticum: frumentum quod est mysterium corporis eius sancti, et vinum sanguinem suum propitiatorium, et rursus oleum in unguentum suave, quo signati sunt baptizati induentesque arma Spiritus Sancti.

285 *Sermones exegetici:* In Is 26, 10. Ecce vita in ossibus mar- 726
tyrum: quis dicat ea non vivere? Ecce monumenta viva, et quis de hoc dubium moveat? Arces sunt inaccessibiles, a latronibus immunes, civitates munitae, a praedatoribus tutae, turres altae et validae ei qui in illis refugium habet, immunes

723. AS 1, 129. 724. AS 1, 255.
725. AS 2, 252. 726. AS 2, 349.

ab occisoribus, ad quas mors non appropinquat. Qui invidia et perfidia consumitur, animam corrumpente veneno, ex illis accipit auxilia ut cesset venenum neque noceat.

Adversus haereses, sermones, post 363.

727 Sermo 2. Potestatem enim fecit discipulis suis ut una vice 446
tantum per aquam peccata purificarent humanae naturae; atque 521
concessit ut solverent et ligarent, ut, qui ligatus est, petat coram illo, qui omnia condonat; qui enim omnia ignoscit, cum dolore nostro nobis ignoscit. Iustum est enim illum exagitari, qui delectando peccaverit.

728 3. Duos esse deos impossibile est, cum nomen adorandum 103
Dei sit unum; nisi Deus unus est, non est Deus. Sed neque unus est, si nec summus est nec super omnia. Impossibile autem est illum summum esse et excelsum super omnia cui coniungitur aliquid aequale. Et si non sunt plures dii, rursus non sunt plura entia suprema. Nomen enim amborum unum est, unaque gloria et entis supremi et Dei; hoc enim est nomen Dei: essentia quae non habet initium, substantia quae prior est et senior omnibus.

729 53. Moysi manifestavit nomen suum, cum ‚Qui sum' sese 94
appellavit, quod nomen est essentiae, nec umquam alia entia illo nomine vocavit sicut nominibus suis plura vocavit, ut uno nomine quod emisit doceret se esse solum ens, non vero alia.

Adversus scrutatores, sermones, post 363.

730 Sermo 4. Primogenitus intravit ventrem, nec passa est 377
pura virgo. Intravit, et exiit in partu; inde fremuit illa de- 430
cora: ecce gloriosus et occultus eius ingressus, despectus et patens egressus; Deus enim est in ingressu, homo etiam in egressu.

731 27. Deus est essentialiter. Essentia eius gloriosa est sicut 94
nomen eius. Si essentialiter nomen eius ab omnibus est distinctum, essentialiter et eius generatio omnibus ignota latet. Tantus est ut frustra contendant creaturae illum intellegere, cum nihil in eo creaturae simile sit.

732 32. Ecce propter nos multiplicasti gloriam tuam, ut osten- 376
deres nobis te esse magnum. Essentia tua est magna, et propter homines minuta est gloria tua.... Iam si te minueret similitudo imaginis humanitatis quam mutuando induisses, quanto magis te minuit corpus quod misericordia tua in veritate induisti, et non in similitudine.

---

727. AS 2, 440. 728. AS 2, 443. 729. AS 2, 555.
730. AS 3, 5. 731. AS 3, 48. 732. AS 3, 58.

112 44. Habet Deus nomina completa et genuina; habet vero 733
etiam metaphorica et transeuntia, quae cito induit et cito deponit, ut si dicatur paenitere et oblivisci et meminisse. Et sicut tenuisti eum esse iustum et bonum, ita tene eum esse generatorem, crede eum esse creatorem.

115 45. Ille est perfectus omnino in omnibus, parturiens sine 734
dolore, creans sine labore, habitans sine loco, dives sine thesauro. Non enim est locus qui eum capiat et includat, nec est investigans scrutatio quae sufficiat ut comprehendatur.

108 47. Mansio nostra, quae est inter rerum apparentium breves 735
limites, ostendit non pertingere cogitationis nostrae conatus ad Filium, cum nemo sit qui eius initium comprehendat et investiget; Pater enim eius ab unoquoque in omnibus est absconditus; et quantumvis extendit homo propriam scientiam et cogitationem, impossibile est investigare quomodo sit, aut
114 comprehendere quantus sit. Admirare creaturas et glorifica creatorem, neve inquiras essentiam omnibus excellentiorem.

465 51. Quis negare possit trina nomina quorum illapsus olim 736
iuxta Iordanem ministerium implevit? Verum est in nominibus in quibus baptizatum est corpus tuum corpora baptizari; et quamvis bene multa sint nomina Domini universorum, baptizari nos iussit distincte in Patre et Filio et Spiritu.

148 73. Typos habes Patris solem, Filii fulgorem, Spiritus 737
Sancti fervorem; et tamen illud unum est, et Trinitas in hoc se exhibet. Quod non comprehenditur, quis explanabit? Unum est plures, unum est tres, et tres sunt unum. Aenigma magnum, admiratio patens. Distinctus est sol a fulgore suo; distincti sunt, par est tamen, et ipse fulgor solis est sol. Nemo tamen dicit duos esse soles, licet fulgor eius in res inferiores sit sol; sic non duos deos vocamus, sicque Dominus noster Deus est super creaturas.

148 *Adv. scrutatores* (alia series), sermo 2. Esse Patrem con- 738
150 fitere; eum vero ne confitearis esse comprehensibilem. Rursus crede esse Filium; numquid tamen illum perscrutabilem esse credes? Spiritum Sanctum esse tene; ne vero teneas illum esse vestigabilem. Eos esse unum crede; ne tamen dubites esse tres.... Una enim est voluntas in consensu; non est confusio in coniunctione; magnus enim ordo ibi; ne enim, cum coniuncti sint, putes ibi adesse confusionem; ne etiam, cum distincti sint, existimes illud esse divisionem. Coniuncti sunt, non confusi; distincti, non divisi; coniunctio eorum non est confusa, nec distinctio eorum divisa. Quis misceat divisiones eorum? Quis dividat coniunctiones eorum? Confuge ad silentium, miser.

---

733. AS 3, 79. 734. AS 3, 82. 735. AS 3, 85.
736. AS 3, 94. 737. AS 3, 137. 738. AS 3, 194.

Necrosima, seu funebres canones.

739 1. A nobis discesserunt et a nobis longe facti sunt [iusti 586
mortui], sed collocutio eorum nobiscum est, et, licet dor- 218
mientes, docent nos. Vestimenta tantum eorum corrupta sunt, [id est] corpus quod discerpserunt morbi; anima vero servatur in vita sicut est, nullamque patitur corruptionem. Anima iustorum nobiscum est; nam sermo eorum nobiscum est, et tamquam vivi nobiscum colloquuntur in praeceptis et institutis. Anima eorum vivit et cogitat, in paradiso a creatore servata. Et corpora in terra custodiuntur, quasi debitum ad restitutionem.

740 53. Per crucem mors victa est, in paradisum Adam reversus 415
est et heres factus est regni confundens diabolum; splendorem et gloriam quam amiserat Adam cum transgressus est mandatum, reddidit illi Dominus eius in baptismo cum venit; et iterum veniet in fine et resuscitabit eum et pueros eius, illosque gloria induet in thalamo luminis.

Testamentum.

741 72. Quando diem trigesimum complevero, mei memoriam, 587
fratres, facite. Mortui enim oblatione iuvantur quam viventes 588
faciunt.... 78. Si viri Mathathiae qui mysteria detinebant, pro exercitibus, ut legistis, oblationibus eorum expiaverunt crimina qui in bello ceciderant et impii suis moribus erant, quanto magis sacerdotes Filii sanctis oblationibus et linguarum suarum orationibus defunctorum crimina expiant!

[Opera graeca.]

742 *Reprehensio sui ipsius.* Εἶδον οἴκους, καὶ ἐνόησα τὸν οἰκο- 88
νόμον. Εἶδον τὸν κόσμον, καὶ συνῆκα τὴν πρόνοιαν. Εἶδον ναῦν δίχα κυβερνήτου βαπτιζομένην· εἶδον τὰς τῶν ἀνθρώπων πράξεις μηδὲν περαινούσας ἄνευ Θεοῦ τοῦ κυβερνῶντος αὐτάς. Εἶδον πόλιν καὶ πολιτείας διαφόρους εἰς σύστασιν, καὶ συνῆκα ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ διατάξει τὰ πάντα συνέστηκεν. Ἐκ τοῦ ποιμένος τὸ ποίμνιον, καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ αὔξειν ἐπὶ τῆς γῆς τὰ σύμπαντα.

---

742 Domos vidi et oeconomum adesse cognovi. Mundum vidi et 88
providentiam intellexi. Navem absque gubernatore submergi adspexi, et inanes hominum labores sine Dei gubernatione esse animadverti. Civitates et respublicas diversas bene constitutas vidi, et Dei ordinatione cuncta consistere intellexi. Ex pastore grex, et ex Deo cuncta quae super terram sunt crescunt.

---

739. AS 3, 225. 740. AS 3, 312. 741. AG 2, 401.
742. AG 1, 123; quae opera graeca vocamus servata sunt in graeca translatione quam damus.

532 *De compunctione.* Ὦ δύναμις δακρύων, πῶς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἀνάγῃ εἰς οὐρανὸν ἱπταμένη, καὶ τὰ σὰ αἰτήματα λαμβάνεις παρὰ Θεοῦ. Συναντᾷ σοι γὰρ ἱλαρῶς βαστάζων συγχώρησιν. Δώρησαι οὖν, Δέσποτα, ἐμοὶ τῷ ἀναξίῳ δάκρυα καθεκάστην, καὶ ἰσχύν, ἵνα πηγὰς δακρύων μετὰ τῆς γλυκύτητος βρύσουσα διαπαντὸς φωτισθῇ μου ἡ καρδία ἐν προσευχῇ καθαρᾷ, ὅπως ἂν ἐξαλειφθῇ τὸ μέγα γραμματεῖον ἐν δάκρυσιν ὀλίγοις, καὶ κατασβεσθῇ ἐκεῖ δι' ὀλίγου κλαυθμοῦ τὸ πῦρ τὸ καιόμενον. Εἰ γὰρ ἐνταῦθα κλαύσω, ἐκεῖσε ῥυσθήσομαι τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου. 743

536 *De paenitentia, sermo.* Λέγε πρῶτος τὰς ἁμαρτίας, ἵνα δικαιωθῇς, εἶπεν ὁ Θεός. Τοσαύτην συγκατάβασιν εἰς ἀπανθρωπίαν τρέπεις, αἱρετικέ; Ἀπὸ λόγων ποιεῖται τῆς μετανοίας τὴν ἀρχήν, ὅτι ἡ διὰ λόγου ἐξομολόγησις προοίμιον μετανοίας ἐστί. Διὰ τοῦτο καὶ προοίμια σωτηρίας δίδοται τῷ τελώνῃ [cf. Lc 18, 13], οὐ τελείως αὐτὸν ἀπήλλαξε τοῦ ὀφειλήματος, ὅτι ὅπου τελείως μετενόησε. Μάθε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀκρίβειαν, καὶ σύνες τῆς μετανοίας τὴν λυσιτέλειαν. Πρὸς τὴν πρᾶξιν δίδωσι τὸν μισθόν. Διὰ τοῦ λόγου ἐξωμολογήσατο, καὶ ἀπεδείχθη πρὸς προκοπὴν μετανοίας ἐνεργοῦς. 744

429 *Oratio ad sanctissimam Dei matrem.* Ἀλλ', ὦ παρθένε δέσ- 745
434 ποινα, ἄχραντε θεοτόκε, κυρία μου ὀλόδοξε, ὑπερπανάγαθέ μου, ὑψηλοτέρα οὐρανῶν, ὑπερκαθαρωτέρα ἡλιακῶν μαρμαρυγῶν, ἀκτίνων, λαμπηδώνων, ... ῥάβδος ἡ βλαστήσασα τοῦ

---

532 O lacrimarum vis, quomodo in ictu oculi, sublata pennis, in caelum ascendis et postulata tua a Deo obtines, qui occurrit tibi propitius, indulgentiam ac remissionem peccatorum deferens. Largire igitur mihi indigno, Domine, lacrimas per singulos dies atque fortitudinem, ut fontes lacrimarum iugiter cum dulcedine fundens cor meum illustretur in oratione munda, ut magnum illud delictorum meorum chirographum modicis lacrimis deleatur, ignisque ardens exiguo fletu ibi exstinguatur. Nam hic si flevero, illic inexstinguibilem ignem evadam. 743

536 Dic primus peccata tua ut iustificeris, ait Deus. Tantam indulgentiam in crudelitatem convertis, o haeretice? A verbis incohat paenitentiae principium; quoniam quae verbo fit confessio initium paenitentiae est; propterea et salutis initia dantur publicano, nec perfecte ipsum debitis liberarunt, quia nondum perfecte paenitentiam fecerat. Disce Dei rigorem et accuratam exactionem et intellege paenitentiae utilitatem. Pro actionis ratione mercedem tribuit. Verbo confessus est et ad efficacis paenitentiae profectum receptus est. 744

429 At, o virgo domina, immaculata deipara, domina mea glorio- 745
434 sissima, beneficentissima mea, caelis sublimior, multo purior solaribus splendoribus, radiis, fulgoribus, ... virga illius Aaronis germinans,

---

743. AG 1, 154. 744. AG 3, 200. 745. AG 3, 545.

Ἀαρὼν ἐκείνου, ῥάβδος ἐδείχθης ἀληθῶς, καὶ ἄνθος ὁ υἱός σου Χριστὸς ἡμῶν ἀληθινός, Θεὸς καὶ ποιητής μου· σὺ κατὰ σάρκα τὸν Θεὸν ἐγέννησας καὶ Λόγον, πρὶν τόκου παρθενεύ- 430
ουσα, παρθένος μετὰ τόκον, καὶ κατηλλάγημεν Θεῷ Χριστῷ 432
τῷ υἱῷ σου.

S. ATHANASIUS, 295—373.

Oratio contra gentes, ca 318.

746 34. Κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ πεποίηται, καὶ καθ' ὁμοίωσιν 228
γέγονεν [ἡ ψυχή], ὡς καὶ ἡ θεία σημαίνει γραφὴ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγουσα· «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν» [Gn 1, 26]. Ὅθεν καὶ ὅτε πάντα τὸν ἐπιχυθέντα ῥύπον τῆς ἁμαρτίας ἀφ' ἑαυτῆς ἀποτίθεται, καὶ μόνον τὸ κατ' εἰκόνα καθαρὸν φυλάττει, εἰκότως, διαλαμπρυνθέντος τούτου, ὡς ἐν κατόπτρῳ θεωρεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς 162
τὸν Λόγον, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα, οὗ καὶ ἔστιν εἰκὼν ὁ σωτήρ, λογίζεται. Ἢ εἰ μὴ αὐτάρκης ἐστὶν ἡ παρὰ τῆς ψυχῆς 87
διδασκαλία διὰ τὰ ἐπιθολοῦντα ταύτης ἔξωθεν τὸν νοῦν, καὶ μὴ ὁρᾶν αὐτὴν τὸ κρεῖττον· ἀλλ' ἔστι πάλιν καὶ ἀπὸ τῶν φαινομένων τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καταλαβεῖν, τῆς κτίσεως ὥσπερ γράμμασι διὰ τῆς τάξεως καὶ ἁρμονίας τὸν ἑαυτῆς δεσπότην καὶ ποιητὴν σημαινούσης καὶ βοώσης.
747 35. Ἀγαθὸς γὰρ οὖν καὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεός, καὶ κηδό- 105
μενος τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ψυχῶν, ἐπειδὴ ἀόρατος καὶ 108

---

virga vere apparuisti, et flos filius tuus verus Christus noster, Deus et factor meus; tu secundum carnem Deum genuisti et Verbum, ante partum virginitatem servans, virgo post partum, et reconciliati 430
fuimus cum Deo Christo filio tuo. 432
746 34. Ad imaginem siquidem et similitudinem Dei facta et creata 228
est anima, ut et divina scriptura indicat, quae ex persona Dei ita loquitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Quocirca cum omnes peccati maculas, quibus aspersa fuerit, absterserit et solam illam similitudinem puram atque integram servaverit, merito in ea perpurgata ac splendescente, tamquam in speculo, 162
Verbum imaginem Patris contemplabitur; et in Verbo Patrem, cuius et salvator imago est, cogitatione comprehendet. Vel si ipsa per 87
se anima haec praestare iam non queat, cum ob ea quae mentem extrinsecus turbant et inquinant, tum quia ipsa quid potius eligendum sit non videat; certe ex rebus aspectabilibus Dei cognitionem haurire potest, quandoquidem res creatae, admirabili ordine et concentu quo compositae sunt, quibusdam veluti litteris, dominum et creatorem indicant et quasi voce praedicant.
747 35. Bonus enim et clemens Deus, animarum quas creavit 105
curam gerens, quia eius naturae est quae videri et comprehendi 108

---

746. MG 25, 68. 747. MG 25, 69.

ἀκατάληπτός ἐστι τὴν φύσιν, ἐπέκεινα πάσης γενητῆς οὐσίας ὑπάρχων, καὶ διὰ τοῦτο ἔμελλε τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀτυχεῖν τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως, τῷ τὰ μὲν ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, τὸν
87 δὲ ἀγένητον· τούτου ἕνεκεν τὴν κτίσιν οὕτω διεκόσμησε τῷ ἑαυτοῦ Λόγῳ ὁ Θεός, ἵν', ἐπειδὴ τὴν φύσιν ἐστὶν ἀόρατος, κἂν ἐκ τῶν ἔργων γινώσκεσθαι δυνηθῇ τοῖς ἀνθρώποις.

Oratio de incarnatione Verbi, ca 318.

188 2. Ἄλλοι δέ, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ μέγας παρ' Ἕλλησι Πλάτων, 748
189 ἐκ προϋποκειμένης καὶ ἀγενήτου ὕλης πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὰ ὅλα διηγοῦνται· μὴ ἂν γὰρ δύνασθαί τι ποιῆσαι τὸν Θεόν, εἰ μὴ προϋπέκειτο ἡ ὕλη· ὥσπερ καὶ τῷ τέκτονι προϋποκεῖσθαι δεῖ τὸ ξύλον, ἵνα καὶ ἐργάσασθαι δυνηθῇ. . . . 3. Ταῦτα μὲν οὗτοι μυθολογοῦσιν· ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις τὴν μὲν τούτων ματαιολογίαν ὡς ἀθεότητα δια-
191 βάλλει. Οὔτε γὰρ αὐτομάτως, διὰ τὸ μὴ ἀπρονόητα εἶναι, οὔτε ἐκ προϋποκειμένης ὕλης, διὰ τὸ μὴ ἀσθενῆ εἶναι τὸν Θεόν· ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων καὶ μηδαμῶς ὑπάρχοντα τὰ ὅλα εἰς τὸ εἶναι πεποιηκέναι τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Λόγου οἶδεν, ᾗ φησι διὰ μὲν Μωϋσέως· «Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν» [Gn 1, 1].
299 4. Ἄνθρωποι δέ, κατολιγωρήσαντες καὶ ἀποστραφέντες τὴν 749
πρὸς τὸν Θεὸν κατανόησιν, λογισάμενοι δὲ καὶ ἐπινοήσαντες ἑαυτοῖς τὴν κακίαν, ὥσπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέχθη, ἔσχον τὴν

---

nequeat omnemque creatam substantiam transcendat, atque idcirco futurum erat ut humanum genus illius cognitionem non assequeretur, eo quod homo sit ex nihilo factus et Deus sine ullo sit
87 principio: eam ob rem naturam creatam suo Verbo tam apte composuit, ut, quia ipse ex sui natura videri non potest, saltem ex operibus ab hominibus cognosci posset.
188 2. Alii, inter quos etiam magnus apud gentiles Plato numeratur, 748
189 asseverant Deum omnia fecisse ex materia prius exsistente et non facta; neque enim Deum aliquid facere potuisse, nisi prius materia exstitisset; quemadmodum opus est ut lignum, quo faber utitur, prius exsistat, ut ex eo aliquid facere possit. . . . 3. En ergo quae illi quidem effutiunt; at divina doctrina et Christi fides procul has
773. MG 26, 409. 774. MG 26, 413.

ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τὸ ἀγνοεῖν, καὶ μάλιστα ταῦτα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς φιλανθρωπίας ἴδιον τοῦ σωτῆρος. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἐπαισχύνεται διὰ τὴν σάρκα τὴν ἀγνοοῦσαν εἰπεῖν· Οὐκ οἶδα, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰδὼς ὡς Θεὸς ἀγνοεῖ σαρκικῶς. Οὐκ εἴρηκε γοῦν· Οὐδὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οἶδεν, ἵνα μὴ ἡ θεότης ἀγνοοῦσα φαίνηται· ἀλλ' ἁπλῶς· «οὐδὲ ὁ Υἱός» [Mc 13, 32]· ἵνα τοῦ ἐξ ἀνθρώπων γενομένου Υἱοῦ ἡ ἄγνοια ᾖ.

775 3, 61. Οὐκοῦν εἰ [ὁ Υἱός] ἄλλος ἐστὶ τῶν πάντων, ὥσπερ καὶ 154
ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐδείχθη, καὶ μᾶλλον τὰ ἔργα δι' αὐτοῦ γέγονε, μὴ λεγέσθω βουλήσει, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς οὕτως γίνηται, ὥσπερ καὶ τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα συνέστη. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Παῦλος, οὐκ ὢν πρότερον, ὕστερον ὅμως διὰ θελήματος Θεοῦ ἀπόστολος γέγονεν [1 Cor 1, 1]· ἡ δὲ κλῆσις ἡμῶν, ὥς ποτε καὶ αὐτὴ μὴ οὖσα, νῦν δὲ ἐπιγενομένη, προηγουμένην ἔχει τὴν βούλησιν, καί, ὡς αὐτὸς πάλιν ὁ Παῦλός φησι, «κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ» [Eph 1, 5] γέγονε. Τό τε διὰ Μωσέως λεγόμενον· «Γενηθήτω φῶς» [Gn 1, 3], καὶ «Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ» [ib. 11], καὶ «Ποιήσωμεν ἄνθρωπον» [ib. 26], ἡγοῦμαι, καθὰ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, τῆς βουλήσεως τοῦ ποιοῦντος εἶναι τοῦτο σημαντικόν. Τὰ μὲν γὰρ μὴ ὄντα ποτέ, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπιγινόμενα, ὁ δημιουργὸς βουλεύεται ποιῆσαι· τὸν δὲ ἴδιον Λόγον ἐξ αὐτοῦ φύσει γεννώμενον οὐ προβουλεύεται. . . 62. Καταισχυνθέντες [Ariani] ἐπὶ τῷ λέγειν ποίημα 155

---

est ignorare, maximeque res huiusmodi. Verum hoc ipsum singularis salvatoris benevolentiae et benignitatis est effectus. Quoniam enim homo factus est, idcirco propter carnem ignorantem dicere non erubescit: Nescio, ut scilicet ostendat se ut Deum scire, at secundum carnem ignorare. Itaque non dixit: Neque Filius Dei novit, ne divinitas ignorare videretur; sed tantummodo: *neque Filius,* ut nimirum ignoratio Filii ex hominibus nati esse intelligeretur.

775 3, 61. Itaque si [Filius] alius est a rebus omnibus, uti antea 154
probatum est, potiusque opera per eum facta sunt; absit ut voluntate dicatur exstitisse, ne ipse eodem modo fiat, quo ea, quae per ipsum facta sunt, prodierunt. Namque Paulus per voluntatem Dei apostolus postea factus est, cum id antea non esset. Vocatio item nostra, cum aliquando non fuerit, nunc autem facta sit, antecedentem habet Dei voluntatem et, ut idem Paulus loquitur, *secundum propositum eius voluntatis* facta est. Praeterea, quod per Moysen dicitur: *Fiat lux* et *Producat terra* et *Faciamus hominem,* signa reor esse, quemadmodum supra dictum est, voluntatis creatoris. Nam ea quidem, quae aliquando non erant, sed extrinsecus postea fiunt, facere creator deliberat; cum autem Verbum suum ex se ipso natura gignit, praeviam nullam adhibet deliberationem. . . .
62. [Ariani] veriti Verbum Dei factum et creatum dicere, vel non 155

---

775. MG 26, 452.

καὶ κτίσμα, καί· Οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἄλλως πάλιν κτίσμα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, βούλησιν προβαλλόμενοι καὶ λέγοντες· «Εἰ μὴ βουλήσει γέγονεν, οὐκοῦν ἀνάγκῃ καὶ μὴ θέλων ἔσχεν ὁ Θεὸς Υἱόν.» Καὶ τίς ὁ τὴν ἀνάγκην ἐπιβαλὼν αὐτῷ, πονηρότατοι, καὶ πάντα πρὸς τὴν αἵρεσιν ἑαυτῶν ἕλκοντες; Τὸ μὲν γὰρ ἀντικείμενον τῇ βουλήσει ἑωράκασι· τὸ δὲ μεῖζον καὶ ὑπερκείμενον οὐκ ἐθεώρησαν. Ὥσπερ γὰρ ἀντίκειται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην, οὕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βουλεύεσθαι τὸ κατὰ φύσιν.

148 4, 1. Τοῦ ἑνὸς γὰρ Θεοῦ Υἱὸς ὢν ὁ Λόγος, εἰς αὐτόν, οὗ 776
καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται· ὥστε δύο μὲν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱόν, μονάδα δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον. Λεχθείη δ' ἂν καὶ οὕτω μία ἀρχὴ θεότητος, καὶ οὐ δύο ἀρχαί· ὅθεν κυρίως καὶ μοναρχία ἐστίν. Ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἐστι φύσει Υἱὸς ὁ Λόγος, οὐχ ὡς ἀρχὴ ἑτέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφεστὼς οὐδ' ἔξωθεν ταύτης γεγονώς, ἵνα μὴ τῇ ἑτερότητι δυαρχία καὶ πολυαρχία γένηται, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἴδιος Υἱός, ἰδία Σοφία, ἴδιος Λόγος, ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων.

Epistulae IV ad Serapionem, 356—362.

186 Ep. 1, n. 1. Ἔγραφες . . . ὡς ἐξελθόντων μέν τινων ἀπὸ 777
τῶν Ἀρειανῶν διὰ τὴν κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ βλασφημίαν,

---

fuisse priusquam genitum est, ipsum alia ratione creatum esse conantur ostendere, cum voluntatis nomen praetendunt et haec dictitant: «Si voluntate non factum est, ergo necessitate et nolens Deus Filium habuit.» Ecquis igitur necessitatem illi potest imponere, o sceleratissimi, qui omnia ad vestram haeresim attrahitis? Scilicet viderunt quidem quod voluntati opponitur; at quod maius et superius est, minime intellexerunt. Ut enim voluntati opponitur id quod est praeter mentem, sic deliberationi antecellit et praeit id quod ex natura est.

148 4, 1. Cum enim Verbum unius Dei sit Filius, ad illum cuius 776
est refertur, ita ut duo quidem sint Pater et Filius, unitas vero divinitatis individua sit nulloque modo separabilis; ac proinde dicendum est unum esse divinitatis principium, non duo principia; unde proprie et monarchia est. Ex ipso autem principio Verbum Filius natura exsistit, non ut aliud principium per se ipsum subsistens, neque aliunde quam ex ipso uno principio natus, ne dyarchiam et polyarchiam, id est, duo vel plura principia diversitas inducat, sed unius principii proprius est Filius, propria Sapientia, propriumque Verbum ex eo exsistens.

186 1, 1. Scripsisti . . . quosdam impiam Arianorum in Dei Filium 777
haeresim detestantes ab illis quidem discessise, sed eosdem de

---

776. MG 26, 468. Ista oratio 4ª probabiliter non ab Athanasio, sed eadem fere aetate scripta est.
777. MG 26, 529.

φρονούντων δὲ κατὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καὶ λεγόντων αὐτὸ μὴ μόνον κτίσμα, ἀλλὰ καὶ τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων ἓν αὐτὸ εἶναι, καὶ βαθμῷ μόνον αὐτὸ διαφέρειν τῶν ἀγγέλων. Τοῦτο δέ ἐστι πρὸς μὲν τοὺς Ἀρειανοὺς προσποιητὸς μάχη· ἀληθὴς δὲ ἀντιλογία πρὸς τὴν εὐσεβῆ πίστιν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, ἀρνούμενοι τὸν Υἱόν, ἀρνοῦνται καὶ τὸν Πατέρα· οὕτω καὶ οὗτοι, δυσφημοῦντες εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, δυσφημοῦσι καὶ εἰς τὸν Υἱόν.

778 1, 16. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἂν εἴη ποτὲ ὁ Πατὴρ Υἱός, οὕτως 148
οὐκ ἄν ποτε γένοιτο ὁ Υἱὸς Πατήρ. Καὶ ὥσπερ οὐ παύσεταί
ποτε ὁ Πατὴρ μόνος ὢν Πατήρ, οὕτως οὐ παύσεταί ποτε ὁ
Υἱὸς μόνος ὢν Υἱός. Μανία ἄρα κἂν ὅλως ἐνθυμεῖσθαι καὶ
λέγειν ἐπὶ μὲν Υἱοῦ ἀδελφόν, ἐπὶ δὲ Πατρὸς τὸ πάππου ὄνομα.
Οὐδὲ γὰρ ὠνομάσθη ἐν ταῖς γραφαῖς υἱὸς τὸ Πνεῦμα, ἵνα μὴ 173
ἀδελφὸς νομισθῇ· οὐδὲ υἱὸς τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ πάππος νοοῖτο
ὁ Πατήρ· ἀλλ' ὁ Υἱός, τοῦ Πατρὸς υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ
Πατρὸς πνεῦμα εἴρηται· καὶ οὕτως τῆς ἁγίας Τριάδος μία ἡ
θεότης καὶ πίστις ἐστίν.

779 1, 20. Τοιαύτης δὲ συστοιχίας καὶ ἑνότητος τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ 148
Τριάδι οὔσης, τίς ἂν διέλοι ἢ τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρός, ἢ
τὸ Πνεῦμα ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ Πατρός; ἢ τίς οὕτω 179
τολμηρὸς ὡς εἰπεῖν ἀνόμοιον καὶ ἑτεροφυῆ τὴν Τριάδα πρὸς
ἑαυτήν, ἢ ἀλλοτριοούσιον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, ἢ ξένον τὸ 164
Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ; Πῶς δὲ ταῦτά ἐστιν; Ἄν τις πάλιν ἐρωτήσειε 150

Spiritu Sancto prave sentire, contendereque illum non tantum rem creatam, sed etiam unum ex administris spiritibus esse, soloque gradu ab angelis differre. Et haec simulata quidem pugna cum Arianis, sed vera est cum pia fide certatio. Nam ut illi Filium negantes negant et Patrem, ita et isti indigna de Spiritu Sancto loquentes indigna quoque de Filio loquantur necesse est.

778 1, 16. Quemadmodum numquam Pater futurus est Filius, sic 148
numquam Filius futurus est Pater. Et ut numquam Pater desinet
solus esse Pater, ita Filius numquam desinet esse solus Filius.
Nemo igitur nisi mente captus dixerit vel cogitaverit fratrem esse
Filio et nomen avi Patri convenire. Hinc enim nusquam in scri- 173
pturis sacris Spiritus filius dictus est, ne frater esse existimaretur,
uti nec filius Filii, ne Pater avus crederetur. Sed Filius Patris
est filius; et Spiritus Patris spiritus dictus est, atque ita una
Trinitatis divinitas et fides est.

779 1, 20. Cum igitur ea sit in sancta Trinitate coniunctio et unitas, 148
quis iam vel Filium a Patre vel Spiritum a Filio aut ab ipso Patre
separare audeat? vel quis eo temeritatis deveniet, ut dissimilis et 179
diversae naturae Trinitatem esse, aliamque a Patre substantiam
Filium habere, ac denique Spiritum Filio externum esse contendat? 164
Si quis rursus sciscitetur quonammodo haec esse possint, ut scilicet, 150

---

778. MG 26, 569. 779. MG 26, 576.

ζητῶν· πῶς τοῦ Πνεύματος ὄντος ἐν ἡμῖν, λέγεται ὁ Υἱὸς
εἶναι ἐν ἡμῖν, τοῦ τε Υἱοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν, λέγεται ὁ Πατὴρ
εἶναι ἐν ἡμῖν; ἢ πῶς ὅλως Τριάδος οὔσης, ἐν ἑνὶ σημαίνεται
180 ἡ Τριάς; ἢ πῶς τοῦ ἑνὸς ὄντος ἐν ἡμῖν, ἡ Τριὰς ἐν ἡμῖν
λέγεται; διελέτω πρῶτον αὐτὸς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτός, ἢ
τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ· ἢ εἰπάτω, πῶς ἐστι ταῦτα. Εἰ δὲ μὴ
τοῦτο δύναται, πολλῷ πλέον περὶ Θεοῦ τοιαῦτα ζητεῖν μαινο-
μένων ἐστὶ τὸ τόλμημα· ἡ γὰρ θεότης οὐκ ἐν ἀποδείξει λόγων,
ὥσπερ εἴρηται, παραδίδοται, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ εὐσεβεῖ λογισμῷ
μετ' εὐλαβείας.

357 1, 24. Καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος λεγόμεθα πάντες μέτοχοι 780
358 τοῦ Θεοῦ· «Οὐκ οἴδατε» γάρ, φησίν, «ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ
τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν οἰκεῖ; Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ
φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός
165 ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς» [1 Cor 3, 16 sq]. Εἰ κτίσμα δὲ ἦν
τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, οὐκ ἄν τις ἐν αὐτῷ μετουσία τοῦ Θεοῦ
γένοιτο ἡμῖν· ἀλλ' ἢ ἄρα κτίσματι μὲν συνηπτόμεθα, ἀλλότριοι
δὲ τῆς θείας φύσεως ἐγινόμεθα, ὡς κατὰ μηδὲν αὐτῆς μετ-
έχοντες. . . . Εἰ δὲ τῇ τοῦ Πνεύματος μετουσίᾳ γινόμεθα κοι-
νωνοὶ θείας φύσεως, μαίνοιτ' ἄν τις λέγων τὸ Πνεῦμα τῆς
κτιστῆς φύσεως, καὶ μὴ τῆς τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ
ἐν οἷς γίνεται, οὗτοι θεοποιοῦνται· εἰ δὲ θεοποιεῖ, οὐκ ἀμφί-
βολον ὅτι ἡ τούτου φύσις Θεοῦ ἐστι.

---

cum Spiritus in nobis est, Filius in nobis esse dicatur, et cum
180 Filius in nobis est, Pater in nobis esse itidem dicatur; vel quo-
modo, cum sit Trinitas, in uno tamen significetur Trinitas; quo-
modo item cum unus in nobis est, Trinitas in nobis esse dici
queat; quisquis, inquam, ita interrogaverit, vel prius ipse splen-
dorem a luce et sapientiam a sapiente dividat, vel quomodo haec
sint edisserat. Quod si praestare non valeat, multo magis haec
de Deo inquirere summae temeritatis et insaniae esse fatendum
est; siquidem divinitas, ut dictum est, non argumentis traditur,
sed fide, necnon ratione cum pietate coniuncta.

357 1, 24. Omnes similiter per Spiritum Dei participes dicimur: 780
358 *Nescitis,* inquit [Paulus], *quia templum Dei estis, et Spiritus Dei
habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum
165 Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed si
Spiritus Sanctus res creata esset, nulla sane Dei communicatio
nobis in ipso esset; sed rei creatae coniungeremur, et divinae
naturae alieni essemus, utpote nulla in parte eius facti participes. . . .
Si porro Spiritus communicatione divinae naturae consortes ef-
ficimur, nemo certe nisi insanus dixerit Spiritum non Dei, sed
creatae esse naturae. Nec enim alia de causa hi in quibus ille
est, dii efficiuntur. Quodsi deos efficit, qubium non est, quin eius
natura Dei sit.

---

780. MG 26, 585.

781 1, 26. Εἰ δὲ τὸ μὲν Πνεῦμα πάντα πληροῖ, καὶ ἐν τῷ 201
Λόγῳ πάρεστιν ἐν μέσῳ πάντων, οἱ δὲ ἄγγελοι ἐλαττοῦνται
τούτῳ, καὶ ἔνθα ἀποστέλλονται, ἐκεῖ πάρεισιν· οὐκ ἀμφίβολον
οὖν ὅτι οὔτε τῶν γενητῶν, οὔτε ὅλως ἄγγελός ἐστιν, ὡς ὑμεῖς
λέγετε, τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἄνω τῆς τῶν ἀγγέλων φύσεώς ἐστιν.

782 1, 28. Ἴδωμεν δὲ ὅμως καὶ πρὸς τούτοις καὶ αὐτὴν τὴν 142
ἐξ ἀρχῆς παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν καὶ πίστιν τῆς καθολικῆς
ἐκκλησίας, ἣν ὁ μὲν Κύριος ἔδωκεν, οἱ δὲ ἀπόστολοι ἐκήρυξαν,
καὶ οἱ πατέρες ἐφύλαξαν. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἡ ἐκκλησία τεθεμε-
λίωται, καὶ ὁ ταύτης ἐκπίπτων οὔτ' ἂν εἴη οὔτ' ἂν ἔτι λέγοιτο
χριστιανός. Τριὰς τοίνυν ἁγία καὶ τελεία ἐστίν, ἐν Πατρὶ καὶ 180
Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι θεολογουμένη, οὐδὲν ἀλλότριον ἢ
ἔξωθεν ἐπιμιγνύμενον ἔχουσα, οὐδὲ ἐκ δημιουργοῦ καὶ γενητοῦ
συνισταμένη, ἀλλ' ὅλη τοῦ κτίζειν καὶ δημιουργεῖν οὖσα· ὁμοία
δὲ ἑαυτῇ καὶ ἀδιαίρετός ἐστι τῇ φύσει, καὶ μία ταύτης ἡ
ἐνέργεια. Ὁ γὰρ Πατὴρ διὰ τοῦ Λόγου ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ τὰ
πάντα ποιεῖ· καὶ οὕτως ἡ ἑνότης τῆς ἁγίας Τριάδος σῴζεται. . . .
Τριὰς δέ ἐστιν οὐχ ἕως ὀνόματος μόνον καὶ φαντασίας λέξεως, 149
ἀλλὰ ἀληθείᾳ καὶ ὑπάρξει Τριάς. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὢν ἐστιν ὁ
Πατήρ, οὕτως ὁ ὢν ἐστι καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸς ὁ τούτου Λόγος.
Καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον οὐκ ἀνύπαρκτόν ἐστιν, ἀλλ' ὑπάρχει
καὶ ὑφέστηκεν ἀληθῶς. . . . Καὶ ὅτι αὕτη ἡ πίστις τῆς ἐκκλησίας
ἐστί, μαθέτωσαν πῶς ὁ μὲν Κύριος ἀποστέλλων τοὺς ἀπο-

---

781 1, 26. Si igitur Spiritus omnia implet et in Verbo praesens 201
est in medio omnium; si contra angeli hac in re illi cedunt, atque
illic tantum adsunt quo mittuntur, dubium utique non est, quin
Spiritus nec res facta nec angelus sit, uti contendere audetis, sed
angelorum natura superior certe censendus est.

782 1, 28. Videamus similiter et praeterea hanc ab initio traditionem 142
doctrinamque ac fidem catholicae ecclesiae, quam scilicet Dominus
tradidit, apostoli praedicavere et patres servavere. In ea enim
ecclesia fundata est, a qua si quis exciderit, is nec esse nec
amplius dici christianus ulla ratione poterit. Itaque Trinitas sancta 180
et perfecta est, quae in Patre et Filio et Spiritu Sancto agnoscitur,
nihilque alienum vel extrinsecus admixtum habet, neque ex creatore
et re creata constat, sed tota creandi et efficiendi vi praedita est;
sibi quoque similis et individua est natura, unaque eius est efficacia
et actio. Nam Pater per Verbum in Spiritu Sancto omnia facit,
eoque modo sanctae Trinitatis unitas servatur. . . . Porro Trinitas 149
non nomine tenus et sola verborum specie est Trinitas, sed vere
et reipsa exsistit Trinitas. Nam sicuti vere est Pater, ita et vere
est eius Verbum, quod et ipsum super omnia est Deus. Nec item
Spiritus Sanctus non exsistit, sed utique vere est et exsistit. . . .
Sed ut hanc esse fidem ecclesiae intellegant, eos discere operae
pretium est, quonammodo Dominus mittens apostolos iisdem prae-

---

781. MG 26, 592. 782. MG 26, 593.

στόλους παρήγγειλε τοῦτον θεμέλιον τιθέναι τῇ ἐκκλησίᾳ
λέγων· «Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες
αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου
Πνεύματος» [Mt 28, 19].

158 3, 1. Οἵαν γὰρ ἔγνωμεν ἰδιότητα τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα, 783
166 ταύτην ἔχειν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν εὑρήσομεν. Καὶ ὥσπερ
ὁ Υἱὸς λέγει· «Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστιν» [Io 16, 15],
οὕτως ταῦτα πάντα διὰ τοῦ Υἱοῦ εὑρήσομεν ὄντα καὶ ἐν τῷ
Πνεύματι. Καὶ ὡς ὁ Πατὴρ ἔδειξε τὸν Υἱὸν λέγων· «Οὗτός
ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα» [Mt 3, 17],
168 οὕτως τοῦ Υἱοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα· «Ἐξαπέστειλε» γάρ, φησὶν
ὁ ἀπόστολος, «τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις
ἡμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ» [Gal 4, 6]. . . . Οὐκοῦν εἰ ὁ
Υἱὸς διὰ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ἰδιότητα, καὶ διὰ τὸ εἶναι
αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἴδιον γέννημα, οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ὁμοού-
σιος τοῦ Πατρός, οὕτως οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον
κτίσμα· ἀλλὰ καὶ ἀσεβὴς ὁ λέγων τοῦτο, διὰ τὴν πρὸς τὸν
Υἱὸν ἰδιότητα αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἐξ αὐτοῦ δίδοται πᾶσι, καὶ ἃ
ἔχει τοῦ Υἱοῦ ἐστιν.

180 3, 6. Οὕτω δὲ καὶ τοῦ Πνεύματος γενομένου ἐν ἡμῖν, ἐλεύ- 784
σεται ὁ Υἱὸς καὶ ὁ Πατήρ, καὶ μόνην ποιήσουσιν ἐν ἡμῖν [cf.
Io 14, 23]. Ἀδιαίρετος γὰρ ἡ Τριάς, καὶ μία ταύτης ἡ θεότης·
καὶ εἷς Θεὸς ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν. Αὕτη
145 τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις· ἐν Τριάδι γὰρ αὐτὴν
ἐθεμελίωσε καὶ ἐρρίζωσεν ὁ Κύριος, εἰρηκὼς τοῖς μαθηταῖς·

---

ceperit ut istud fundamentum ecclesiae iacerent: *Euntes,* inquit,
*docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et
Spiritus Sancti.*

158 3, 1. Qualem scimus proprietatem esse Filii ad Patrem, eamdem 783
166 ad Filium habere Spiritum Sanctum comperiemus. Et quem-
admodum Filius dicit: *Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt,*
ita haec omnia per Filium in Spiritu esse deprehendemus. Ac
sicut Pater Filium his verbis indicat: *Hic est Filius meus dilectus,*
168 *in quo mihi complacui;* ita quoque Filii est Spiritus: *Misit* enim,
ait apostolus, *Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem: Abba,
Pater.* . . . Proinde si Filius, propter suam proprietatem ad Patrem
et quod sit eius substantiae proprius fetus, non est creatura, sed
Patri consubstantialis, sic nec Spiritus Sanctus fuerit creatura;
quin etiam qui hoc dicit impius est, ob proprietatem scilicet eius
ad Filium; et quia ex ipso datur omnibus, et quae habet ille
Filii sunt.

180 3, 6. Itaque Spiritu ad nos veniente, venient Filius et Pater, et 784
mansionem apud nos facient. Indivisa namque est Trinitas et una
eius divinitas, et unus Deus super omnia, per omnia et in omnibus.
145 Haec est catholicae ecclesiae fides. In Trinitate enim ipsam
fundavit et radicavit Dominus, qui ait discipulis: *Euntes docete*

---

783. MG 26, 625. 784. MG 26, 633.

«Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος» [Mt 28, 19]. Κτίσμα δὲ εἰ ἦν τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἂν 166
συνέταξεν αὐτὸ τῷ Πατρί· ἵνα μὴ ᾖ ἀνόμοιος ἑαυτῇ ἡ Τριάς, ξένου τινὸς καὶ ἀλλοτρίου συντασσομένου αὐτῇ. Τί γὰρ ἔλειπε τῷ Θεῷ, ἵνα ἀλλοτριοούσιον προσλάβηται, καὶ σὺν αὐτῷ δοξάζηται; Μὴ γένοιτο.

Epistula de synodis, 359.

785 5. Οὐ γὰρ προέταξαν [Patres nicaeni] ὑπατείαν, καὶ μῆνα, καὶ 64
ἡμέραν· ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Πάσχα· «Ἔδοξε τὰ ὑποτεταγμένα»· 80
τότε γὰρ ἔδοξε πάντας πείθεσθαι· περὶ δὲ τῆς πίστεως ἔγρα- 82
ψαν, οὐκ «Ἔδοξεν», ἀλλ' «Οὕτως πιστεύει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία»· καὶ εὐθὺς ὡμολόγησαν πῶς πιστεύουσιν, ἵνα δείξωσιν ὅτι μὴ νεώτερον, ἀλλ' ἀποστολικόν ἐστιν αὐτῶν τὸ φρόνημα, καὶ ἃ ἔγραψαν, οὐκ ἐξ αὐτῶν εὑρέθη, ἀλλὰ ταῦτ' ἐστίν, ἅπερ ἐδίδαξαν οἱ ἀπόστολοι.

786 35. Εἰ δὲ ὅταν ἀκούομεν· «Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν» [Ex 3, 14], 97
καί· «Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν» 108
[Gn 1, 1], καί· «Ἄκουε, Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστι» [Dt 6, 4; Mc 12, 29], καί· «Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ» [Gn 17, 1], οὐχ ἕτερόν τι ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἁπλῆν καὶ μακαρίαν καὶ ἀκατάληπτον τοῦ ὄντος οὐσίαν νοοῦμεν· κἂν γὰρ ἀδυνάτως ἔχωμεν καταλαβεῖν, ὅ τι ποτέ ἐστιν, ἀλλ'

---

omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quodsi Spiritus creatura esset, non eum cum Patre co- 166
pulasset, ne Trinitas sibi ipsi dissimilis esset, si extraneum quidpiam et alienum ipsi adiungeretur. Quid enim Deo deerat, ut quemquam diversae substantiae assumeret et cum illo glorificaretur? Absit.

785 5. [Patres nicaeni] non consulatum nec mensem nec diem prae- 64
posuere, sed de Paschate quidem ita scripsere: «Decreta sunt quae 80
sequuntur»; tunc enim decretum est ut omnes morem gererent; 82
de fide vero nequaquam dixere «Decretum est», sed «Sic credit catholica ecclesia», statimque confessi sunt quidnam crederent, ut declararent non recentiorem, sed apostolicam esse suam sententiam. Quaeque illi scripto tradidere, non ab illis inventa, sed ea ipsa sunt quae docuerunt apostoli.

786 35. Sin autem, cum audimus: *Ego sum qui sum,* et: *In prin-* 97
cipio fecit Deus caelum et terram, et: *Audi, Israel, Dominus Deus* 108
tuus Dominus unus est, et: *Haec dicit Dominus omnipotens,* non aliud nisi ipsam simplicem, beatam, incomprehensibilem eius qui est substantiam intellegimus; quamvis enim quidnam ille sit comprehendere nequeamus, attamen, cum has voces audimus, Pater, 110

---

785. MG 26, 688. 786. MG 26, 753.

110 ἀκούοντες τὸ Πατήρ, καὶ τὸ Θεός, καὶ τὸ Παντοκράτωρ, οὐχ ἕτερόν τι, ἀλλ' αὐτὴν τὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαινομένην νοοῦμεν.

158 51. Πάλιν τε εἰ, καθὰ προείπομεν, οὐκ ἐκ μετουσίας ἐστὶν 787
ὁ Υἱός· ἀλλὰ τὰ μὲν γενητὰ πάντα ἐκ μετουσίας ἔχει τὴν
161 παρὰ Θεοῦ χάριν, αὐτὸς δὲ τοῦ Πατρὸς Σοφία καὶ Λόγος
162 ἐστίν, οὗ μετέχει τὰ πάντα· δῆλον ὅτι αὐτὸς ὢν τὸ θεοποιὸν καὶ φωτιστικὸν τοῦ Πατρός, ἐν ᾧ τὰ πάντα θεοποιεῖται καὶ ζωοποιεῖται, οὐκ ἀλλοτριοούσιός ἐστι τοῦ Πατρός, ἀλλ' ὁμο-
358 ούσιος. Τούτου γὰρ μεταλαμβάνοντες τοῦ Πατρὸς μετέχομεν
182 διὰ τὸ τοῦ Πατρὸς εἶναι ἴδιον τὸν Λόγον. Ὅθεν εἰ ἦν ἐκ μετουσίας καὶ αὐτός, καὶ μὴ ἐξ αὐτοῦ οὐσιώδης θεότης καὶ εἰκὼν τοῦ Πατρός, οὐκ ἂν ἐθεοποίησε θεοποιούμενος καὶ αὐτός.

De incarnatione Dei Verbi et contra Arianos, ca 365.

359 8. Καὶ κατὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γέ- 788
393 γονεν, ἵνα οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου, τουτέστι τοῦ Ἀδάμ, υἱοὶ τοῦ
375 Θεοῦ γένωνται. Ὁ γὰρ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ Πατρὸς Λόγος ἀρρήτως, ἀφράστως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως, ὁ αὐτὸς ἐν χρόνῳ
429 γεννᾶται κάτωθεν ἐκ παρθένου θεοτόκου Μαρίας· ἵνα οἱ κάτωθεν πρότερον γεννηθέντες ἄνωθεν γεννηθῶσιν ἐκ δευτέρου, τουτέστιν ἐκ Θεοῦ. Αὐτὸς οὖν μητέρα ἔχει μόνον ἐπὶ γῆς, καὶ ἡμεῖς Πατέρα μόνον ἔχομεν ἐν οὐρανῷ. Καὶ διὰ τοῦτο ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου καλεῖ, ἵνα οἱ ἄνθρωποι Θεὸν καλέσωσι

Deus, Omnipotens, nihil aliud quam eius qui est substantiam indicari concipimus.

158 51. Rursum si, prout supra diximus, non ex participatione sit 787
Filius, sed opificia quidem omnia ex participatione Dei gratiam
161 habeant, ipse vero Patris Sapientia et Verbum sit, qui cum eo
162 communia habet omnia, certe, cum sit ipse id quo Pater deificat et illuminat, in quo scilicet omnia deificantur et vivificantur, non
358 alienae a Patre substantiae est, sed consubstantialis. Huius enim
182 participatione Patris participes efficimur, eo quod ipse proprium Patris sit Verbum. Unde si ipse quoque ex participatione esset et non ex se substantialis divinitas et imago Patris, non deificaret alios, cum et ipse deificatus esset.

359 8. Idcirco Filius Dei filius hominis factus est, ut filii hominis, 788
393 hoc est Adae, filii Dei efficiantur. Quod enim desuper ex Patre
375 Verbum modo ineffabili, inexplicabili, incomprehensibili et aeterne
429 genitum est, ipsum in tempore inferius generatur ex virgine deipara Maria, ut, qui inferius antea geniti fuerant, desuper secundo gignerentur, id est ex Deo. Ipse igitur matrem dumtaxat habet in terra; et nos Patrem dumtaxat habemus in caelo. Quocirca filium hominis se ipsum appellat, ut homines Deum vocarent Patrem in

---

787. MG 26, 784. 788. MG 26, 996.

Πατέρα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· «Πάτερ ἡμῶν», φησίν, «ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς» [Mt 6, 9]. Ὥσπερ οὖν ἡμεῖς οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ 379
υἱοὶ Θεοῦ γεγόναμεν, οὕτως ὁ Δεσπότης τῶν δούλων υἱὸς τοῦ ἰδίου δούλου γέγονε θνητός, τουτέστι τοῦ Ἀδάμ, ἵνα οἱ 358
υἱοὶ τοῦ Ἀδὰμ θνητοὶ ὄντες υἱοὶ τοῦ Θεοῦ γένωνται, κατὰ τὸ λεγόμενον· «Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι» [Io 1, 12]. Ὅθεν καὶ θανάτου γεύεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν σαρκικὸν αὐτοῦ πατέρα, ἵνα οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ μεταλάβωσι, διὰ τὸν κατὰ Πνεῦμα αὐτῶν Πατέρα Θεόν. Αὐτὸς οὖν κατὰ φύσιν Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἡμεῖς δὲ κατὰ χάριν.

789 10. Ὅτε δοξολογοῦσι τὰ σεραφὶμ τὸν Θεόν, λέγοντα τρίτον· 145
«Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ» [Is 6, 3], Πατέρα καὶ 149
Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα δοξολογοῦσι. Καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ βαπτιζόμεθα, οὕτως καὶ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καὶ γινόμεθα υἱοὶ Θεοῦ, οὐ θεῶν. Πατὴρ γὰρ καὶ Υἱὸς καὶ Ἅγιον Πνεῦμα Κύριος σαβαὼθ ἐστι. Μία γὰρ ἡ θεότης καὶ εἷς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι.

790 21. Καὶ ὅταν [ὁ Χριστός] λέγῃ· «Πάτερ, εἰ δυνατόν, τὸ πο- 388
τήριον τοῦτο παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα 389
γένηται, ἀλλὰ τὸ σόν» [Mt 26, 39]· καί· «Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής» [ib. 41; Mc 14, 38]· δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι, τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ὅπερ ἐστὶ τῆς σαρκός, τὸ δὲ θεϊκόν, ὅπερ Θεοῦ. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον διὰ τὴν ἀσθέ-

caelis: *Pater noster,* inquit, *qui es in caelis.* Quemadmodum igitur 379
nos servi Dei filii Dei facti sumus, sic Dominus servorum proprii servi, id est Adami, filius mortalis factus est, ut filii Adami qui 358
mortales erant filii Dei fierent, iuxta illud *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Unde mortem gustat Filius Dei, propter carnalem patrem suum, ut filii hominis vitae Dei participes efficerentur, propter Deum, Patrem suum secundum Spiritum. Ipse igitur secundum naturam Filius est Dei, nos autem per gratiam.

789 10. Cum seraphim Deum glorificant ter dicentes: *Sanctus,* 145
sanctus, sanctus Dominus sabaoth, Patrem et Filium et Spiritum 149
Sanctum glorificant. Quapropter sicut in nomine Patris et Filii baptizamur, ita et in nomine Spiritus Sancti, et efficimur filii Dei, non deorum. Pater enim et Filius et Spiritus Sanctus Dominus sabaoth est. Una enim est divinitas, et unus Deus, in tribus hypostasibus.

790 21. Cum [Christus] ait: *Pater, si possibile est, transeat a me calix* 388
iste; verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat, et: *Spiritus* 389
quidem promptus est, caro autem infirma, duas voluntates ibi ostendit: alteram humanam quae est carnis, alteram divinam quae Dei est. Siquidem humana ob infirmitatem carnis deprecatur pas-

789. MG 26, 1000. 790. MG 26, 1021.

νειαν τῆς σαρκὸς παραιτεῖται τὸ πάθος· τὸ δὲ θεϊκὸν αὐτοῦ πρόθυμον. Ὥσπερ δὲ ὁ Πέτρος ἀκούσας περὶ τοῦ πάθους ἐδειλίασε, καὶ εἶπεν· «Ἵλεώς σοι, Κύριε»· ἐπιτιμῶν δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος λέγει· «Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων» [Mt 16, 22 sq]· οὕτως καὶ ἐνταῦθα νοεῖται· γενόμενος γὰρ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, παραιτεῖται τὸ πάθος, ὡς ἄνθρωπος· Θεὸς δὲ ὢν καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν τὴν θεϊκὴν ἀπαθὴς ὑπάρχων, προθύμως ὑπεδέξατο τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον.

Epistula festalis 39^a, 367.

74 [Τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία εἴκοσι δύο· Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., 791
Δευτ., Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλειῶν τέσσαρα εἰς δύο ἀριθμούμενα, Παραλ. α', β', Ἔσδρ. α', β', Ψαλμ., Παροιμ., Ἐκκλ., Ἆισμα ᾀσμ., Ἰώβ, Προφῆται (οἱ δώδεκα, Ἡσ., Ἰερ. καὶ
75 σὺν αὐτῷ Βαρούχ, Θρῆν., Ἐπιστ., Ἰεζ., Δαν.). Τῆς καινῆς· Εὐαγγ. τέσσαρα (Μτ., Μκ., Λκ., Ἰω.), Πράξ., Ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτά (Ἰακ., Πέτ. δύο, Ἰω. τρεῖς, Ἰούδ.), Παύλου ἐπιστ. ιδ' (Ῥωμ., Κορ. δύο, Γαλ., Ἐφ., Φιλ., Κολ., Θεσσ. δύο, Ἑβρ., Τιμ. δύο, Τίτ., Φιλήμ.), Ἰωάννου Ἀποκ.] . . . Ἀλλ' ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι καὶ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς ὅτι ἐστὶ καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν· οὐ κανονιζόμενα μέν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσε-

sionem; divina autem eius voluntas prompta est. Ut vero Petrus audiens de passione timuit et dixit: *Miserearis tui, Domine;* increpans autem illum Dominus ait: *Vade post me, satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum;* ita et hic intellegitur; in similitudinem enim hominum factus deprecatur passionem ut homo; Deus autem cum sit et secundum substantiam divinam impassibilis exsistat, alacriter passionem et mortem excepit.

74 [Canon scripturarum. Veteris testamenti libri XXII: Gen., Ex., 791
Lev., Num., Deut., Iesu Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV pro duobus numerata, Paral. II pro uno, Esdr. II pro uno, Ps., Prov., Eccl., Cant. cant., Iob, Prophetae XII pro uno, Is., Ier., et cum
75 ipso Baruch, Lamentationes, Epistula, Ez., Dan. Novi testamenti: Evangelia IV (Mt., Mc., Lc., Io.), Act., Epistulae catholicae VII (Iac., Pet. II, Io. III, Iud.), Pauli epp. XIV (Rom., Cor. II, Gal., Eph., Phil., Col., Thess. II, Hebr., Tim. II, Tit., Philem.), Ioannis Apoc.] . . . Sed maioris accurationis causa illud quoque scripto addere necesse duxi, esse nimirum alios libros praeter istos, non in canonem quidem redactos, sed quos a patribus decretum est legendos ab iis esse, qui nuper ediscendi pietatis verbi gratia ac-

791. MG 26, 1176. — Vide not. 1, p. 177.

βείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος, καὶ Σοφία Σιράχ, καὶ Ἐσθήρ, καὶ Ἰουδίθ, καὶ Τοβίας, καὶ Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν.

Epistula ad Afros, 369/70.

792 2. Τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ Κυρίου τὸ διὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου 64
ἐν τῇ Νικαίᾳ γενόμενον μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἄν τε γὰρ ἀριθμὸν ἀριθμῷ τις συμβάλῃ, πλείους οἱ ἐν Νικαίᾳ τῶν κατὰ μέρος εἰσίν, ὅσον καὶ τὸ ὅλον πλεῖόν ἐστι τοῦ μέρους· ἄν τε τὸ αἴτιον τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ τῶν μετ' αὐτὴν τοσούτων γενομένων συνόδων παρὰ τούτων διαγνῶναί τις ἐθέλοι, εὕροι ἂν τὴν μὲν ἐν Νικαίᾳ ἔχουσαν τὸ αἴτιον εὔλογον, τὰς δὲ ἄλλας διὰ μῖσος καὶ φιλονεικίαν ἐκ βίας συγκροτηθείσας.

De virginitate, ca 370[1].

793 5. Μέγα φάρμακόν ἐστι σωτηρίας ἡ ταπεινοφροσύνη· ὁ 208
γὰρ Σατανᾶς οὐχ ἕνεκεν πορνείας ἢ μοιχείας ἢ κλοπῆς κατηνέχθη ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ἡ ὑπερηφανία αὐτὸν κατέβαλεν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς ἀβύσσου. Οὕτω γὰρ εἴρηκεν· «Ἀναβήσομαι καὶ θήσομαι τὸν θρόνον μου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ» [Is 14, 14]. Καὶ διὰ τοῦτον τὸν λόγον κατεβλήθη, καὶ ἐγένετο ἡ κληρονομία αὐτοῦ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Epistula ad Epictetum, 370/71.

794 6. Ἰδιοποιεῖτο τὰ τοῦ σώματος ἴδια ὡς ἑαυτοῦ ὁ Λόγος 376
ὁ ἀσώματος. Ἀμέλει τοῦ σώματος τυπτομένου παρὰ τοῦ ὑπηρέ- 400

---

cesserint: Sapientia Salomonis et Sapientia Sirach, Esther, Iudith, Tobias, Doctrina ut vocant apostolorum, et Pastor.

792 2. Domini autem verbum per oecumenicam nicaenam synodum 64
prolatum in aeternum manet. Si enim numerum numero quis compararit, tanto plures sunt nicaeni illis peculiaribus, quanto totum est sua parte maius. Quodsi quis internoscere velit, quid causae sit quod nicaena synodus, et quod tot aliae sint celebratae, is comperiet nicaenam quidem legitimam habere causam, alias autem odio, contentione, vi coactas esse.

793 5. Ingens remedium est ad salutem animi humilitas, siquidem 208
Satanas non ob scortationem aut adulterium aut furtum deiectus est ex caelis, sed superbia illum inde praecipitavit ad inferiores abyssi partes. Sic enim locutus est: *Ascendam et ponam thronum meum e regione Dei et ero similis Altissimo*. Et propter hoc verbum deiectus est, et eius hereditas fuit ignis aeternus.

794 6. Quae corporis erant propria sibi ipsi incorporeum Verbum 376
propria effecit. Quocirca cum a ministro corpus caederetur, quasi 400

---

[1] Iuxta *E. F. v. d. Goltz*, in TU 29 [N. F. 14], Heft 2a, p. 122, scriptus est hic liber inter a. 310 et 330.

792. MG 26, 1032. 793. MG 28, 257. 794. MG 26, 1060.

του, ὡς αὐτὸς πάσχων ἔλεγε· «Τί με δέρεις;» [Io 18, 23].... Ἃ γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἔπασχε σῶμα τοῦ Λόγου, ταῦτα συνὼν αὐτῷ ὁ Λόγος εἰς ἑαυτὸν ἀνέφερεν, ἵνα τῆς τοῦ Λόγου θεό-
390 τητος μετασχεῖν δυνηθῶμεν. Καὶ ἦν παράδοξον, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πάσχων καὶ μὴ πάσχων· πάσχων μέν, ὅτι τὸ ἴδιον αὐτοῦ ἔπασχε σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἦν· μὴ πάσχων δέ, ὅτι τῇ φύσει Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἀπαθής ἐστι. Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ ἀσώματος ἦν ἐν τῷ παθητῷ σώματι· τὸ δὲ σῶμα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀπαθῆ Λόγον, ἀφανίζοντα αὐτοῦ τοῦ σώματος τὰς
416 ἀσθενείας. Ἐποίει δὲ τοῦτο καὶ ἐγένετο οὕτως, ἵνα τὰ ἡμῶν αὐτὸς δεχόμενος, καὶ προσενεγκὼν εἰς θυσίαν, ἐξαφανίσῃ....
380 7. Οὐ θέσει δὲ ταῦτα ἐγίνετο, μὴ γένοιτο, ὥς τινες πάλιν ὑπέλαβον· ἀλλ' ὄντως ἀληθείᾳ ἀνθρώπου γενομένου τοῦ σωτῆρος, ὅλου τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία ἐγίνετο. Εἰ γὰρ θέσει ἦν ἐν τῷ σώματι ὁ Λόγος, κατ' ἐκείνους, τὸ δὲ θέσει λεγόμενον φαντασία ἐστί, δοκήσει εὑρίσκεται καὶ ἡ σωτηρία καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν ἀνθρώπων λεγομένη, κατὰ τὸν ἀσεβέστατον Μανιχαῖον. Ἀλλὰ μὴν οὐ φαντασία ἡ σωτηρία ἡμῶν, οὐδὲ σώματος μόνου, ἀλλ' ὅλου τοῦ ἀνθρώπου, ψυχῆς καὶ σώματος ἀληθῶς, ἡ σωτηρία γέγονεν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ. Ἀνθρώπινον ἄρα φύσει τὸ ἐκ τῆς Μαρίας κατὰ τὰς θείας γραφάς, καὶ
379 ἀληθινὸν ἦν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου· ἀληθινὸν δὲ ἦν, ἐπεὶ ταὐτὸν ἦν τῷ ἡμετέρῳ.

---

ipsummet pateretur, aiebat: *Quid me caedis?* ... Quae humanum Verbi corpus patiebatur, haec ipsa Verbum, quod corpori coniunctum erat, ad se referebat, ut nos Verbi deitatis participes fieri possemus.
390 Ac illud perquam mirabile fuit, idem fuisse patiens et non patiens; patiens quidem quatenus proprium ipsius corpus patiebatur et quatenus in ipso patiente erat; non patiens autem, quia Verbum, cum natura sua Deus sit, impassibile est. Et ipsum quidem incorporeum in passibili corpore erat, corpus vero in se ipso habuit Verbum impassibile, quod ipsius corporis infirmitates absumeret.
416 Ceterum hoc ideo agebat et ita se res habebat, ut nostra Verbum
380 suscipiens offerensque in sacrificium penitus absumeret.... 7. Haec autem non fictione facta sunt, quemadmodum nonnulli existimarunt, absit; sed, salvatore vere homine facto, hinc totius hominis salus consecuta est. Nam si fictione dumtaxat Verbum in corpore fuit, ut illi autumant, et si, quod dicitur fictione esse phantasia est, sequitur ut, secundum impiissimum Manichaeum, specie tantum tenus salus et resurrectio hominum fieri dicatur. Verum nequaquam fictitia res est salus nostra neque solius corporis, sed vere totius hominis, animae scilicet et corporis, salus in ipso Verbo facta est. Humanum itaque natura erat quod ex Maria prodiit, secundum divinas scripturas, verumque erat Domini corpus: verum,
379 inquam, fuit, cum idem atque nostrum exstiterit.

Epistula ad Adelphium, ca 371.

795 3. Οὐ κτίσμα προσκυνοῦμεν· μὴ γένοιτο. Ἐθνικῶν γὰρ καὶ 395
Ἀρειανῶν ἡ τοιαύτη πλάνη· ἀλλὰ τὸν Κύριον τῆς κτίσεως 392
σαρκωθέντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον προσκυνοῦμεν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ σὰρξ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν μέρος ἐστὶ τῶν κτισμάτων, ἀλλὰ Θεοῦ γέγονε σῶμα. Καὶ οὔτε τὸ τοιοῦτον σῶμα καθ' ἑαυτὸ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ Λόγου προσκυνοῦμεν· οὔτε τὸν Λόγον προσκυνῆσαι θέλοντες, μακρύνομεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς σαρκός· ἀλλ' εἰδότες, καθὰ προείπομεν, τὸ «Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο» [Io 1, 14], τοῦτον καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενον, ἐπιγινώσκομεν Θεόν. Τίς τοιγαροῦν οὕτως ἄφρων ἐστὶν ὡς λέγειν τῷ Κυρίῳ· Ἀπόστα ἀπὸ τοῦ σώματος, ἵνα σε προσκυνήσω;

[?] Contra Apollinarium [ca 380].

796 L. 1, n. 4. Ἀλλὰ λέγετε ὅτι ἄκτιστος γέγονε τῇ ἑνώσει τῇ 386
πρὸς τὸν ἄκτιστον. Ἐντεῦθεν δὲ ὑμῶν ἡ πλάνη δειχθήσεται αὐτέλεγκτος· ἡ γὰρ τῆς σαρκὸς ἕνωσις πρὸς τὴν τοῦ Λόγου θεότητα ἐκ μήτρας γέγονεν· ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὴν ἀνεστήσατο ὁ Λόγος, ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημήσας· οὐ προϋπάρξασαν τῆς τοῦ
Λόγου ἐπιδημίας, ἡ τῆς θεοτόκου Μαρίας, μόνης ἐκ τοῦ Ἀδὰμ 430
καταγομένης, καὶ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ ἐκ τοῦ Δαβὶδ γενεαλογουμένης, σὺν τῷ Ἰωσὴφ τῷ μεμνηστευμένῳ αὐτήν, ὄντων ἑκατέρων εἰς σάρκα μίαν, καθὼς γέγραπται [Gn 2, 24], οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους συναφείᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἑνὸς ὑπάρξει· ὅτι γὰρ ἀθιγεῖς διέμειναν, μεμαρτύρηται.

---

795 3. Itaque rem creatam non adoramus, absit. Ethnicorum enim 395
et Arianorum est huiusmodi error. Sed rerum creatarum Dominum, 392
carnem factum, Dei Verbum adoramus. Etsi enim ipsa caro seorsum spectata pars sit rerum creatarum, attamen Dei facta est corpus. Neque vero huiusmodi corpus a Verbo dividentes adoramus, neque, cum Verbum volumus adorare, ipsum a carne removemus, sed, ut superius diximus, haec *Verbum caro factum est* non ignorantes, idem Verbum in carne exsistens Deum agnoscimus. Quis ergo adeo demens sit, ut Domino dicat: Recede a corpore, ut te adorem?

796 1, 4. Sed dicitis increatum factum esse, quod unitum sit cum 386
increato. Hinc autem vestrum errorem sese falsi arguere ostendetur. Nam carnis cum Verbi divinitate coniunctio ex utero facta est, inde enim ipsi Verbum, cum e caelo advenisset, originem
dedit, quippe quae non erat antequam Verbum adveniret aut ante 430
deiparam Mariam, cuius solius origo ex Adamo et genus ex Abraham et Davide ortum narratur, et una sponsi sui Ioseph, qui erant duo in carne una, sicut scriptum est, non mutua inter se copulatione, sed quod ex uno eodemque originem ducerent; nam quod illibati remanserint, testatum est.

795. MG 26, 1073. 796. MG 26, 1097.

392 1, 12. Διὸ πλανῶνται καὶ οἱ λέγοντες ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ 797
παθὼν Υἱός, καὶ ἄλλος ὁ μὴ παθών. Οὐ γὰρ ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν Λόγον, ὁ τὸν θάνατον καὶ τὸ πάθος ἀναδεδεγμένος. . . .
Καὶ κατὰ φύσιν Θεοῦ γέγονεν, ἰδία οὐχ ὁμοούσιος οὖσα ἡ
387 σὰρξ τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ὡς συναΐδιος· ἀλλὰ ἰδία κατὰ φύσιν γενομένη, καὶ ἀδιαίρετος κατὰ ἕνωσιν, ἐκ σπέρματος Δαβίδ, καὶ τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοῦ Ἀδάμ, ἐξ οὗ καὶ ἡμεῖς γεγεννήμεθα. Εἰ δὲ ὁμοούσιος τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ καὶ συναΐδιος, ἐκ τούτου ἐρεῖτε καὶ τὰ πάντα κτίσματα συναΐδια τῷ τὰ πάντα κτίσαντι Θεῷ. Καὶ πῶς ἔτι Χριστιανοί, οἱ τοιαύταις συμπλεκόμενοι στραγγαλιαῖς; Τὸ γὰρ ὁμοούσιον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀνεπίδεκτον θανάτου, πρὸς τὸ ὁμοούσιον ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἐπιδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν· καθ' ὑπόστασιν δὲ τὴν ἰδίαν τελειότητα ἐκδεικνύμενον. Ὥστε τῇ νομιζομένῃ ὑμῶν εὐφήμῳ ἐφευρέσει, ἢ τὴν ἐκ τῆς παρθένου τῆς θεοτόκου σάρκα ἀρνεῖσθε, ἢ τὴν θεότητα βλασφημεῖτε. Εἰ δὲ οὕτω καὶ τὸν Υἱὸν ὁμολογεῖτε ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὡς τὴν σάρκα τὴν παθοῦσαν, καὶ τί ἔτι ἡμᾶς μέμφεσθε, ὡς τετράδα ἀντὶ τριάδος λέγοντας, αὐτοὶ τετράδα ἀντὶ τριάδος καὶ ἄκοντες ὁμολογοῦντες, λέγοντες ὁμοουσίαν εἶναι τῇ τριάδι τὴν σάρκα;

399 1, 17. Φύσει οὖν καὶ οὐ θέσει τοῦ Κυρίου ἀνθρώπου γενο- 798
μένου, οὔτε κατὰ φύσιν, οὔτε κατὰ πρᾶξιν ἀνθυποφέρειν ὑμᾶς

---

392 1, 12. Quapropter errant qui dicunt alium esse qui passus est 797
Filium, et alium qui passus non est. Non enim alius est quam ipsum Verbum, quod passionem et mortem susceperit. . . . Caro
secundum naturam propria Deo facta est; nec tamen consubstan-
387 tialis est Verbi deitati, quasi illi coaeterna esset, sed propria illi secundum naturam facta et indivisibilis propter unionem, ex semine David, Abrahae et Adae, ex quo et nos progeniti sumus. Quodsi Verbo consubstantialis est caro et coaeterna, iam hinc dicetis omnes creaturas omnium creatori Deo coaeternas esse. At qui, quaeso, adhuc Christiani eritis qui talibus vos laqueis implicatis? Nam quod consubstantiale, impassibile et mortis incapax est, unionem cum consubstantiali non admittit secundum hypostasin, sed secundum naturam; porro secundum hypostasin propriam perfectionem exhibet. Itaque per religiosum, ut aestimatis, vestrum commentum aut carnem ex virgine deipara assumptam negatis, aut in deitatem blasphematis. Si autem eo modo Filium necnon Spiritum Sanctum Patri consubstantialem confiteamini, quo carnem quae passa est, ecquid ergo nos adhuc accusatis, ut qui quaternitatem pro trinitate dicamus, cum ipsi quaternitatem pro trinitate vel inviti confiteamini, dum dicitis consubstantialem trinitati carnem esse?

399 1, 17. Cum igitur natura et non fictione Dominus homo factus 798
sit, neque secundum naturam neque secundum operationem pec-

797. MG 26, 1113. 798. MG 26, 1124.

δυνατὸν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῷ δημιουργῷ. . . . Ἡ δὲ τοῦ Λόγου
σάρκωσις κατὰ φύσιν Θεοῦ γενομένη, ἀνεπίδεκτος γέγονε τῶν
ἐν ἡμῖν ἐκ τῆς παλαιότητος ἔτι πολιτευομένων πραγμάτων·
καὶ διὰ τοῦτο διδασκόμεθα ἀπεκδύσασθαι τὸν παλαιὸν καὶ
ἐπενδύσασθαι τὸν νέον. Καὶ ἐν τούτῳ τὸ θαυμαστόν, ὅτι καὶ
ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος, καὶ χωρὶς ἁμαρτίας· ὅτι καινότης
ὅλη γέγονεν, ἵνα ἐνδείξηται τὸ δυνατὸν αὐτοῦ. Καὶ ὅσα μὲν 401
αὐτὸς συνέταξε θελήσας τῇ φύσει, εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο, ὅσα 402
ἠθέλησε, τουτέστι γεννήσεως τῆς ἐκ γυναικός, αὐξήσεώς τε
ἡλικίας, ἐτῶν ἀριθμήσεως, κόπου, καὶ πείνης, καὶ δίψης, καὶ
ὕπνου, καὶ λύπης, καὶ θανάτου, καὶ ἀναστάσεως. Διὰ τοῦτο
καὶ ὅπου διεφθάρη τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα, ἐκεῖ προΐεται
Ἰησοῦς τὸ ἴδιον σῶμα· καὶ ὅπου κεκράτητο ἡ ψυχὴ ἡ ἀνθρω-
πίνη ἐν θανάτῳ, ἐκεῖ ἐπιδείκνυται ὁ Χριστὸς τὴν ἀνθρωπίνην
ψυχὴν ἰδίαν οὖσαν, ἵνα καὶ παρῇ ὡς ἄνθρωπος ὁ ἀκράτητος
ἐν θανάτῳ, καὶ λύσῃ τὴν κράτησιν τοῦ θανάτου, ὡς Θεός· 414
ἵνα ὅπου ἐσπάρη ἡ φθορά, ἐκεῖ ἀνατείλῃ ἡ ἀφθαρσία· καὶ
ὅπου ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἐν μορφῇ ψυχῆς ἀνθρωπίνης,
παρὼν ὁ ἀθάνατος ἐπιδείξηται τὴν ἀθανασίαν.

799 2, 5. Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων Λόγος Θεὸς ἐκ Ναζαρὲτ 377
ἄνθρωπος ὤφθη, γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ Πνεύ- 392
ματος Ἁγίου ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐκ σπέρματος Δα-
βὶδ καὶ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὡς γέγραπται· πάντα λαβὼν
ἐκ παρθένου, ὅσα ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς εἰς σύστασιν ἀνθρώπου
ἔπλασε καὶ ἐποίησε χωρὶς ἁμαρτίας· ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· 398

---

catum in creatorem referre potestis. . . . Verbi autem incarnatio
secundum naturam Dei facta incapax fuit rerum quae in nobis
ex vetustate adhuc gerebantur; quapropter docemur exuere veterem,
et induere novum. Et res mira sane, quod Deus homo factus sit,
et absque peccato, quodque omnia nova facta sint, ut hinc potestas
eius explorata esset. Et quidem quaecumque ipse sua voluntate 401
in natura ordinavit, ea, quantum voluit, in se suscepit, nativitatem 402
ex muliere, augmentum staturae, annorum numerum, laborem,
esuriem et sitim, somnum, dolorem, mortem et resurrectionem.
Ideoque ubi corruptum fuerat hominis corpus, eo Iesus corpus
suum immittit; et ubi anima humana in morte detinebatur, ibi
Christus animam humanam sibi propriam ostendit, ut tamquam
homo adesset, qui in morte detineri non poterat, mortisque im- 414
perium solveret, utpote Deus; ut, ubi seminata erat corruptio,
illic oriretur incorruptio, et ubi regnaverat mors in forma animae
humanae, ibi immortalis ille praesens immortalitatem exhiberet.

799 2, 5. Qui exsistit ante saecula Verbum Deus, ex Nazareth homo 377
visus est: natus ex Maria virgine et Spiritu Sancto, in Bethlehem 392
Iudaeae, ex semine David, Abrahae et Adae, uti scriptum est,
omnia assumpsit ex virgine, quaecumque ab initio Deus ad
constitutionem hominis efformavit et condidit, excepto peccato;

---

799. MG 26, 1140.

382 «Καθ' ὁμοιότητα κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας» [Hebr 4, 15], οὐ
τῆς θεοτητος μεταποίησιν ἐπιδειξάμενος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότη-
415 τος καινοποίησιν ἐργασάμενος, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα· ὥστε
εἶναι τὰ ἔθνη «σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα» τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ
ὁ ἀπόστολος γράφει [Eph 3, 6]· ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος ᾖ Θεὸς
ἀληθῶς, καὶ ὁ Θεὸς ᾖ ἄνθρωπος ἀληθῶς, ἵνα ᾖ καὶ ἄνθρωπος
ἀληθῶς καὶ Θεὸς ἀληθῶς· οὐχὶ ἀνθρώπου πρὸς τὸν Θεὸν
ὄντος, ὡς ὑμεῖς συκοφαντοῦντες λέγετε, διασύροντες τὸ τῶν
Χριστιανῶν μυστήριον· ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ μονογενοῦς εὐδοκή-
σαντος τῷ πληρώματι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν τοῦ ἀρχετύπου
πλάσιν ἀνθρώπου, καὶ ποίησιν καινήν, ἐκ μήτρας παρθένου
387 ἀναστήσασθαι ἑαυτῷ, φυσικῇ γεννήσει καὶ ἀλύτῳ ἑνώσει· ἵνα
413 τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτήριον πραγματείαν ποιήσηται, ἐν πάθει
καὶ θανάτῳ καὶ ἀναστάσει τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων κατερ-
γαζόμενος.

377 2, 16. Εἰρήκατε γὰρ ὅτι σάρκα τὴν ἀνυπόστατον συγκεράσας 800
387 ἑαυτῷ ὁ Λόγος ἔδειξε τὸν ὄντως λογικὸν καὶ τέλειον ἄνθρω-
πον. Εἰ τοίνυν ὁ Λόγος ἀπεχώρησε τοῦ σώματος, καὶ οὕτως
ἡ νέκρωσις γέγονε, κατὰ Θεοῦ ἴσχυσαν οἱ Ἰουδαῖοι, λύσαντες
τὴν ἄλυτον σύγκρασιν. Οὔτε οὖν ὁ ἡμέτερος ἐκεῖ γέγονε
θάνατος, εἰ Θεοῦ χωρισθέντος ἡ νέκρωσις τοῦ σώματος γέγονε.
Πῶς δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ χωρισθὲν ἐν ἀφθαρ-
σίᾳ διέμεινεν; Ἔσται δὲ ἡ μὲν τρῶσις τοῦ σώματος, τὸ δὲ
πάθος τοῦ Λόγου. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Θεὸν παθόντα λέγετε,

---

398 ut apostolus quoque ait: *Pro similitudine per omnia, praeter pec-*
382 *catum;* nec divinitatis mutationem, sed humanitatis innovationem
415 arbitrio suo effecit, quo gentes Christo *concorporales et comparticipes*
fierent, quemadmodum scribit apostolus; utque homo revera Deus,
et Deus revera homo foret, essetque ille vere homo et vere Deus,
non quod homo apud Deum esset, ut vos calumniantes Christia-
norumque mysterio obtrectantes dicitis, sed quod Deo unigenito
placuerit plenitudine suae divinitatis archetypi hominis naturam,
387 novumque opificium, ex utero virginis in seipso per naturalem
generationem et indissolubilem unionem restaurare; ut et pro
413 hominibus salutare negotium perficeret, inque passione, morte et
resurrectione hominum redemptionem absolveret.

377 2, 16. Dixistis enim: Cum carnem non subsistentem sibi com- 800
387 miscuisset Verbum, vere rationalem et perfectum hominem ex-
hibuisse. Si igitur Verbum excessit a corpore, atque ita mors
obvenit, adversus Deum Iudaei invaluerunt, cum indissolubilem
commixtionem solverint. Nec igitur mors nostra illic locum habuit,
si ex Dei separatione corporis exstinctio obtigerit. Quomodo autem
corpus ab incorruptibili Deo separatum in incorruptibilitate re-
manere potuit? Eo autem modo vulneratio quidem corporis, passio
autem Verbi fuerit. Eadem enim de causa et Deum passum esse

---

800. MG 26, 1160.

ἀκολούθως ἑαυτοῖς φθεγγόμενοι, μᾶλλον δὲ συμφώνως τοῖς Ἀρειανοῖς· τοῦτο γὰρ ἐκεῖνοι δογματίζουσιν.

Fragmenta.

801 *Probabiliter ex libris contra Novatianos.* Ὥσπερ ἄνθρωπος 536
ὑπὸ ἀνθρώπου ἱερέως βαπτιζομένου φωτίζεται τῇ τοῦ Ἁγίου 545
Πνεύματος χάριτι, οὕτως καὶ ὁ ἐξομολογούμενος ἐν μετανοίᾳ διὰ τοῦ ἱερέως λαμβάνει τὴν ἄφεσιν χάριτι Χριστοῦ.

802 *Fragm. apud Eutychium.* Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἐν τῷ εἰς 493
τοὺς βαπτιζομένους λόγῳ. «Ὄψει τοὺς λευίτας φέροντας ἄρτους, καὶ ποτήριον οἴνου, καὶ τιθέντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν· καὶ ὅσον οὔπω ἱκεσίαι καὶ δεήσεις γίνονται, ψιλός ἐστιν ὁ ἄρτος καὶ τὸ 497
ποτήριον· ἐπὰν δὲ ἐπιτελεσθῶσιν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ εὐχαί, τότε γίνεται ὁ ἄρτος σῶμα, καὶ τὸ ποτήριον αἷμα τοῦ 489
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.» Καὶ πάλιν· «Ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῶν μυστηρίων· οὗτος ὁ ἄρτος καὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, ὅσον οὔπω εὐχαὶ καὶ ἱκεσίαι γεγόνασι, ψιλά εἰσιν· ἐπὰν δὲ αἱ μεγάλαι εὐχαὶ καὶ αἱ ἅγιαι ἱκεσίαι ἀναπεμφθῶσι, καταβαίνει ὁ Λόγος εἰς τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, καὶ γίνεται αὐτοῦ σῶμα.»

803 *Fragm. in Matthaeum.* Οἱ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, 524
ἤγουν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα, βλασφημήσαντες καὶ λέγοντες ὅτι «Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια» [Lc 11, 15], οὐκ ἀφίενται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπισημειώσασθαι δὲ χρή, ὅτι οὐκ εἶπεν

---

ex consequenti loquentes asseveratis, quin et cum Arianis id ipsum docentibus consentitis.

801 Quemadmodum homo a sacerdote baptizatus Spiritus Sancti 536
gratia illuminatur, ita qui confitetur in paenitentia per sacerdotem 545
Christi gratia remissionem accipit.

802 Magni Athanasii ex sermone ad baptizatos. «Videbis levitas panes 493
vinique calicem ferentes mensaeque imponentes. Et quamdiu quidem preces et invocationes nondum sunt peractae, nihil aliud nisi panis 497
calixque est. Postquam autem peractae fuerint magnae miraeque preces, tunc panis fit corpus, calix autem Domini nostri Iesu Christi 489
sanguis.» Et rursus: «Veniamus ad mysteriorum perfectionem. Hic panis et hic calix ante preces et supplicationes nihil ultra naturam propriam habent; ubi autem magnae preces sanctaeque supplicationes edictae fuerint, descendit Verbum in panem et calicem, et fit corpus eius.»

803 Qui in Spiritum Sanctum sive in Christi deitatem blasphema- 524
verunt dicentes: *In Beelzebub, principe daemoniorum, eicit daemonia,* iis sane non remittetur, neque in hoc saeculo neque in futuro. Observandum porro est non dixisse Christum blasphemanti

---

801. MG 26, 1316. 802. MG 26, 1325; 86, 2401.
803. MG 27, 1385.

ὁ Χριστός, τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται, ἀλλὰ τῷ βλασφημοῦντι εἶτ' οὖν ἐπιμένοντι τῇ βλασφημίᾳ. Ἡ
522 γὰρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἁμαρτήματα.

569 (?) *Fragm. in Ps. 50, 7.* «Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, 804
καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου.» Ἐπειδὴ ὁ προηγούμενος σκοπὸς τοῦ Θεοῦ ἦν τοῦ μὴ διὰ γάμου γενέσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς, ἡ δὲ παράβασις τῆς ἐντολῆς τὸν γάμον εἰσήγαγε διὰ τὸ ἀνομῆσαι τὸν Ἀδάμ, τουτέστιν ἀθετῆσαι τὸν ἐκ
302 Θεοῦ δοθέντα αὐτῷ νόμον. Πάντες οὖν οἱ ἐξ Ἀδὰμ γενόμενοι ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται ὑποπίπτοντες τῇ τοῦ προπάτορος καταδίκῃ. Τὸ δέ· «Καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου», σημαίνει ὅτι ἡ Εὔα, ἁπάντων ἡμῶν ἡ μήτηρ, πρώτη ἐκίσσησε τὴν ἁμαρτίαν, ὥσπερ ὀργῶσα τὴν ἡδονήν.

S. CAESARIUS NAZIANZENUS, † 368/9.

Dialogi.

224 Dial. 2, Resp. ad interrog. 102. Ὁ ἄνθρωπος ὄργανον 805
γεννᾷ, τὴν δὲ ψυχὴν τὸ θεῖον ἐνίησιν. Οὐδέπω γὰρ τῇ γραφῇ εἴρηται· Ἐξαγαγέτω ἡ γυνὴ ψυχὴν ζῶσαν· οὐδ' ὅτι συλλαβοῦσα Εὔα ἢ Σάρρα ἢ Ἐλισάβετ ἐξήγαγε ψυχήν, ἀλλ' ὅτι ἐγέννησε παιδίον.

486 3, 169. Ὁ αὐτὸς ὁ ἅγιος Λόγος καθ' ἡμᾶς γενόμενος, καὶ 806
συμβιωτεύων ἡμῖν, ὢν ὅπερ ἦν, καὶ δρώμενος ὅπερ οὐκ ἦν, φησὶ τῷ θιάσῳ τῶν ἀποστόλων, ἄρτον ἐπιδιαιρῶν· «Λάβετε,

---

ac postea paenitenti remissionem dandam non esse, sed blas-
522 phemanti et in blasphemia perseveranti; siquidem condigna paenitentia peccata omnia eluit.

569 *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit* 804
me mater mea. Quoniam prior Dei scopus erat, ut non per matrimonium et corruptionem nasceremur, sed transgressio mandati nuptias induxit ob Adami iniquitatem, id est, quod datam sibi a
302 Deo legem vilipendisset. Omnes itaque qui ex Adamo oriuntur in iniquitatibus concipiuntur, proavi sui damnatione collapsi. Illud autem: *Et in peccatis concepit me mater mea,* significat Evam omnium nostrum matrem, ceu voluptate turgentem, concepisse peccatum.

224 2, 102. Homo organum generat, animam autem immittit Deus. 805
Nusquam enim in scriptura dictum est: Producat mulier animam viventem; neque quod Eva concipiens aut Sara aut Elisabeth produxerit animam, sed quod genuerit infantem puerum.

486 3, 169. Idem sanctum Verbum nostri simile factum est, et 806
vitam inter nos agens, cum esset quod erat et cerneretur quod non erat, inquit ad sacrum apostolorum coetum, panem distribuens:

---

804. MG 27, 240. 805. MG 38, 968. 806. MG 38, 1132.

φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου» [Mt 26, 26], μήπω τυθεὶς τῇ σαρκί· καί· «Λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου» [ib. 27 sq], μήπω τρωθεὶς ἐπὶ σταυρῷ δόρει τὴν πλευράν. Καὶ ὁρῶμεν τὸν ἅγιον ἐκεῖνον ἄρτον τήμερον ἐν τῷ 512
ἀναιμάκτῳ θυσιαστηρίῳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας καὶ μυστικῆς τελετῆς, ἐπὶ τῆς ἀχράντου προτιθέμενον τραπέζης, μὴ ἐοικότα δὲ τῇ εἰκόνι τοῦ σωτηρίου σώματος τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου.... Ἔστι τὸ μὲν ὄρθιον, διηρθρωμένον, πορευτικόν, δραστικόν, τὸ 490
δὲ περιφερές, ἀνάρθρωτον, ἄψυχον, ἄναιμον, ἀκίνητον, οὐθ' ἑτέρῳ ἐοικός, οὐ τῷ ὁρωμένῳ τοῦ ἀοράτου θεότητι· πιστεύομεν δὲ ὅμως τῇ θεηγορίᾳ, καὶ οὐχ ὡς ὅμοιον ἢ ἴσον, ἀλλὰ κυρίως καὶ ἀραρότως αὐτὸ ὑπάρχειν τὸ θεῖον σῶμα, τὸ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης ἱερουργούμενον, καὶ τῷ θιάσῳ πάντη ἀτμήτως διαι- 492
ρούμενον καὶ ἀλήκτως μετεχόμενον.

S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, ca 313—386.

Catecheses, 348.

807 *Monitum post Procatechesin.* Τὰς τῶν φωτιζομένων κατη- 457
χήσεις ταύτας, τοῖς μὲν τῷ βαπτίσματι προσερχομένοις, καὶ τοῖς τὸ λουτρὸν ἔχουσιν ἤδη πιστοῖς, εἰς ἀνάγνωσιν παρεχόμενος, μὴ δὸς τὸ σύνολον μήτε κατηχουμένοις, μήτε ἄλλοις τισὶ τοῖς μὴ οὖσι χριστιανοῖς· ἐπεὶ τῷ Κυρίῳ λόγον δώσεις. Καὶ ἐὰν ποιῇς ἀντίγραφον, ὡς ἐπὶ Κυρίου ταῦτα πρόγραψον.

Accipite, comedite de hoc omnes, hoc est corpus meum, nondum immolatum carne; et: *Accipite, bibite, hic est sanguis meus,* nondum vulneratum in cruce per lanceam in latere. Et videmus 512
sanctum illum panem hodie in ara incruenta tempore divini et mystici officii, in impolluta propositum mensa, non tamen similem imagini salutiferi corporis Dei et Verbi.... Est hoc quidem erectum, 490
artubus compositum, incedendi vim habens et agendi; illud autem rotundum, non articulatum, inanimatum, exsangue, immobile, neque alteri simile, non ei qui cernitur et invisibilis est divinitate. Credimus nihilominus secundum sermonem divinum, etiamsi non sit simile vel aequale, proprie tamen et convenienter id esse corpus divinum, quod in divina mensa sancte consecratur, et universo coetui sacro absque sectione dividitur et absque defectu parti- 492
cipatur.

807 *Monitum post Procatechesin.* Catecheses istas illuminandorum 457
ignis aliqui(s) perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis. Sed haec ideo [ponuntur], quia, sicut ex multa cruditate et febres nascuntur et vermes: ita, si quis non decoquat peccata sua, . . . igne aduretur proprio et suis vermibus consumetur. Unde et Esaias ait: *Ambulate in lumine ignis vestri, et flamma quam accendistis* [Is 50, 11]. Ignis est quem generat maestitia delictorum; vermis est eo quod irrationabilia animae peccata mentem rei sensumque compungant et quaedam exedant viscera conscientiae.

7, 234. Hunc locum, ab Augustino allatum, vide infra n. 2007.

1307 8, 2. Si omne coniugium a Deo, omne coniugium non 574
licet solvi. Et quomodo apostolus dixit: *Quodsi infidelis discedit, discedat* [1 Cor 7, 15]? In quo mirabiliter et noluit apud Christianos causam residere divortii, et ostendit non a Deo omne coniugium; neque enim Christianae gentilibus Dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat.

1308 8, 5. Dimittis ergo uxorem quasi iure, sine crimine; et 572
putas id tibi licere quia lex humana non prohibet; sed divina 579
prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: *Quae Deus coniunxit, homo non separet* [Mt 19, 6].

1309 10, 60. Quod autem ait: *Non mea voluntas, sed tua fiat* 388
[Lc 22, 42], suam ad hominem rettulit, Patris ad divinitatem; voluntas enim hominis temporalis, voluntas divinitatis aeterna. Non alia voluntas Patris, alia Filii; una enim voluntas, ubi una divinitas.

1304. CV 32, 4, 276; ML 15, 1695. 1305. CV 32, 4, 352; ML 15, 1740.
1306. CV 32, 4, 374; ML 15, 1754. 1307. CV 32, 4, 392; ML 15, 1765.
1308. CV 32, 4, 394; ML 15, 1767. 1309. CV 32, 4, 478; ML 15, 1819

531 10, 88. Petrus doluit et flevit, quia erravit ut homo. Non 1310
363 invenio quid dixerit, invenio quod fleverit; lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavent lacrimae delictum, quod voce pudor est confiteri. . . . 89. Bonae lacrimae quae lavant culpam.

Sermo contra Auxentium, 386.

41 35. Tributum Caesaris est, non negatur; ecclesia Dei est, 1311
Caesari utique non debet addici; quia ius Caesaris esse non potest Dei templum. 36. Quod cum honorificentia imperatoris dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quam ut imperator ecclesiae filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim intra ecclesiam, non supra ecclesiam est; bonus enim imperator quaerit auxilium ecclesiae, non refutat.

Expositio in Psalmum CXVIII, 387/8.

269 Serm. 3, c. 2. *Retribue servo tuo* [Ps 118, 17]. . . . 3. Non 1312
270 est alienum nec arrogans, si etiam David remunerationem a Domino Deo suo pro egregiis laboribus postulet. Praerogativa est fidei atque iustitiae, de Domini favore mercedem usurpare. Denique reprehenditur Petrus; quia super fluctus ambulans humano magis dubitavit affectu, quam apostolica auctoritate
252 praesumpsit. In evangelio quoque docemur habere fidem et non haesitare de iis, quae supra hominem sunt, gerendis. . . . Utique non insolentis arrogantiae, sed innocentis est conscientiae ab ipso cui servieris petere mercedem; quoniam desperare segnitiei est materia; sperare autem incentivum laboris est.

347 8, 57. Plena est ergo terra misericordiae Domini; quia 1313
omnibus est data remissio peccatorum. Super omnes sol oriri iubetur. Et hic quidem sol cotidie super omnes oritur.
422 Mysticus autem sol ille iustitiae omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est et omnibus resurrexit; ideo autem passus est ut tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat.

435 22, 30. Veni ergo et quaere ovem tuam, iam non per 1314
servulos, non per mercenarios, sed per temetipsum. Suscipe me in carne, quae in Adam lapsa est. Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria; ut incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.

1310. CV 32, 4, 489; ML 15, 1825.
1311. ML 16, 1018; B 5, 154. 1312. ML 15, 1223; B 2, 462.
1313. ML 15, 1318; B 2, 564. 1314. ML 15, 1521; B 2, 780.

Hexaemeron, 386/9.

1315 L. 1, c. 4, n. 16. Rerum visibilium summa caelum et terra 87
est, quae non solum ad mundi huius spectare videntur ornatum, sed etiam ad indicium rerum invisibilium et quoddam argumentum eorum quae non videntur, ut est illud propheticum: *Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum* [Ps 18, 2]. Quod secutus apostolus aliis verbis in eamdem conclusit sententiam, dicens: *Quia invisibilia eius per ea, quae facta sunt, intelleguntur* [Rom 1, 20]. Auctorem enim angelorum et dominationum et potestatum facile intellegimus eum, qui momento imperii sui hanc tantam pulchri- 189
tudinem mundi ex nihilo fecit esse, quae non erat, et non exstantibus aut rebus aut causis donavit habere substantiam.

1316 1, 5, 19. Factus est ergo mundus, et coepit esse qui non 157
erat; Verbum autem Dei in principio erat, et erat semper.
Sed etiam angeli, dominationes et potestates, etsi aliquando 198
coeperunt, erant tamen iam quando hic mundus est factus.
Omnia namque creata et *condita sunt, visibilia et invisibilia,* 188
sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates [Col 1, 16].

1317 2, 1, 2. Si increata materia, videtur ergo Deo creandae 196
potestas materiae defuisse, et ab ea operationi subiacentia mutuatus. Si vero incomposita, mirum admodum coaeternam Deo materiam decorem sibi non potuisse conferre, quae substantiam non a creatore acceperit, sed sine tempore ipsa possederit. Plus ergo invenit operator omnium, quam contulit. Invenit materiem, in qua posset operari; contulit autem figuram, quae decorem inventis rebus afferret.

1318 6, 7, 42. Illa anima a Deo pingitur, quae habet in se vir- 353
tutum gratiam renitentem splendoremque pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet divinae operationis effigies. Illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriae et paternae imago substantiae. Secundum hanc imaginem, quae refulget, pictura pretiosa est. Secundum hanc imaginem Adam ante 229
peccatum; sed ubi lapsus est, deposuit imaginem caelestis, 298
sumpsit terrestris effigiem.

1319 6, 8, 46. Utrum igitur secundum corpus, an secundum 354
animam iustificatio tibi conferri videatur, quaeso, respondeas. Sed dubitare non potes, cum iustitia, unde iustificatio derivata est, mentis utique, non corporis sit. 47. Pictus es ergo, o

1315. CV 32, 1 (ed. C. Schenkl, 1897), 14; ML 14, 130.
1316. CV 32, 1, 15; ML 14, 131.
1317. CV 32, 1, 41; ML 14, 145.
1318. CV 32, 1, 233; ML 14, 258.
1319. CV 32, 1, 237; ML 14, 260.

homo, pictus a Domino Deo tuo. Bonum habes artificem atque pictorem. Noli bonam delere picturam, non fuco sed veritate fulgentem, non cera expressam sed gratia.

De officiis ministrorum, 391(?)

112 L. 3, c. 2, n. 11. Denique in iisdem verbis frequenter dis- 1320
cretio est. Aliter enim bonum Deum dicimus, aliter hominem; aliter iustum Deum appellamus, aliter hominem. Similiter et
99 sapientem Deum aliter dicimus, aliter hominem. . . . Duplex enim forma perfectionis: alia medios, alia plenos numeros habens; alia hic, alia ibi; alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuri. Deus autem iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus.

De Abraham, 387.

258 254 L. 1, c. 3, n. 21. Bonum est ut rationem praeveniat fides, 1321
3 ne tamquam ab homine ita a Domino Deo nostro rationem videamur exigere. Etenim quam indignum ut humanis testimoniis de alio credamus, Dei oraculis de se non credamus!

575 1, 7, 59. Nulli licet scire mulierem praeter uxorem. Ideo- 1322
que coniugii tibi ius datum est, ne in laqueum incidas et
572 cum aliena muliere delinquas. *Vinctus es uxori, noli quaerere solutionem* [1 Cor 7, 27]; quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere. Nam et aliam quaerere, cum habeas tuam, crimen est adulterii, hoc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quaerendam.

470 2, 11, 79. Pretio sanguinis Christi redempta ecclesia. Ergo 1323
et Iudaeus et Graecus quicumque crediderit, debet scire se circumcidere a peccatis, ut possit salvus fieri; . . . quia nemo ascendit in regnum caelorum nisi per sacramentum baptismatis.

470 2, 11, 84. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto,* 1324
473 *non potest introire in regnum Dei* [Io 3, 5]. Utique nullum
474 excipit, non infantem, non aliqua praeventum necessitate. Habeant tamen illam opertam poenarum immunitatem, nescio an habeant regni honorem.

De bono mortis, 388/90.

299 C. 4, n. 15. Si recolamus quod Deus mortem non fecerit, 1325
sed, postquam homo lapsus in flagitium est praevaricationis

1320. ML 16, 148; B 4, 148.
1321. CV 32, 1, 517; ML 14, 428.
1322. CV 32, 1, 540; ML 14, 442.
1323. CV 32, 1, 632; ML 14, 494.
1324. CV 32, 1, 635; ML 14, 497.
1325. CV 32, 1, 716; ML 14, 547.

et fraudis, sententia comprehenderit, ut in terram suam terra remearet, inveniemus mortem finem esse peccati, ne, quo esset 584
vita diuturnior, eo fieret culpa numerosior.

De institutione virginis, 391/2.

1326 C. 6, n. 41. Nec illud moveat, quod ait quia *Ioseph accepit* 571
coniugem suam et profectus est in Aegyptum [Mt 1, 24; 2, 14]; desponsata enim viro coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugii nomen adsciscitur; non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.

1327 8, 52. Quae est haec porta [cf. Ez 44, 1 sqq], nisi Maria? ideo 431
clausa, quia virgo? Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu et genitalia virginitatis claustra non solvit.

De obitu Valentiniani consolatio, 392.

1328 51. Sed audio vos dolere, quod non acceperit sacramenta 471
baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut, et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit, et ideo prae ceteris causis me accersendum putavit. Non habet ergo gratiam quam desideravit? Non habet quam poposcit? Certe, quia poposcit, accepit. Et unde illud est: *Iustus quacumque morte praeventus fuerit, anima eius in requie erit* [Sap 4, 7]?

De mysteriis, a.?

1329 C. 3, n. 8. Quid vidisti? Aquas utique, sed non solas; 438
levitas illic ministrantes, summum sacerdotem interrogantem et consecrantem. . . . Crede ergo divinitatis illic adesse prae- 447
sentiam. Operationem credis, non credis praesentiam? Unde sequeretur operatio, nisi praecederet ante praesentia?

1330 4, 20. Ideoque legisti quod *tres* testes in baptismate *unum* 465
sunt, aqua, sanguis et Spiritus [cf. 1 Io 5, 8]; quia, si in unum horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum. Quid est 461
enim aqua sine cruce Christi? Elementum commune, sine ullo sacramenti effectu. Nec iterum sine aqua regenerationis mysterium est: *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei* [Io 3, 5]. Credit

1326. ML 16, 316; B 4, 326. 1327. ML 16, 320; B 4, 330.
1328. ML 16, 1374; B 5, 109 1329. ML 16, 391; B 4, 429.
1330. ML 16, 394; B 4, 432.

autem etiam catechumenus in crucem Domini Iesu, qua et
470 ipse signatur; sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritualis gratiae munus haurire.

456 6, 32. Mundus erat Petrus, sed plantam lavare debebat; 1331
habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando eum supplantavit serpens et persuasit errorem. Ideo planta
475 eius abluitur, ut hereditaria peccata tollantur; nostra enim propria per baptismum relaxantur.

476 445 7, 42. Accepisti signaculum spiritale, spiritum sapientiae 1332
245 et intellectus, spiritum consilii atque virtutis, spiritum cognitionis atque pietatis, spiritum sancti timoris: et serva quod accepisti. Signavit te Deus Pater, confirmavit te Christus Dominus, et dedit pignus Spiritus in cordibus tuis.

485 9, 50. Forte dicas: Aliud video; quomodo tu mihi asseris 1333
quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis! Probemus non
497 hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit; maioremque vim esse benedictionis quam naturae,
489 quia benedictione etiam natura ipsa mutatur.

485 490 9, 58. In illo sacramento [eucharistiae] Christus est, quia 1334
corpus est Christi; non ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Unde et apostolus de typo eius ait: *Quia patres nostri escam spiritalem manducaverunt, et potum spiritalem biberunt* [1 Cor 10, 3 4]. Corpus enim Dei corpus est spiritale.

[?] De lapsu virginis consecratae [1].

580 C. 5, n. 21. Dicit aliquis: *Melius est nubere quam uri* 1335
[1 Cor 7, 9]. Hoc dictum ad nondum pollicitam pertinet, ad necdum velatam. Ceterum quae se Christo spondit, iam nupsit, iam immortali coniuncta est viro. Quae si voluerit nubere communi lege coniugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.

[?] De sacramentis [2].

475 L. 3, c. 1, n. 7. In baptismate omnis culpa diluitur. Re- 1336
456 cedit ergo culpa; sed quia Adam supplantatus a diabolo est et venenum ei effusum est supra pedes, ideo lavas pedes, ut

[1] Hoc opusculum forsan non Ambrosio tribuendum est, sed Nicetae Remesianensi.

[2] Hic liber, iuxta multos, non scriptus est ante saec. V. vel VI.

1331. ML 16, 398; B 4, 436. 1332. ML 16, 402; B 4, 440.
1333. ML 16, 405; B 4, 442. 1334. ML 16, 408; B 4, 446.
1335. *A. E. Burn*, Niceta of Remesiana (1905), p. 119; ML 16, 372; B 4, 391.
1336. ML 16, 433; B 4, 476.

in ea parte, in qua insidiatus est serpens, maius subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Lavas ergo pedes ut laves venena serpentis.

1337 3, 2, 8. Sequitur [baptismum] spiritale signaculum quod 476 445
audistis hodie legi; quia post fontem superest ut perfectio 245
fiat, quando ad invocationem sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii atque virtutis, spiritus cognitionis atque pietatis, spiritus sancti timoris: septem quasi virtutes Spiritus.

1338 4, 4, 13. Ergo auctor sacramentorum quis est nisi Do- 448
minus Iesus? De caelo ista sacramenta venerunt; consilium enim omne de caelo est.

1339 4, 4, 14. Tu forte dicis. Meus panis est usitatus. Sed panis 489
iste panis est ante verba sacramentorum; ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus. Quomodo potest qui panis est corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio autem quibus verbis est, cuius sermonibus? Do- 495
mini Iesu. Nam et reliqua omnia quae dicuntur in superioribus, a sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur, oratio 499 520
petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris; ubi venitur ut conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo 449
Christi hoc conficit sacramentum.

1340 4, 5, 23. Antequam consecretur, panis est; ubi autem 493 495
verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi 489
dicentem: *Accipite et edite ex eo omnes; hoc est enim corpus* 486
meum [Lc 22, 19]. Et ante verba Christi calix est vini et 494
aquae plenus: ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere.

AMBROSIASTER, 370/5.

1341 *In Rom 5, 12. In quo,* id est in Adam, *omnes peccaverunt.* 302
Ideo dixit *in quo,* cum de muliere loquatur, quia non ad speciem rettulit, sed ad genus. Manifestum itaque est in Adam omnes peccasse quasi in massa; ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit, omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex eo ipso sumus omnes; hic enim beneficium Dei perdidit, dum praevaricavit.

1342 *In 2 Cor 5, 21. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis* 398 419
peccatum fecit. Deum dicit Patrem peccatum fecisse Filium suum Christum, eum utique qui peccatum nesciebat, id est

1337. ML 16, 434; B 4, 476 — 1338. ML 16, 439; B 4, 482.
1339. ML 16, 439; B 4, 482. — 1340. ML 16, 444; B 4, 487.
1341. ML 17, 92; B 3, 430. — 1342. ML 17, 298; B 3, 695.

qui non peccaverat; quia factus caro non immutatus, sed incarnatus factus est peccatum.... Propter quod autem omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est etiam peccatum. Et quoniam oblatus est pro peccatis, non immerito peccatum factus dicitur; quia et hostia, in lege, quae pro peccatis offerebatur, peccatum nuncupabatur.

125 *In 1 Tim 2, 4. Vult* Deus *omnes homines salvos fieri,* sed 1343
si accedant ad eum; non enim sic vult, ut nolentes salventur; sed vult illos salvari, si et ipsi velint. Nam utique qui legem omnibus dedit, nullum excepit a salute. Numquid medicus non idcirco proponit in publico, ut omnes se ostendat velle salvare, si tamen ab aegris requiratur? Non est enim vera salus, si nolenti tribuatur.

RUFINUS, ca 345—410.

Commentarius in symbolum apostolorum, ca 404.

74 37[1]. [Canon scripturarum. Veteris testamenti: Moysis quin- 1344
que libri (Gen., Ex., Lev., Num., Deut.), Iesus Nave, Iud. simul cum Ruth, Regnorum IV, Paral. qui dierum dicitur liber, Esdr. II, Hester, Prophetarum (Esaias, Ier., Ez., Dan., XII prophetarum liber unus), Iob, Ps. David, Salomonis III (Prov., Eccl., Cant. cant.).] In his concluserunt numerum libro-
75 rum veteris testamenti. Novi vero, quattuor Ev. (Mt., Mc., Lc., Io.), Actus apostolorum quos describit Lucas. Pauli apostoli Epist. XIV. Petri apostoli duae. Iacobi fratris Domini et apostoli una. Iudae una. Ioannis tres. Apoc. Ioannis. Haec sunt quae Patres intra canonem concluserunt et ex quibus fidei nostrae assertiones constare voluerunt. 38. Sciendum tamen est quod et alii libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt: [Sap. Salomonis, Sap. Sirach (= Eccli.), Tob., Iudith, Mach. libri]. In novo testamento libellus qui dicitur Pastoris sive Hermas: qui appellatur Duae viae, vel Iudicium Petri. Quae omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. Ceteras vero scripturas apocryphas nominarunt, quas in ecclesiis legi noluerunt.

S. HIERONYMUS, ca 342—419.

Epistulae.

554 Ep. 14 [ad Heliodorum, a. 374/9], c. 8. Absit ut quidquam de 1345
his [clericis] sinistrum loquar, qui apostolico gradui succedentes

[1] Vide p. 177, not. 1. — 1343. ML 17, 466; B 3, 911.
1344. ML 21, 373. — 1345. CV 54 (ed. I. Hilberg, 1910), 55; ML 22, 352.

Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam 499
Christiani sumus, qui claves regni caelorum habentes quodam 521
modo ante iudicii diem iudicant, qui sponsam Domini sobria
castitate conservant.

1346 15 [ad Damasum, a. 374/9], 2. Ego nullum primum nisi 59
Christum sequens beatitudini tuae, id est cathedrae Petri, com-
munione consocior. Super illam petram aedificatam ecclesiam
scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, pro- 47
fanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, periet regnante
diluvio.

1347 27 [ad Marcellam, a. 382/5], 1. Ita responsum habeant [ob- 70
trectatores mei]: Non adeo hebetis fuisse me cordis et tam
crassae rusticitatis . . . ut aliquid de dominicis verbis aut cor-
rigendum putaverim, aut non divinitus inspiratum; sed latino- 76
rum codicum vitiositatem, quae ex diversitate librorum omnium
comprobatur, ad graecam originem, unde et ipsi translata non
denegant, voluisse revocare.

1348 36 [ad Damasum, a. 382/4], 15. Quaeris, quare vir iustus ali- 404
quid ignoraverit et contra suam fecerit voluntatem [cf. Gn 27, 23].
Ad quod districta responsio est, nullum hominem, excepto eo
qui ob nostram salutem carnem est dignatus assumere, plenam
habuisse scientiam et certissimam veritatem.

1349 48 [ad Pammachium, a. 392/3], 9. Erubescat calumniator meus 581
dicens me prima damnare matrimonia, quando legit: «Non 577
damno digamos, immo nec trigamos et si dici potest octo-
gamos» [Adv. Iovin. 1, 15 (ML 23, 234)]. Aliud est non dam-
nare, aliud praedicare; aliud est veniam concedere, aliud
laudare virtutem. Si autem in eo durus videor, quia dixi:
«quidquid aequaliter licet, aequa lance pensandum est» [ib.],
puto non me crudelem iudicabit et rigidum, qui alia loca 582
virginitati et nuptiis, alia trigamis et octogamis et paenitentibus
legerit praeparata.

1350 48, 21. Christus virgo, virgo Maria, utrique sexui virginitatis 566
dedicavere principia. Apostoli, vel virgines, vel post nuptias
continentes. Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, 555
aut vidui, aut certe post sacerdotium in aeternum pudici.

1351 55 [ad Amandum, forsan ante a. 398], 3. Omnes igitur causa- 572
tiones apostolus amputans apertissime definivit, vivente viro,
adulteram esse mulierem quae alteri nupserit. . . . Quamdiu
vivit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus 573
coopertus et ab uxore propter haec scelera derelictus, maritus
eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet.

1346. CV 54, 63; ML 22, 355. 1347. CV 54, 224; ML 22, 431.
1348. CV 54, 281; ML 22, 459. 1349. CV 54, 363; ML 22, 499.
1350. CV 54, 386; ML 22, 510. 1351. CV 54, 493; ML 22, 562.

572 77 [ad Oceanum, a. 399], 3. Aliae sunt leges Caesarum, aliae 1352
579 Christi; aliud Papinianus, aliud Paulus noster praecipit. Apud
illos in viris pudicitiae frena laxantur et, solo stupro atque
adulterio condemnato, passim per lupanaria et ancillulas libido
permittitur; quasi culpam dignitas faciat, non voluptas. Apud
nos, quod non licet feminis, aeque non licet viris; et eadem
servitus pari condicione censetur.

603 84 [ad Pammachium et Oceanum, a. 401], 2. Obiciunt mihi, 1353
quare Originem aliquando laudaverim. Ni fallor, duo loca
sunt: praefatiuncula ad Damasum in homiliis Cantici canti-
corum et prologus in librum hebraicorum nominum. Quid
ibi de dogmatibus ecclesiae dicitur? Quid de Patre et Filio
et Spiritu Sancto? Quid de carnis resurrectione? Quid de
animae statu atque substantia? Simplex interpretatio, atque
doctrina simplici voce laudata est. Nihil ibi de fide, nihil
de dogmatibus comprehensum est. Moralis tantum tractatur
locus et allegoriae nubilum serena expositione discutitur. Lau-
davi interpretem, non dogmatisten; ingenium, non fidem;
philosophum, non apostolum. Quodsi volunt super Origene
meum scire iudicium, legant in Ecclesiasten commentarios
[n. 1373]; replicent in epistulam ad Ephesios tria volumina
[n. 1370], et intellegent me semper eius dogmatibus contra
isse. . . . 3. Si mihi creditis, Origeniastes numquam fui; si
non creditis, nunc esse cessavi. Quodsi nec sic adducimini
ad fidem, compellitis me ad defensionem mei contra amasium
vestrum scribere, ut, si non creditis neganti, credatis saltem
accusanti.

390 120 [ad Hedibiam, post a. 406], 9. Gloria salvatoris patibulum 1354
triumphantis est. Crucifigitur ut homo, glorificatur ut Deus. . . .
385 Haec dicimus, non quod alium Deum et alium hominem esse
credamus et duas personas faciamus in uno Filio Dei, sicut
nova haeresis calumniatur; sed unus atque idem Filius Dei
et filius hominis est.

350 133 [ad Ctesiphontem, a. 415], 1. Illi [haeretici Pelagiani], quae 1355
Graeci appellant πάθη, nos perturbationes possumus dicere,
aegritudinem videlicet et gaudium, spem et metum, quorum duo
praesentia, duo futura sunt, asserunt exstirpari posse de men-
tibus et nullam fibram radicemque vitiorum in homine omnino
residere meditatione et assidua exercitatione virtutum.

350 133, 7. Audite, quaeso, audite sacrilegum. «Si», inquit 1356
[Pelagius], «voluero curvare digitum, movere manum, sedere,
stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, . . . semper mihi
auxilium Dei necessarium erit?» Audi, ingrate, immo sacrilege,

---

1352. CV 55 (ed. I. Hilberg, 1912), 39; ML 22, 691.
1353. CV 55, 121; ML 22, 744. 1354. CV 55, 497; ML 22, 996.
1355. ML 22, 1148. 1356. ML 22, 1155.

apostolum praedicantem: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid agitis, omnia in nomine Dei agite* [1 Cor 10, 31].

1357 146 [ad Evangelum, a. ?], 1. Audio quemdam in tantam eru- 556
pisse vecordiam, ut diaconos presbyteris, id est episcopis, 557
anteferret. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros quos episcopos, quid patitur mensarum et viduarum
minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces 499
Christi corpus sanguisque conficitur? Quaeris auctoritatem?...
In Actibus apostolorum ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus 39
loquitur: *Attendite vobis et cuncto gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam Domini, quam*
acquisivit sanguine suo [Act 20, 28]. Ac ne quis contentiose in 61
una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi et aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur eumdem esse episcopum atque presbyterum. *Propter hoc reliqui te in Creta, ut quae deerant corrigeres et constitueres presbyteros per civitates, sicut et ego tibi mandavi. Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem* [Tit 1, 5 sqq].... Quod autem postea unus electus est qui ceteris praeponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco evangelista usque ad Heraclam et Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiore gradu collocatum, episcopum nominabant; quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se quem industrium noverint, et archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, episcopus quod presbyter non faciat?

Dialogus contra Luciferianos, ca 382.

1358 8. An nescis etiam ecclesiarum hunc esse morem, ut 476
baptizatis postea manus imponantur, et ita invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi scriptum sit? In Actibus apostolorum.
Etiam si scripturae auctoritas non subesset, totius orbis in 78
hanc partem consensus instar praecepti obtineret. Nam et multa alia, quae per traditionem in ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptae legis usurpaverunt.

1359 9. Non quidem abnuo hanc esse ecclesiarum consuetudinem, 467
ut ad eos, qui longe a maioribus urbibus per presbyteros et
diaconos baptizati sunt, episcopus ad invocationem Sancti 479
Spiritus manum impositurus excurrat.... Ecclesiae salus in 439
summi sacerdotis dignitate pendet; cui si non exsors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesiis

1357. ML 22, 1192. 1358. ML 23, 163.
1359. ML 23, 164.

556 efficientur schismata quot sacerdotes. Inde venit, ut sine chrismate et episcopi iussione neque presbyter neque diaconus
468 ius habeant baptizandi. Quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Ut enim accipit quis, ita et dare potest.

469 450 11. Si in fide sua [haeretica] baptizato baptizans nocere non 1360
565 potuit, et in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinavit.

De perpetua virginitate B. Mariae, adversus Helvidium, ca 383.

430 19. Natum Deum esse de virgine credimus, quia legimus; 1361
432 Mariam nupsisse post partum non credimus, quia non legimus.
581 Nec hoc ideo dicimus, quo nuptias condemnemus: ipsa quippe
571 virginitas fructus est nuptiarum.... Tu dicis Mariam virginem non permansisse; ego mihi plus vindico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, ut ex virginali coniugio virgo filius nasceretur.

In epistulam ad Galatas commentarii, 386/7.

363 L. 2, c. 3, v. 11. *Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud* 1362
Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit [Gal 3, 11].... Considerandum itaque quia non dixerit: homo aut vir ex fide vivit, ne occasionem tribueret ad virtutum opera contemnenda; sed: *iustus ex fide vivit,* ut, quicumque fidelis esset et per fidem victurus, non aliter posset ad fidem venire, vel in ea vivere, nisi prius iustus fuisset et puritate vitae, quasi quibusdam ad fidem gradibus, ascendisset.

275 3, 5, 22. *Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax,* 1363
longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, adversus huiusmodi non est lex [Gal 5, 22 sq]. Et quae alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum nisi caritas, sine qua virtutes ceterae non reputantur esse virtutes, et ex qua nascuntur universa quae bona sunt?

584 3, 6, 10. *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad* 1364
omnes, maxime autem ad domesticos fidei [Gal 6, 10]. Tempus sementis, ut diximus, tempus est praesens, et vita quam currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare; cum ista vita transierit, operandi tempus aufertur. Unde et salvator ait: *Operamini, dum dies est; veniet nox, quando iam nullus poterit operari* [Io 9, 4].

1360. ML 23, 166. 1361. ML 23, 203.
1362. ML 26, 358. 1363. ML 26, 418.
1364. ML 26, 432.

In epistulam ad Ephesios commentarii, 386/7.

1365 L. 1, c. 1, v. 7. Dupliciter sanguis Christi et caro intel- 484
legitur: vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse dixit: 490
Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus [Io 6, 56],
et: *Nisi manducaveritis carnem meam, et sanguinem meum bibe-
ritis, non habebitis vitam aeternam* [ib. 54]; vel caro et sanguis
quae crucifixa est et qui militis effusus est lancea. Iuxta hanc
divisionem et in sanctis eius diversitas sanguinis et carnis ac-
cipitur, ut alia sit caro quae visura est salutare Dei, alia caro
et sanguis quae regnum Dei non queant possidere.

1366 1, 1, 11. *In quo et sorte vocati sumus, praedestinati secundum* 104
*propositum eius, qui universa operatur secundum consilium volun-
tatis suae* [Eph 1, 11]. . . . Considerandum quod et hic προ-
ορισμός et πρόθεσις, id est *praedestinatio* et *propositum*, simul
posita sint, iuxta quae operatur omnia Deus secundum con-
silium voluntatis suae. Non quo omnia, quae in mundo fiant,
Dei voluntate et consilio peragantur, alioquin et mala Deo 197
poterunt imputari; sed quo universa quae facit consilio faciat
et voluntate, quod scilicet et ratione plena sint et potestate
facientis. . . . *Vult salvari omnes et in agnitionem veritatis* 125
venire [1 Tim 2, 4]. Sed quia nullus absque propria voluntate 137
salvatur (liberi enim arbitrii sumus), vult nos bonum velle,
ut, cum voluerimus, velit in nobis et ipse suum implere con-
silium.

1367 2, 3, 14. Loquitur in Exodo Dominus: *Ego sum qui sum*; 94
et: *Haec dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos* [Ex 3, 14]. 95
Numquid solus Deus erat, et cetera non erant? . . . Cetera,
ut sint, Dei sumpsere beneficio. Deus vero, qui semper est,
nec habet aliunde principium, et ipse sui origo est suaeque
causa substantiae, non potest intellegi aliunde habere quod
substitit.

1368 2, 4, 5. Unus est Dominus, et unus est Deus, quia Patris 148
et Filii dominatio, una divinitas est. Propterea et fides una
dicitur, quia similiter in Patrem, et in Filium, et in Spiritum
Sanctum credimus. Et baptisma unum, eodem enim modo, 465
et in Patrem, et in Filium, et in Spiritum Sanctum baptizamur.
Et ter mergimur, ut Trinitatis unum appareat sacramentum. 464
Et non baptizamur in nominibus Patris, et Filii, et Spiritus
Sancti, sed in uno nomine, quod intellegitur Deus.

1369 2, 4, 10. Descendit ergo in inferiora terrae, et ascendit 426
super omnes caelos Filius Dei, ut non tantum legem pro-
phetasque compleret, sed et alias quasdam occultas dispensa-
tiones, quas solus ipse novit cum Patre. Neque enim scire 410

1365. ML 26, 451. 1366. ML 26, 454. 1367. ML 26, 488.
1368. ML 26, 496. 1369. ML 26, 499.

possumus quomodo et angelis et his qui in inferno erant
sanguis Christi profuerit, et tamen quin profuerit nescire non
possumus.

593 3, 5, 6. Sunt plerique qui dicunt non futura pro peccatis 1370
602 esse supplicia nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum
peccatum et conscientiam delicti esse pro poena, dum vermis
in corde non moritur, et in animo ignis accenditur, in simili-
tudinem febris, quae non torquet extrinsecus aegrotantem,
sed corpora ipsa corripiens punit, sine cruciatuum forinsecus
adhibitione quod possidet. Has itaque persuasiones et de-
cipulas fraudulentas verba inania appellavit et vacua, quae
videntur florem quemdam habere sermonum, et blandiri pec-
cantibus; sed, dum fiduciam tribuunt, magis eos ferunt ad
aeterna supplicia.

In epistulam ad Titum commentarii, 386/7.

556 L. 1, c. 1, v. 5. Idem est ergo presbyter qui et episcopus, 1371
et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et
diceretur in populis: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem
Cephae* [1 Cor 1, 12], communi presbyterorum consilio ecclesiae
39 gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos bapti-
61 zaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum
est ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad
quem omnis ecclesiae cura pertineret, et schismatum semina
tollerentur. [Citat exempla ecclesiae Philipporum (cf. Phil 1, 1 2),
Ephesi (cf. Act 20, 17 28), et 1 Petr 5, 1 2.]

***Translatio homiliarum Origenis in Lucam**, 388/91, cf. n. 474 sqq.* 1371*

Praefatio in libros Salomonis, 389/90.

74 Fertur et πανάρετος Iesu filii Sirach liber, et alius ψευδεπί- 1372
γραφος, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum prio-
rem hebraicum repperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos,
sed Parabolas praenotatum; cui iuncti erant Ecclesiastes et
Canticum canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum
librorum numero, sed etiam materiarum genere coaequaret.
Secundus apud Hebraeos nusquam est, quia et ipse stilus
graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum
hunc esse Iudaei Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith et Tobi
et Machabaeorum libros legit quidem ecclesia, sed inter cano-
nicas scripturas non recipit: sic et haec duo volumina legat
ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum
dogmatum confirmandam.

1370. ML 26, 522. 1371. ML 26, 562.
1372. ML 28, 1242.

In Ecclesiasten commentarius, 389/90.

1373 C. 1, v. 15. *Perversus non poterit adornari, et imminutio* 602
non poterit numerari [Eccl 1, 15].... Potest et hic esse sensus: Tanta malitia in mundi huius capacitate versatur, ut ad integrum boni statum mundus redire vix valeat, nec possit facile recipere ordinem et perfectionem suam, in quibus primum conditus est. Aliter, omnibus per paenitentiam in integrum restitutis, solus diabolus in suo permanebit errore.... Denique tantus est numerus seductorum et eorum, qui de grege Domini ab eo rapti sunt, ut supputatione non queat comprehendi.

1374 9, 1. *Omne hoc dedi in corde meo, ut considerarem universa,* 365
quia iusti et sapientes et opera eorum in manu Domini. Et quidem caritatem et quidem odium, non est cognoscens homo omnia in facie eorum [Eccl 9, 1 2].... Porro hic sensus est: Etiam in hoc dedi cor meum et scire volui quos Deus diligeret, quos odisset. Et inveni iustorum quidem opera in manu Dei esse, et tamen utrum amentur a Deo annon, nunc eos scire non posse et inter ambiguum fluctuare.

1375 10, 11. Si quem serpens diabolus occulte momorderit et 536
nullo conscio eum peccati veneno infecerit; si tacuerit qui 540
percussus est et non egerit paenitentiam, nec vulnus suum fratri et magistro voluerit confiteri, magister et frater, qui linguam habent ad curandum, facile ei prodesse non poterunt. Si enim erubescat aegrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.

In Michaeam commentarii, ca 392.

1376 L. 2, c. 5, v. 2. Sunt autem qui asserant in omnibus paene 72
testimoniis, quae de vetere testamento sumuntur, istiusmodi esse errorem, ut aut ordo mutetur, aut verba, et interdum sensus quoque ipse diversus sit, vel apostolis vel evangelistis non ex libro carpentibus testimonia, sed memoriae credentibus, quae nonnumquam fallitur.

In Habacuc commentarii, ca 392.

1377 L. 1, c. 1, v. 14. Sicut in hominibus etiam per singulos Dei 124
currit providentia, sic in ceteris animalibus generalem quidem dispensationem et ordinem cursumque rerum intellegere possumus. Verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo et vivat in aquis, quomodo reptilia et quadrupedia oriantur in
terra et quibus alantur cibis. Ceterum absurdum est ad hoc 118

1373. ML 23, 1022. 1374. ML 23, 1080. 1375. ML 23, 1096.
1376. ML 25, 1197. 1377. ML 25, 1286.

Dei deducere maiestatem, ut sciat per momenta singula quot nascantur culices, quotve moriantur, quae cimicum et pulicum et muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua natent, et qui de minoribus maiorum praedae cedere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei, ut, dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos iniuriosi simus, eamdem rationabilium quam irrationabilium providentiam esse dicentes.

Adversus Iovinianum, ca 393.

581 L. 1, n. 13. *Si autem acceperis uxorem, non peccasti* [1 Cor 1378
580 7, 28]. Aliud est non peccare, aliud bene facere. *Et si nupserit virgo, non peccavit* [ib.]. Non illa virgo, quae se semel Dei cultui dedicavit; harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit.

54 1, 26. Super Petrum fundatur ecclesia: licet id ipsum in 1379
alio loco super omnes apostolos fiat, et cuncti claves regni
50 caelorum accipiant, et ex aequo super eos ecclesiae fortitudo
40 solidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut, capite constituto, schismatis tollatur occasio.

221 2, 3. Liberi arbitrii nos condidit Deus; nec ad virtutes 1380
371 nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin ubi necessitas, nec corona est. Sicut in bonis operibus perfector est Deus, *non* est enim *volentis, neque currentis, sed miserentis* et adiuvantis *Dei* [Rom 9, 16], ut pervenire valeamus ad calcem: sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiva, et perfectio diaboli.

292 2, 25. In passione Christi *omnes declinaverunt, simul in-* 1381
utiles facti sunt; et non fuit qui faceret bonum, non fuit usque ad unum [Ps 13, 1 3; 52, 2 4]. Audebisne igitur dicere sic negasse Petrum et ceteros apostolos qui fugerunt, quomodo Caiphan et Pharisaeos, et clamantem populum: *Crucifige, crucifige* talem [Lc 23, 21; Io 19, 6]? Et ut de apostolis taceam, eiusdemne tibi sceleris videbitur reus Anna, et Caiphas, et Iudas proditor, cuius et Pilatus, qui nolens compulsus est contra Dominum ferre sententiam?

291 2, 30. Sunt peccata levia, sunt gravia. Aliud est decem 1382
548 milia talenta debere, aliud quadrantem.... Cernis quod, si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam, si pro maioribus, difficilis impetratio sit; et inter peccata et peccata magnam esse distantiam.

366 2, 32. Iam nostri laboris est, pro diversitate virtutum di- 1383
612 versa nobis praemia praeparare. 33. ... Si omnes in caelo

1378. ML 23, 229. 1379. ML 23, 247. 1380. ML 23, 286.
1381. ML 23, 322. 1382. ML 23, 327. 1383. ML 23, 329.

aequales futuri sumus, frustra nos hic humiliamus, ut ibi possimus esse maiores.... 34. Quid perseverant virgines? Quid laborant viduae? Cur maritatae se continent? Peccemus omnes, et post paenitentiam idem erimus quod apostoli sunt.

In Ionam commentarii, ca 394.

1384 C. 3, v. 6. Si omnes rationabiles creaturae aequales sunt, 594
et vel ex virtutibus vel ex vitiis sponte propria aut sursum eriguntur aut in ima merguntur, et longo post circuitu atque infinitis saeculis omnium rerum restitutio fiet, et una dignitas militantium, quae distantia erit inter virginem et prostibulum? Quae differentia erit inter matrem Domini et (quod dictu quoque scelus est) victimas libidinum publicarum? Idemne erit Gabriel et diabolus? Idem apostoli et daemones?

Contra Ioannem Hierosolymitanum, 398/9.

1385 22. Cain et Abel, primi ex primis hominibus, unde habuere 222
animas? Omne deinceps humanum genus, quibus animarum censetur exordiis? Utrum ex traduce, iuxta bruta animalia, ut, quomodo corpus ex corpore, sic anima generetur ex anima? . . . An certe . . . cotidie Deus fabricatur animas, cuius velle fecisse est, et conditor esse non cessat?

In evangelium Matthaei commentarii, 398.

1386 L. 3, c. 16, v. 19. Legimus in Levitico [cf. Lv 13, 2 sqq] 521
de leprosis, ubi iubentur ut ostendant se sacerdotibus, et si 540
lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant; non quo sacerdotes leprosos faciant et immundos, sed quo habeant notitiam leprosi et non leprosi, et possint discernere qui mundus quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum 545
sacerdos mundum vel immundum facit, sic et hic alligat vel solvit episcopus et presbyter, non eos qui insontes sunt vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, 538
scit qui ligandus sit quive solvendus.

1387 3, 18, 10. Magna dignitas animarum, ut unaquaeque habeat 209
ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum.

1388 3, 19, 9. Ubicumque est igitur fornicatio, et fornicationis 572
suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere ut aliquis calumniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundam, prima vivente, non habeat.

1384. ML 25, 1142. 1385. ML 23, 372. 1386. ML 26, 118.
1387. ML 26, 130. 1388. ML 26, 135.

404 4, 24, 36. Apostolus super salvatore scribit: *In quo sunt* 1389
omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi [Col 2. 3]. Sunt ergo omnes thesauri in Christo sapientiae et scientiae, sed absconditi sunt. Quare absconditi sunt? Post resurrectionem interrogatus ab apostolis de die manifestius respondit: *Non est vestrum scire tempora vel momenta quae Pater posuit in sua potestate* [Act 1, 7]. Quando dicit: *Non est vestrum scire,* ostendit quod ipse sciat, sed non expediat nosse apostolis, ut, semper incerti de adventu iudicis, sic cotidie vivant, quasi die alia iudicandi sint.

483 4, 26, 26. Postquam typicum pascha fuerat impletum, et 1390
515 agni carnes cum apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis, et ad verum paschae transgreditur sacramentum, ut, quomodo in praefiguratione eius Melchisedech, summi Dei sacerdos, panem et vinum offerens fecerat, ipse quoque in veritate sui corporis et sanguinis repraesentaret.

In Psalmos breviarium, tractatus, commentarioli, 392—401.

202 [?] *Breviar. in Ps 16, 20. Inimici mei animam meam circum-* 1391
210 *dederunt* [Ps 16, 20]. Iudaei Christum in passione. Animam dixi[t], non corpus; quia diabolus in anima intrinsecus nescit quid cogitet homo, nisi per exteriores motus intellegat, et in quo unumquemque delectari videt, diversas suggestiones infert.

86 *Tract. in Ps 95.* Et nos, et omne humanum genus natura- 1392
liter intellegit Deum. Nullae enim gentes sunt quae naturaliter non intellegant creatorem suum. Licet enim lapides et ligna venerentur, tamen intellegunt aliquid maius esse quam ipsi sunt, et in errore suo iudicant se habere sapientiam, hoc est, nulla gens est quae naturaliter non intellegat Deum.

108 *Comm. in Ps 138.* Quomodo autem tuam possum com- 1393
164 prehendere notitiam, cum in te sint omnia, nihilque sit quod te fugiat, et ubique sit Spiritus tuus? Ex quo intellegimus Deum esse, qui totus ubique sit.

Apologia adversus libros Rufini, 401.

205 L. 1, n. 23. Quomodo archangelus non dicitur nisi qui prior 1394
est angelorum: sic principatus et potestates et dominationes non appellantur nisi subiectos aliquos habeant et inferioris
556 gradus. . . . Quomodo et inter homines ordo dignitatum ex laboris varietate diversus est, cum episcopus et presbyter et omnis ecclesiae gradus habeat ordinem suum, et tamen omnes

---

1389. ML 26, 181. 1390. ML 26, 195. 1391. ML 26, 860.
1392. Anecdota Maredsolana 3, 2, 137.
1393. Anecd. Mareds. 3, 1, 95. 1394. ML 23, 416.

homines sunt: sic inter angelos merita esse diversa et tamen in angelica omnes persistere dignitate.

1395 2, 4. Anima ista, quam suscepit Iesus, eratne antequam 378
nasceretur ex Maria? An in origine virginali, quae de Spiritu 224
Sancto nascebatur, cum corpore simul creata est, vel iam in utero corpore figurato statim facta et missa est de caelo? E tribus unum quid sentias, scire desidero. Si fuit antequam nasceretur ex Maria, necdum ergo erat anima Iesu et agebat aliquid, ac propter merita virtutum postea facta est anima eius. Si cepit ex traduce, humanarum igitur animarum, quas aeternas fatemur, et brutorum animantium, quae cum corpore dissolvuntur, una condicio est. Sin autem, figurato corpore, statim creatur et mittitur, fatere simpliciter et nos scrupulo libera.

Contra Vigilantium, 406.

1396 6. Dicis in libello tuo quod, dum vivimus, mutuo pro nobis 284
orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio; praesertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes impetrare non quiverint. Si apostoli et martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias et triumphos?

Prologus in libros Samuel et Malachim, 406.

1397 [Canon scripturarum: Moysis quinque libri (Gen., Ex., Lev., 74
Num., Deut.); Prophetae: Iesu Nave, Iud., Ruth, Regnorum II, Regum II, Is., Ier., Ez., Prophetae XII; Hagiographa: Iob, David Ps., Salomon (Prov., Eccl., Cant. cant.), Dan., Paral. II, Esdr. II, Esth.] [1]. Hic prologus scripturarum, quasi galeatum principium, omnibus libris, quos de hebraeo vertimus in latinum, convenire potest, ut scire valeamus, quidquid extra hos est, inter ἀπόκρυφα esse ponendum. Igitur Sapientia, quae vulgo Salomonis inscribitur, et Iesu filii Sirach liber et Iudith et Tobias et Pastor non sunt in canone. Machabaeorum primum librum hebraicum repperi. Secundus graecus est, quod ex ipsa quoque φράσει probari potest.

In Isaiam commentarii, 408—410.

1398 L. 1, c. 1, v. 10. Homo igitur Dei faciem videre non 105
potest. Angeli autem etiam minimorum in ecclesia semper 107
vident faciem Dei [cf. Mt 18, 10]. Et *nunc in speculo videmus et in aenigmate, tunc autem facie ad faciem* [1 Cor 13, 12]; . . . licet faciem Dei iuxta naturae suae proprietatem nulla videat creatura, et tunc mente cernatur quando invisibilis creditur.

144 3, 6, 8. Quando autem ex Dei persona dicitur: *nobis*, illo 1399
sensu accipiendum est, quo et in Genesi legitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [Gn 1, 26], ut sacramentum indicet Trinitatis. Quomodo enim in evangelio legimus, dicente Domino: *Ego et Pater unum sumus* [Io 10, 30], et *unum* ad naturam referimus, *sumus* ad personarum diversitatem: sic, Domino iubente, Trinitas imperat.

429 3, 7, 15. *Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum* 1400
et eligere bonum. . . . Non mireris ad rei novitatem, si virgo Deum pariat, qui tantam habeat potestatem, ut multo post
147 tempore nasciturus te nunc liberet invocatus. Ipse est enim
376 qui visus est Abraham et locutus est cum Mose. Dicam et
aliud mirabilius, ne eum putes in phantasmate nasciturum: cibis utetur infantiae, butyrum comedet et lac. Et licet post saecula de eo evangelista testetur: *Puer autem proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines* [Lc 2, 52], et hoc dicatur ut veritas humani corporis approbetur, tamen adhuc pannis involutus et butyro pastus ac melle habebit boni
404 malique iudicium, ut reprobans mala eligat bona. Non quod
hoc fecerit, aut reprobaverit, vel elegerit; sed quod scierit reprobare et eligere, ut per haec verba noscamus infantiam humani corporis divinae non praeiudicasse sapientiae.

413 14, 53, 5. Ille autem *vulneratus est propter iniquitates* 1401
419 *nostras*, dicens in psalmo: *Foderunt manus meas et pedes*
[Ps 21, 18], ut suo vulnere vulnera nostra curaret, et *attritus est* sive infirmatus *propter scelera nostra*, ut factus pro nobis maledictum nos liberaret de maledicto.

602 18, 66, 24. Qui volunt supplicia aliquando finiri, et licet 1402
post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his utuntur testimoniis: *Cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet* [Rom 11, 29 sq]. . . . Sicut diaboli et omnium negatorum atque impiorum, qui dixerunt *in corde suo: Non est Deus* [Ps 13, 1; 52, 2], credimus aeterna tormenta; sic
596 peccatorum atque impiorum et tamen Christianorum, quorum
opera in igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur et mixtam clementiae sententiam iudicis.

Dialogus adversus Pelagianos, 415.

236 L. 1, n. 3. *Critobulus.* Si in singulis rebus quas gerimus, 1403
Dei utendum est adiutorio, ergo et calamum temperare ad

---

[1] Vide p. 177, not. 1.
1395. ML 23, 427. 1396. ML 23, 344. 1397. ML 28, 552.
1398. ML 24, 33.

1399. ML 24, 97. 1400. ML 24, 110. 1401. ML 24, 507.
1402. ML 24, 677. 1403. ML 23, 500.

scribendum et temperatum pumice terere, manumque aptare litteris, tacere, loqui, sedere, stare, ambulare, currere, comedere, ieiunare, flere, ridere, et cetera huiusmodi, nisi Deus iuverit, non poterimus? — *Atticus.* Iuxta meum sensum non posse perspicuum est.

1404 2, 16. Salvator in passione ab angelo confortatur, et Crito- 315
bulus meus non indiget auxilio Dei, habens liberi arbitrii potestatem. . . . *Quid,* inquit, *dormitis? Surgite et orate, ne intretis in tentationem* [Mt 26, 41]. Debuit iuxta vos dicere: Quid dormitis? surgite et resistite, liberum enim habetis arbitrium, et semel vobis concessa a Domino potestate, nullius alterius indigetis auxilio. Si enim hoc feceritis, non intrabitis in tentationem.

1405 3, 6. Quaerit hoc Marcion et omnes haereticorum canes, 120
qui vetus laniant testamentum, et huiuscemodi syllogismum 122
texere consueverunt: Aut scivit Deus hominem in paradiso positum praevaricaturum esse mandatum illius, aut nescivit. Si scivit, non est in culpa is, qui praescientiam Dei vitare non potuit, sed ille, qui talem condidit, ut Dei non posset scientiam devitare. Si nescivit, cui praescientiam tollis, aufers et divinitatem. Hoc enim genere in culpa erit qui elegit Saul futurum postea regem impiissimum. Et salvator aut ignorantiae aut iniustitiae tenebitur reus, cur in evangelio sit locutus: *Nonne vos duodecim ego elegi apostolos, et unus de vobis diabolus est?* [Io 6, 71.] Interroga eum, cur Iudam elegerit proditorem, cur ei loculos commiserit, quem furem esse non ignorabat. Vis audire rationem? Deus praesentia iudicat, non futura. Nec condemnat ex praescientia quem noverit talem
fore, qui sibi postea displiceat; sed tantae bonitatis est et 346
ineffabilis clementiae, ut eligat eum, quem interim bonum cernit et scit malum futurum, dans ei potestatem conversionis
et paenitentiae. . . . Neque enim ideo peccavit Adam, quia 121
Deus hoc futurum noverat; sed praescivit Deus, quasi Deus, quod ille erat propria voluntate facturus.

1406 3, 12. Hoc est quod tibi in principio dixeram, in nostra 301
esse positum potestate vel peccare vel non peccare, et vel ad 294
bonum vel ad malum extendere manum, ut liberum servetur arbitrium; sed hoc pro modo et tempore et condicione fra-
gilitatis humanae; perpetuitatem autem impeccantiae soli reser- 315
vari Deo et ei, qui Verbum caro factus carnis detrimenta et 398
peccata non pertulit. Nec quia ad breve possum, coges me ut possim iugiter. Possum ieiunare, vigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire: numquid in perpetuum?

1404. ML 23, 552. 1405. ML 23, 575.
1406. ML 23, 581.

In Ieremiam commentarii, 415—420.

604 L. 4, c. 19, v. 10. Post captivitatem autem, quae sub 1407
Vespasiano et Tito et postea accidit sub Hadriano, usque ad consummationem saeculi ruinae Ierusalem permansurae sunt, quamquam sibi Iudaei auream atque gemmatam Ierusalem restituendam putent, rursumque victimas et sacrificia et coniugia sanctorum, et regnum in terris Domini salvatoris. Quae licet non sequamur, tamen damnare non possumus, quia multi ecclesiasticorum virorum et martyres ista dixerunt.

119 5, 26, 3. *Si forsitan audiant et convertantur* [Ier 26, 3]. 1408
Verbum ambiguum *forsitan* maiestati Domini non potest convenire, sed nostro loquitur affectu, ut liberum homini servetur arbitrium, ne ex praescientia eius, quasi necessitate, vel facere quid vel non facere cogatur.

71 5, 28, 10. Prophetam non dixere [Septuaginta] Ananiam, 1409
ne scilicet prophetam viderentur dicere qui propheta non erat; quasi non multa in scripturis sanctis dicantur iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur, et non iuxta quod rei veritas continebat.

In evangelium Marci tractatus, a.?

404 C. 13, v. 32. De Filio dicitur: *De die autem illo et hora* 1410
465 *nemo scit, neque angeli in caelo, neque Filius, nisi Pater;* si aequaliter accipimus baptisma in Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, et unum nomen eius, Patris et Filii et Spiritus Sancti, quod est Deus, credere debemus; si unus Deus est, quomodo in una divinitate diversa scientia est? Quod est plus, Deum esse an scire omnia? Si Deus est, quomodo ignorat?

PELAGIUS.

Epistula ad Demetriadem, 412/13.

348 3. Volens namque Deus rationabilem creaturam voluntarii 1411
350 boni munere et liberi arbitrii potestate donare, utriusque partis possibilitatem homini inserendo, proprium eius fecit esse quod velit, ut boni ac mali capax naturaliter utrumque posset et ad alterutrum voluntatem deflecteret. . . . Quam multos enim philosophorum et audivimus et legimus et ipsi vidimus, castos, patientes, modestos, liberales, abstinentes, benignos et honores mundi simul et delicias respuentes et

---

1407. ML 24, 802. 1408. ML 24, 844.
1409. ML 24, 855. 1410. Anecd. Mareds. 3, 2, 365.
1411. ML 30, 17; 33, 1100.

amatores iustitiae non minus quam scientiae? Unde, quaeso, hominibus alienis a Deo ista quae Deo placent? Unde autem illis bona, nisi de naturae bono? Et cum ista, quae dixi, vel omnia in uno vel singula in singulis haberi videamus, cum omnium natura una sit, exemplo suo sibi invicem ostendunt omnia in omnibus esse posse, quae vel omnia in omnibus vel singula in singulis inveniantur. Quodsi etiam sine Deo homines ostendunt quales a Deo facti sunt, vide quid Christiani facere possunt, quorum in melius per Christum natura et vita instructa est, et qui divinae quoque gratiae iuvantur auxilio... 4. Est enim, inquam, in animis nostris naturalis quaedam, ut ita dixerim, sanctitas, quae velut in arce animi praesidens exercet mali bonique iudicium.

1412 8. Neque vero nos ita defendimus naturae bonum, ut eam 348
dicamus malum non posse facere, quam utique boni ac mali capacem etiam profitemur; sed ab hac eam tantummodo iniuria vindicamus, ne eius vitio ad malum videamur impelli, qui nec bonum sine voluntate faciamus vel malum, et quibus liberum est unum semper ex duobus agere, cum semper utrumque possimus. . . . Si etiam ante legem, ut diximus, et multo 349
ante Domini nostri salvatoris adventum iuste quidam vixisse et sancte referantur, quanto magis post illustrationem adventus eius nos id posse credendum est, qui instructi per Christi gratiam et in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine eius expiati atque mundati illiusque exemplo ad perfectam iustitiam incitati meliores illis esse debemus, qui ante legem fuerunt, meliores etiam quam fuerunt sub lege, dicente apostolo: *Peccatum in vobis iam non dominabitur; non estis enim sub lege, sed sub gratia* [Rom 6, 14].

De libero arbitrio.

1413 Fragm. libri 3, apud *Aug.*, De gratia Christi 4, 5. Nos 348 349
sic tria ista distinguimus et certum velut in ordinem digesta 350
partimur. Primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud, id est posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturae suae contulit; duo vere reliqua, hoc est velle et esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in voluntate et opere bono laus hominis est; immo et hominis et Dei, qui ipsius voluntatis et operis possibilitatem dedit, quique ipsam possibilitatem gratiae suae adiuvat semper auxilio. Quod vero potest homo velle bonum atque perficere, solius Dei est.

1412. ML 30, 22; 33, 1104.
1413. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 127; ML 44, 362.

CAELESTIUS.

348 Fragm. apud *Hier.*, Ep. 133, 5. Si nihil ago absque Dei 1414
auxilio, et per singula opera eius est omne quod gessero, ergo
366 non ego qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium, frustraque dedit arbitrii potestatem, quam implere non possum nisi ipse me semper adiuverit. Destruitur enim voluntas quae alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium Deus, quod aliter liberum non erit nisi fecero quod voluero.

IULIANUS.

348 Fragm. apud *Aug.*, Op. imperf. c. Iul. l. 1, c. 78. Libertas 1415
arbitrii, qua a Deo emancipatus homo est, in admittendi peccati et abstinendi a peccato possibilitate consistit.

348 Fragm., ib. 5, 41. Subsistere non potest [voluntas] nisi in 1416
motu animi, cogente nullo. Si ergo cogat aliquis, est quidem motus; sed non est voluntas, cuius vim illa definitionis pars secunda complevit, id est, nullo cogente. Si ergo voluntas nihil est aliud quam motus animi, cogente nullo, male prorsus quaeritur origo rei, cuius condicio, si praevenitur, interit.

S. AUGUSTINUS, 354—430.

Epistulae.

70 Ep. 28 [Hieronymo, a. 394/5], c. 3, n. 3. Mihi enim videtur 1417
exitiosissime credi aliquod in libris sanctis esse mendacium.... Admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non ut cuique videbitur vel ad mores difficilis vel ad fidem incredibilis eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur.

56 53 [Generoso, ca 400], 1, 2. Si enim ordo episcoporum sibi 1418
succedentium considerandus est, quanto certius et vere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclesiae figuram gerenti Dominus ait: *Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam* [Mt 16, 18]. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, Evaristo Sixtus, Sixto Telesphorus, Telesphoro Hyginus, Hygino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Alexander, Alexandro Victor, Victori Zephyrinus, Zephy-

---

1414. ML 22, 1154. 1415. ML 45, 1102. 1416. ML 45, 1477.
1417. CV 34 (ed. A. Goldbacher, 1895), 1, 107; ML 33, 112.
1418. CV 34, 2, 153; ML 33, 196.

rino Calistus, Calisto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio Melchiades, Melchiadi Silvester, Silvestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius.

1419 54 [Ianuario, ca 400], 1, 1. Primo itaque tenere te volo, 448
quod est huius disputationis caput, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in evangelio loquitur, leni iugo suo nos subdidisse et sarcinae levi; unde sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione praestantissimis,
societatem novi populi colligavit, sicuti est baptismus Trinitatis 455
nomine consecratus, communicatio corporis et sanguinis ipsius,
et si quid aliud in scripturis canonicis commendatur, exceptis 441
his quae servitutem populi veteris pro congruentia cordis illorum et prophetici temporis onerabant, quae et in quinque
libris Moysi leguntur. Illa autem, quae non scripta sed tradita 78
custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, datur
intellegi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum 64
est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri.

1420 54, 5, 7. Liquido apparet, quando primo acceperunt disci- 507
puli corpus et sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos. 6, 8. Numquid tamen propterea calumniandum est universae ecclesiae, quod a ieiunis semper accipitur?

1421 82 [Hieronymo, paulo post 405], 1, 3. Solis iis scripturarum 70
libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo errasse aliquid firmissime credam, ac, si aliquid in iis offendero litteris, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam.

1422 93 [Vincentio, ca 408], 7, 23. Acutum autem aliquid videris 51
dicere, cum catholicae nomen non ex totius orbis communione interpretaris, sed ex observatione praeceptorum omnium divinorum atque omnium sacramentorum, quasi nos, etiam si forte hinc sit appellata catholica, quod totum veraciter teneat, cuius veritatis nonnullae particulae etiam in diversis inveniuntur haeresibus, huius nominis testimonio nitimur ad demonstrandam ecclesiam in omnibus gentibus, et non promissis Dei et tam multis tamque manifestis oraculis ipsius veritatis.

1419. CV 34, 2, 159; ML 33, 200. 1420. CV 34, 2, 166; ML 33, 203.
1421. CV 34, 2, 354; ML 33, 277. 1422. CV 34, 2, 468; ML 33, 333.

447 98 [Bonifacio, ca 408], 2. Ut autem possit regenerari per 1423
officium voluntatis alienae, cum offertur consecrandus, facit hoc unus Spiritus, ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate, aut ex offerentium vel ministrantium fide; sed: *Nisi quis*
437 *renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto* [Io 3, 5]. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiae, et Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae . . . regenerant hominem in uno Christo ex uno Adam generatum.

517 98, 9. Nonne semel immolatus est Christus in se ipso, et 1424
512 tamen in sacramento non solum per omnes paschae sollemnitates, sed omni die populis immolatur, nec utique mentitur,
437 qui interrogatus eum responderit immolari? Si enim sacramenta quamdam similitudinem rerum earum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque iam ipsarum rerum
487 nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quemdam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est. Nihil est autem aliud credere quam fidem habere.
238 Ac per hoc cum respondetur parvulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum.

238 98, 10. Itaque parvulum, etsi nondum fides illa, quae in 1425
239 credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondentur, ita etiam fideles vocantur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo.

425 102 [Deogratias, a. 408/9], 12. Itaque ab exordio generis 1426
humani, quicumque in eum [Christum] crediderunt, eumque utcumque intellexerunt, et secundum eius praecepta pie iusteque vixerunt, quandolibet et ubilibet fuerint, per eum procul dubio salvi facti sunt.

129 102, 14. Quid respondebunt [pagani], si excepta illa alti- 1427
338 tudine sapientiae et scientiae Dei, ubi fortassis aliud divinum consilium longe secretius latet, sine praeiudicio etiam aliarum forte causarum, quae a prudentibus investigari queunt, hoc solum iis, brevitatis gratia, in huius quaestionis disputatione dicamus, tunc voluisse hominibus apparere Christum et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri? [v. n. 1985.]

129 102, 15. Ita salus religionis huius, per quam solam veram 1428
salus vera veraciterque promittitur, nulli umquam defuit qui

1423. CV 34, 2, 521; ML 33, 360. 1424. CV 34, 2, 530; ML 33, 363.
1425. CV 34, 2, 531; ML 33, 364. 1426. CV 34, 2, 554; ML 33, 374.
1427. CV 34, 2, 556; ML 33, 375. 1428. CV 34, 2, 557; ML 33, 376.

dignus fuit, et cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio
propagationis humanae usque in finem quibusdam ad prae-
mium, quibusdam ad iudicium praedicatur.
1429 120 [Consentio, ca 410], 1, 3. Absit namque ut hoc in nobis 248
Deus oderit, in quo nos reliquis animantibus excellentiores
creavit. Absit, inquam, ut ideo credamus, ne rationem ac- 257
cipiamus sive quaeramus; cum etiam credere non possemus,
nisi rationales animas haberemus. Ut ergo in quibusdam 258
rebus ad doctrinam salutarem pertinentibus, quas ratione per-
cipere nondum valemus, sed aliquando valebimus, fides prae-
cedat rationem, qua cor mundetur, ut magnae rationis capiat
et perferat lucem, et hoc utique rationis est. Et ideo rationa-
biliter dictum est per prophetam: *Nisi credideritis, non intel-
legetis* [Is 9, 7: LXX]. Ubi procul dubio discrevit haec duo 259
deditque consilium, quo prius credamus, ut id quod credimus
intellegere valeamus. Proinde ut fides praecedat rationem,
rationabiliter iussum est.
1430 137 [Volusiano, a. 412], 2, 8. Ipsa enim magnitudo virtutis 431
eius, quae nullas in angusto sentit angustias, uterum virginalem
non adventitio sed indigena puerperio fecundavit. . . . Ipsa
virtus per inviolata matris virginea viscera membra infantis
eduxit, quae postea per clausa ostia membra iuvenis intro-
duxit. Hic si ratio quaeritur, non erit mirabile; si exemplum 381
poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse quod
nos fateamur investigare non posse. In talibus rebus tota
ratio facti est potentia facientis.
1431 137, 3, 11. Sic autem quidam reddi sibi rationem flagitant, 381
quomodo Deus homini permixtus sit, ut una fieret persona 385
Christi, cum hoc semel fieri oportuerit; quasi rationem ipsi
reddant de re quae cotidie fit, quomodo misceatur anima
corpori, ut una persona fiat hominis. Nam sicut in unitate
personae anima utitur corpore, ut homo sit, ita in unitate
personae Deus utitur homine, ut Christus sit.
1432 138 [Marcellino, a. 412], 1, 6. Nec illorum ergo sacrificiorum 437
[veteris legis] egebat Deus, nec cuiusquam eget umquam, sed
rerum divinitus impertitarum, vel imbuendo virtutibus animo,
vel aeternae saluti adipiscendae, quaedam signa sunt, quorum
celebratione atque functione, non Deo, sed nobis utilia pietatis
exercentur officia. 7. Nimis autem longum est convenienter
disputare de varietate signorum, quae, cum ad res divinas
pertinent, sacramenta appellantur.
1433 140 [Honorato, a. 412], 3, 9. Haec est gratia novi testamenti, 353
quod in vetere latuit, nec tamen figuris obumbrantibus pro- 359

1429. CV 34, 2, 706; ML 33, 453.
1430. CV 44 (ed. A. Goldbacher, 1904), 107; ML 33, 519.
1431. CV 44, 109; ML 33, 520. 1432. CV 44, 131; ML 33, 527.
1433. CV 44, 161; ML 33, 541.

phetari praenuntiarique cessavit, ut intellegat anima Deum
suum, et gratia eius renascatur illi. Haec quippe nativitas
spiritalis est, ideo non ex sanguinibus, non ex voluntate viri,
nec ex voluntate carnis, sed ex Deo [cf. Io 1, 13]. 4, 10. Haec
etiam adoptio vocatur. Eramus enim aliquid antequam essemus
filii Dei, et accepimus beneficium, ut fieremus quod non era-
mus: sicut qui adoptatur, antequam adoptaretur nondum erat
filius eius, a quo adoptatur, iam tamen erat qui adoptaretur.
393 Et ab hac generatione gratiae discernitur ille Filius, qui, cum
esset Filius Dei, venit ut fieret filius hominis, donaretque
nobis, qui eramus filii hominis, filios Dei fieri [cf. Io 1, 12].
525 153 [Macedonio, ca 413], 3, 6. Quosdam, quorum crimina 1434
543 manifesta sunt, a vestra severitate liberatos a societate tamen
removemus altaris, ut paenitendo placare possint quem pec-
cando contempserant, seque ipsos puniendo.
525 153, 3, 7. In tantum autem hominum iniquitas aliquando 1435
progreditur, ut etiam post actam paenitentiam, post altaris
527 reconciliationem, vel similia vel graviora committant; et tamen
Deus *facit* etiam super tales *oriri solem suum* [Mt 5, 45], nec
minus tribuit, quam antea tribuebat, largissima munera vitae ac
528 salutis. Et quamvis iis in ecclesia locus ille paenitentiae non
concedatur, Deus tamen super eos suae patientiae non obli-
viscitur. . . . Quamvis ergo caute salubriterque provisum sit,
ut locus illius humillimae paenitentiae semel in ecclesia con-
cedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae
tanto magis salubris erit, quanto minus contemptibilis fuerit;
quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui post
primam paenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit,
adhuc iterum parcis?
334 157 [Hilario, a. 414], 2, 10. Neque enim voluntatis arbitrium 1436
ideo tollitur, quia iuvatur; sed ideo iuvatur, quia non tollitur.
Qui enim Deo dicit: *Adiutor meus esto* [Ps 26, 9], confitetur
se velle implere quod iussit, sed ab eo, qui iussit, adiutorium
poscere ut possit.
86 162 [Evodio, a. 415], 2[1]. Habes etiam in libro de religione 1437
[cf. De vera relig. 31, 58; ML 34, 147], quae si recoleres atque
perspiceres, numquam tibi videretur ratione cogi Deum esse,
vel ratiocinando effici Deum esse debere, quandoquidem in
ratione numerorum, quam certe in usu cotidiano habemus, si
dicimus: septem et tria decem esse debent, minus considerate
loquimur; non enim decem esse debent, sed decem sunt.

[1] His Augustinus respondet Evodio, qui movens quaestionem de ratione et Deo, scripserat ipsi: «Deum esse, vel esse debuisse, nec aliter fieri debere quam ut Deus esset, ratio demonstrat» (inter epp. Aug. ep. 160, 1 [CV 44, 503; ML 33, 701]).

1434. CV 44, 401; ML 33, 655. 1435. CV 44, 401; ML 33, 655.
1436. CV 44, 455; ML 33, 677. 1437. CV 44, 513; ML 33, 705.

1438 166 [Hieronymo, a. 415], 2, 4. Incorpoream quoque esse 217
animam, etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. . . . Per totum quippe corpus, quod animat, non locali diffusione, sed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota simul adest, nec minor in minoribus et in maioribus maior, sed alicubi intensius, alicubi remissius, et in omnibus tota et in singulis tota est.

1439 166, 7, 21. Quisquis dixerit quod in Christo vivificabuntur 470
etiam parvuli, qui sine sacramenti eius participatione de vita 474
exeunt, hic profecto et contra apostoli praedicationem venit et totam condemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo vivificari omnino non posse.

1440 166, 8, 23. Beatus Cyprianus [ep. 64, v. n. 585 sq] non ali- 474
quod decretum condens novum, sed ecclesiae fidem firmissimam servans, ad corrigendos eos, qui putabant ante octavum diem nativitatis non esse parvulum baptizandum, non carnem sed animam dixit non esse perdendam, et mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam coepiscopis censuit.

1441 166, 8, 25. Quae cum ita sint, quaerenda causa atque 306
reddenda est, quare damnentur animae quae novae creantur 222
singulis quibusque nascentibus, si praeter Christi sacramentum parvuli moriantur. Damnari enim eas, si sic de corpore exierint, et sancta scriptura et sancta est testis ecclesia. Unde illa de animarum novarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea; si oppugnat, non sit et tua.

1442 167 [Hieronymo, a. 415], 2, 4. Hoc autem de parilitate pec- 292
catorum soli Stoici ausi sunt disputare, contra omnem sensum generis humani; quam eorum vanitatem in Ioviniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat, in aucupandis autem et defensitandis voluptatibus Epicureus, de scripturis sanctis dilucidissime convicisti.

1443 177 [Innocentio, a. 416], 7. [Pelagius] illam confiteatur aper- 349
tissime gratiam, quam doctrina christiana demonstrat et praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua salvatur iuvaturque natura, non auribus sonante doctrina 324
vel aliquo adiumento visibili, sicut plantatur quodammodo et irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus et occulta misericordia, sicut facit ille *qui dat incrementum Deus* [1 Cor 3, 7]. Etsi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia 322
Dei qua creati sumus, ut nonnihil essemus, nec ita essemus

1438. CV 44, 550; ML 33, 721. 1439. CV 44, 576; ML 33, 730.
1440. CV 44, 579; ML 33, 731. 1441. CV 44, 580; ML 33, 731.
1442. CV 44, 592; ML 33, 735. 1443. CV 44, 675; ML 33, 767.

aliquid ut cadaver quod non vivit, et arbor quae non sentit, aut pecus quod non intellegit, sed homines qui ut essemus, et viveremus, et sentiremus, et intellegeremus, et de hoc tanto
340 beneficio creatori nostro gratias agere valeamus, unde merito et ista gratia dici potest, quia non praecedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est, alia est tamen qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur.

524 185 [Bonifacio, ca 417], 11, 49. Cum dixit: *Qui peccaverit in* 1444
Spiritum Sanctum, vel: *Qui verbum dixerit adversus Spiritum Sanctum* [Mt 12, 32], non utique omne quod in Spiritum Sanctum peccatur facto sive dicto, sed aliquod certum et proprium intellegi voluit. Hoc est autem duritia cordis usque ad finem huius vitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus Sanctus, remissionem accipere peccatorum.

362
264 186 [Paulino, a. 417], 3, 7. Si quis autem dixerit, quod 1445
gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo vero gratissime confitemur. Hanc enim fidem volumus
275 habeant, qua impetrent caritatem, quae sola vere bene operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus glorientur. Caritas autem usque adeo donum Dei est, ut Deus dicatur [cf. 1 Io 4, 8].

362
369 186, 3, 10. Nec dicat sibi: Si ex fide, quomodo gratis 1446
[cf. Rom 5, 1; 3, 24]? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia, cum dixerit: Ut merear iustificationem habeo fidem, respondetur ei: *Quid enim habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7.] Cum ergo fides impetrat iustificationem, *sicut unicuique Deus partitus est* etiam ipsius *mensuram fidei* [Rom 12, 3], non gratiam Dei
368 aliquid meriti praecedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici, comitante non ducente, pedissequa non praevia voluntate.

129
133 190 [Optato, a. 418], 3, 9. Cur autem creentur etiam illi, 1447
quos creator novit ad damnationem, non ad gratiam pertinere, beatus apostolus tanto succinctiore brevitate, quanto maiore auctoritate commemorat. . . . Merito autem videretur iniustum, quod fiunt inde vasa irae ad perditionem [cf. Rom 9, 22], si non esset ipsa universa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiunt inde nascendo vasa irae, pertinet ad debitam poenam, quod autem fiunt renascendo vasa misericordiae, pertinet ad indebitam gratiam.

217
224 190, 4, 14. Illi qui animas ex una propagari asserunt, 1448
quam Deus homini primo dedit, atque ita eas ex parentibus

1444. CV 57 (ed. A. Goldbacher, 1911), 42; ML 33, 814.
1445. CV 57, 50; ML 33, 818. 1446. CV 57, 52; ML 33, 819.
1447. CV 57, 144; ML 33, 859. 1448. CV 57, 148; ML 33, 861.

trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas
non spiritus, sed corpora esse contendunt et corpulentis
seminibus exoriri: quo perversius quid dici potest? Neque
hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum
creatorem Deum non esse nisi corpus opinatur [v. n. 346 374].

1449 194 [Sixto, a. 418], 3, 6. Quae igitur sua merita iactaturus 369
est liberatus, cum, si digna suis meritis redderentur, non esset
nisi damnatus? Nullane igitur sunt merita iustorum? Sunt 366
plane, quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fuerunt. 372

1450 194, 3, 9. Possunt quidem dicere remissionem peccatorum 314
esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur. Quid 311
enim habere possunt boni meriti peccatores? Sed nec ipsa
remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc
impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, qua fide ille 362
dicebat: *Domine, propitius esto mihi peccatori* [Lc 18, 13]; et
descendit iustificatus merito fidelis humilitatis, quoniam *qui
se humiliat exaltabitur* [ib. 14]. Restat igitur ut ipsam fidem, 264
unde omnis iustitia sumit initium, . . . non humano, quod isti 351
extollunt, tribuamus arbitrio nec ullis praecedentibus meritis,
quoniam inde incipiunt bona quaecumque sunt merita; sed
gratuitum Dei donum esse fateamur.

1451 194, 4, 16. Si dixerimus meritum praecedere orationis, ut 340
donum gratiae consequatur, impetrando quidem oratio quid-
quid impetrat, evidenter ostendit donum Dei esse, ne homo
existimet a se ipso sibi esse quod, si in potestate haberetur,
non utique posceretur; verum tamen ne saltem orationis
putentur praecedere merita, quibus non gratuita daretur gratia,
sed iam nec gratia esset, quia debita redderetur, etiam ipsa
oratio inter gratiae munera reperitur.

1452 194, 5, 19. Quod est ergo meritum hominis ante gratiam, 340
quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum 366
nostrum non in nobis faciat nisi gratia, et, cum Deus coronat
merita nostra, nihil aliud coronet quam munera sua?

1453 194, 5, 20. Cum enim dixisset: *Stipendium peccati mors* 367
[Rom 6, 23], quis non eum congruentissime et consequenter
addere iudicaret, si diceret: Stipendium autem iustitiae vita
aeterna? Et verum est; quia sicut merito peccati tamquam
stipendium redditur mors, ita merito iustitiae tamquam stipen-
dium vita aeterna.

1454 194, 6, 27. Inexcusabilis est omnis peccator vel reatu 294
originis vel additamento etiam propriae voluntatis, sive qui
novit sive qui ignorat, sive qui iudicat sive qui non iudicat;

1449. CV 57, 181; ML 33, 876. 1450. CV 57, 183; ML 33, 877.
1451. CV 57, 188; ML 33. 879. 1452. CV 57, 190; ML 33, 880.
1453. CV 57, 191; ML 33, 881. 1454. CV 57, 197; ML 33, 883.

quia et ipsa ignorantia in iis, qui intellegere noluerunt, sine
dubitatione peccatum est, in iis autem, qui non potuerunt,
poena peccati.

308 215 [Valentino, a. 427], 4. Quantum potuimus ergo, egimus 1455
cum istis et vestris et nostris fratribus, ut in fide sana catho-
lica perseverent, quae neque liberum arbitrium negat, sive in
vitam malam sive in bonam, neque tantum ei tribuit, ut sine
Dei gratia valeat aliquid, sive ut ex malo convertatur in bonum,
sive ut in bonum perseveranter proficiat, sive ut ad bonum
sempiternum perveniat, ubi iam non timeat ne deficiat.

223 217 [Vitali, ca 427], 5, 16. Quoniam ergo propitio Christo 1456
Christiani catholici sumus: 1. Scimus nondum natos nihil egisse
in vita propria boni seu mali, nec secundum merita prioris
alicuius vitae, quam nullam propriam singuli habere potuerunt,
303 in huius vitae venire miserias; sed tamen secundum Adam
carnaliter natos contagium mortis antiquae prima nativitate
306 contrahere, nec liberari a supplicio mortis aeternae, quod
trahit ex uno in omnes transiens iusta damnatio, nisi per
340 gratiam renascantur in Christo. 2. Scimus gratiam Dei nec
308 parvulis nec maioribus secundum merita nostra dari. 3. Scimus
maioribus ad singulos actus dari. 4. Scimus non omnibus
hominibus dari et, quibus datur, non solum secundum merita
operum non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorum
339 quibus datur; quod maxime apparet in parvulis. 5. Scimus
343 iis, quibus datur, misericordia Dei gratuita dari. 6. Scimus
601 iis, quibus non datur, iusto iudicio Dei non dari. 7. Scimus
quod *omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut ferat unus-
quisque secundum ea, quae per corpus gessit*, non secundum ea,
quae si diutius viveret gesturus fuit, *sive bonum sive malum*
[Rom 14, 10; 2 Cor 5, 10]. 8. Scimus etiam parvulos secundum
ea, quae per corpus gesserunt, recepturos vel bonum vel malum.
Gesserunt autem non per se ipsos, sed per eos, quibus pro
illis respondentibus et renuntiare diabolo dicuntur et credere
in Deum. . . . 9. Scimus felices esse mortuos qui in Domino
moriuntur, nec ad eos pertinere quidquid acturi fuerant si
tempore diuturniore vixissent. 10. Scimus eos, qui corde
proprio credunt in Dominum, sua id facere voluntate ac
342 libero arbitrio. 11. Scimus pro iis, qui nolunt credere, nos
qui iam credimus recta fide agere cum Deum oramus ut
velint. 12. Scimus pro iis, qui ex illis crediderunt, tamquam
de beneficiis, recte atque veraciter et debere nos agere Deo
gratias et solere.

126 217, 6, 19. Sicut illud quod dictum est: *Omnes in Christo* 1457
vivificabuntur [1 Cor 15, 22], cum tam multi aeterna morte

1455. CV 57, 390; ML 33, 973. 1456. CV 57, 414; ML 33, 984.
1457. CV 57, 417; ML 33, 985.

puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicumque vitam
aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo; ita quod
dictum est: *Omnes homines vult Deus salvos fieri* [1 Tim 2, 4],
cum tam multos nolit salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes
qui salvi fiunt, nisi ipso volente non fiunt.

1458 217, 6, 25. Manifestum est ex illis duodecim sententiis 327
[v. n. 1456], quas pertinere ad catholicam fidem negare non 326
sineris, non solum omnibus, verum etiam singulis id confici,
ut confiteamur gratia Dei praeveniri hominum voluntates, et
per hanc eas potius praeparari, quam propter earum meri- 340
tum dari.

1459 238 [Pascentio, a. ?], 2, 14. Fides autem nostra est Patrem 178
et Filium et Spiritum Sanctum unum Deum credere et con-
fiteri; nec tamen eum, qui Filius est, Patrem dicere, nec eum,
qui Pater est, Filium, nec eum, qui Spiritus Patris et Filii 168
est, aut Patrem aut Filium nuncupare. His enim appella-
tionibus hoc significatur, quo ad se invicem referuntur, non
ipsa substantia, qua unum sunt.

1460 238, 4, 24. Si natus est Dei Filius de Patre, iam Pater 157
destitit gignere, et si destitit, coepit; si autem coepit gignere,
fuit aliquando sine Filio; sed numquam fuit sine Filio, quia
Filius eius sapientia eius est, quae candor est lucis aeternae. 162
Ergo semper gignit Pater, et semper nascitur Filius.

Enarrationes in Psalmos [1].

1461 In Ps 18, enarr. 1, n. 7. *Et non est qui se abscondat a* 347
calore eius [Ps 18, 7]. Cum autem *Verbum* etiam *caro factum*
est et habitavit in nobis [Io 1, 14] mortalitatem nostram sus-
cipiens, non permisit ullum mortalium excusare se de umbra
mortis; et ipsam enim penetravit Verbi calor.

1462 29, 2, 1. Inter illam Trinitatem et hominum infirmitatem 423
et iniquitatem mediator factus est homo, non iniquus, sed 401
tamen infirmus; ut ex eo quod non iniquus, iungeret te Deo,
ex eo quod infirmus, propinquaret tibi: atque ita, ut inter
hominem et Deum mediator exsisteret, *Verbum caro factum*
est [Io 1, 14], id est, Verbum homo factum est.

1463 31, 2, 4. Quid ergo? Debemus nulla opera praeponere 312
fidei, id est, ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus?
Ea enim ipsa opera, quae dicuntur ante fidem, quamvis vide-
antur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse,
ut magnae vires et cursus celerrimus praeter viam.

---

[1] Scriptae sunt variis incertisque temporibus ab a. 391.
1458. CV 57, 421; ML 33, 987. 1459. CV 57, 543; ML 33, 1043.
1460. CV 57, 552; ML 33, 1047.
1461. ML 36, 155. 1462. ML 36, 216. 1463. ML 36, 259.

486 33, 1, 10. *Et ferebatur in manibus suis* [1 Rg 21, 13: LXX]. 1464
Hoc vero, fratres, quomodo posset fieri in homine quis in-
tellegat? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus alio-
rum potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quo-
modo intellegatur in ipso David secundum litteram non in-
venimus; in Christo autem invenimus. Ferebatur enim Christus
in manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum ait:
Hoc est corpus meum [Mt 26, 26; Mc 14, 22; Lc 22, 19]. Ferebat
enim illud corpus in manibus suis.

31 34, 2, 13. *Intende iudicio meo, Deus meus et Dominus meus,* 1465
in causam meam [Ps 34, 23]. Non in poenam meam, sed in
causam meam. . . . Nam poena similis est bonis et malis.
Itaque martyres non facit poena, sed causa. Nam si poena
martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent, omnes
catenae martyres traherent, omnes qui gladio feriuntur corona-
rentur.

254 36, 2, 2. Tu diem iniusti quo poenas pensurus est igno- 1466
rabas, sed qui scit, non te celavit. Non parva pars scientiae
est scienti coniungi. Ille habet oculos cognitionis, tu habeto
credulitatis. Quod videt Deus, crede tu.

587 37, 3. *Domine, ne in indignatione tua arguas me, neque in* 1467
594 *ira tua emendes me* [Ps 37, 2]. . . . In hac vita purges me et
talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit,
propter illos qui salvi erunt, *sic tamen quasi per ignem* [1 Cor
3, 15]. . . . Dicitur enim: *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi*
per ignem. Et quia dicitur: *salvus erit,* contemnitur ille ignis.
Ita plane, quamvis salvi per ignem, gravior tamen erit ille
ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita.

358 49, 2. Manifestum est ergo, quia homines dixit deos, ex 1468
gratia sua deificatos, non de substantia sua natos. Ille enim
iustificat, qui per semetipsum, non ex alio iustus est; et ille
deificat, qui per se ipsum, non alterius participatione Deus
359 est. Qui autem iustificat, ipse deificat, quia iustificando filios
Dei facit. *Dedit* enim *eis potestatem filios Dei fieri* [Io 1, 12].
Si filii Dei facti sumus, et dii facti sumus; sed hoc gratiae
est adoptantis, non naturae generantis.

238 55, 19. Quid daturus es quod ab illo non accepisti? *Quid* 1469
enim *habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7.] De corde dabis?
Ipse dedit fidem, spem et caritatem: hoc prolaturus, hoc
241 sacrificaturus es. Sed plane omnia illa cetera potest tibi au-
ferre inimicus invito, hoc auferre non otest nisi volenti. Illa
perdet et invitus; et volens habere aurum perdet aurum; et
242 volens habere domum perdet domum: fidem nemo perdet nisi
qui spreverit.

1464. ML 36, 306. 1465. ML 36, 340. 1466. ML 36, 364.
1467. ML 36, 397. 1468. ML 36, 565. 1469. ML 36, 659.

1470 56, 9. Quando enim volumus ostendere prophetatum Chri- 24
stum, proferimus paganis istas litteras. Et ne forte dicant, 373
duri ad fidem, quia nos illas Christiani composuimus, ut cum
evangelio, quod praedicamus, finxerimus prophetas, per quos
praedictum videretur quod praedicamus; hinc eos convincimus,
quia omnes ipsae litterae, quibus Christus prophetatus est,
apud Iudaeos sunt, omnes ipsas litteras habent Iudaei. Proferimus codices ab inimicis, ut confundamus alios inimicos.
In quali ergo opprobrio sunt Iudaei? Codicem portat Iudaeus,
unde credat Christianus. Librarii nostri facti sunt, quomodo
solent servi post dominos codices ferre, ut illi portando deficiant, illi legendo proficiant.

1471 63, 15. Concussa terra Dominus resurrexit; miracula facta 27
sunt talia circa sepulcrum, ut et ipsi milites qui custodes advenerant testes fierent, si vellent vera nuntiare; sed avaritia illa quae captivavit discipulum comitem Christi, captivavit et militem custodem sepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam: et *dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius et abstulerunt eum* [Mt 28, 13]. Vere *defecerunt scrutantes scrutationes* [Ps 63, 9]. Quid est quod dixisti, o infelix astutia? Tantumne deseris lucem consilii pietatis, et in profunda versutiae demergeris, ut hoc dicas: Dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius et abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes: vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo testes sunt?

1472 67, 41. Ea sola bona opera dicenda sunt, quae fiunt per 311
dilectionem Dei. Haec autem necesse est antecedat fides, ut
inde ista, non ab istis incipiat illa; quoniam nullus operatur 278
per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum.

1473 70, 2, 1. Gratia gratis data est. Nam nisi gratis esset, 340
gratia non esset. Porro autem si propterea gratia est, quia gratis est, nihil tuum praecessit ut acciperes. Nam si aliqua bona opera tua praecesserunt, pretium accepisti, non gratis: pretium autem, quod nobis debebatur, supplicium est.

1474 72, 32. *Deus cordis mei. et pars mea Deus in saecula* 276
[Ps 72, 26]. Factum est cor castum, gratis iam amatur Deus, 271
non ab illo petitur aliud praemium. Qui aliud praemium petit a Deo et propterea vult servire Deo, carius facit quod vult accipere, quam ipsum a quo vult accipere. Quid ergo, nullum praemium Dei? Nullum, praeter ipsum. Praemium Dei ipse Deus est. Hoc amat, hoc diligit; si aliud dilexerit, non erit
castus amor. . . . 34. *Adhaerere*, inquit, *Deo bonum est* 267
[Ps 72, 28]; sed modo in peregrinatione, quia nondum venit res.

1470. ML 36, 666. 1471. ML 36, 767. 1472. ML 36, 838.
1473. ML 36, 891. 1474. ML 36, 928.

Ponere in Deo spem meam [ib.]; quamdiu ergo nondum adhaesisti, ibi pone spem. Fluctuas, praemitte ad terram ancoram. Nondum haeres per praesentiam, inhaere per spem.

437 73, 2. Si discernimus duo testamenta, vetus et novum, 1475
441 non sunt eadem sacramenta, nec eadem promissa. . . . Sacramenta non eadem, quia alia sunt sacramenta dantia salutem, alia promittentia salvatorem. Sacramenta novi testamenti dant salutem, sacramenta veteris testamenti promiserunt salvatorem.

244 83, 11. *Ambulabunt a virtutibus in virtutem* [Ps 83, 8]. . . . 1476
Virtutes agendae vitae nostrae quattuor describuntur a multis, et in scriptura inveniuntur. . . . Istae virtutes nunc in convalle plorationis per gratiam Dei dantur nobis. Ab his virtutibus imus in illam virtutem. Et quae erit illa virtus nisi solius contemplationis Dei?

366 83, 16. Indulgentiam donavit, coronam reddet: donator 1477
est indulgentiae, debitor coronae. Unde debitor? Accepit ali-
370 quid? . . . Debitorem Dominus ipse se fecit, non accipiendo, sed promittendo. Non ei dicitur: Redde quod accepisti; sed: Redde quod promisisti.

45 88, 2, 14. Amemus Dominum Deum nostrum, amemus 1478
ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam sicut matrem: illum sicut dominum, hanc sicut ancillam eius; quia filii ancillae ipsius sumus. Sed matrimonium hoc magna caritate compaginatur; nemo offendit unum, et promeretur alterum. Nemo dicat: Ad idola quidem vado, arreptitios et sortilegos consulo; sed tamen Dei ecclesiam non relinquo, catholicus sum. Tenens patrem, offendisti matrem. Alius item dicit: Absit a me; non consulo sortilegum, non quaero arreptitium, non quaero divinationes sacrilegas, non eo ad adoranda daemonia, non servio lapidibus, sed tamen in parte Donati sum. Quid tibi prodest non offensus Pater, qui offensam vindicat matrem?... Tenete ergo, carissimi, tenete omnes unanimiter Deum patrem, et matrem ecclesiam.

34 90, 2, 1. Dominus noster Iesus Christus, tamquam totus 1479
perfectus vir et caput et corpus. . . . Corpus huius capitis ecclesia est, non quae hoc loco est, sed et quae hoc loco et
33 per totum orbem terrarum; nec illa quae hoc tempore, sed ab ipso Abel usque ad eos, qui nascituri sunt usque in finem et credituri in Christum, totus populus sanctorum ad unam civitatem pertinentium, quae civitas corpus est Christi, cui
65 caput est Christus. . . . Et de illa civitate, unde peregrinamur,
67 litterae nobis venerunt; ipsae sunt scripturae quae nos hortantur ut bene vivamus.

1475. ML 36, 930. 1476. ML 37, 1065. 1477. ML 37, 1068.
1478. ML 37, 1140. 1479. ML 37, 1159.

1480 98, 9. *Nisi quis manducaverit carnem meam, non habebit* 484
vitam aeternam [Io 6, 54]: acceperunt [Capharnaitae] illud stulte, carnaliter illud cogitaverunt, et putaverunt quod praecisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, et daturus illis. . . . Ille autem instruxit eos et ait illis: *Spiritus est qui vivificat* [ib. 64]. . . . Spiritualiter intellegite quod locutus sum: non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos.

1481 101, 2, 10. Aeternitas ipsa Dei substantia est, quae nihil 102
habet mutabile; ibi nihil est praeteritum, quasi iam non sit; 96
nihil est futurum, quasi nondum sit. Non est ibi nisi ,est'.

1482 102, 8. Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium. 267
Ipse erit bonum tuum, a quo tu in tuo genere factus es bonus, et omnia in suo genere facta sunt bona. Fecit enim Deus *omnia bona valde* [Gn 1, 31].

1483 102, 16. Vocat undique ad correctionem, vocat undique 323
ad paenitentiam, vocat beneficiis creaturae, vocat impertiendo tempus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem,
vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum cor- 325
reptionis, vocat per misericordiam consolationis: *Longanimis et multum misericordiae* [Ps 102, 8].

1484 103, 1, 15. Spiritus autem angeli sunt; et cum spiritus 200
sunt, non sunt angeli; cum mittuntur, fiunt angeli. Angelus enim officii nomen est, non naturae. Quaeris nomen huius naturae, spiritus est; quaeris officium, angelus est; ex eo quod est, spiritus est; ex eo quod agit, angelus est.

1485 118, 17, 3. Docet Deus suavitatem inspirando delecta- 325
tionem, docet disciplinam temperando tribulationem, docet 326
scientiam insinuando cognitionem. Cum itaque alia sint quae ideo discimus, ut tantummodo sciamus, alia vero ut etiam faciamus; quando Deus ea docet, sic docet ut scienda sciamus aperiendo veritatem, sic docet ut facienda faciamus inspirando suavitatem.

1486 118, 18, 3. Quamvis enim nisi aliquid intellegat, nemo 255
possit credere in Deum; tamen ipsa fide qua credit sanatur, 259
ut intellegat ampliora. Alia sunt enim, quae nisi intellegamus non credimus; et alia sunt, quae nisi credamus non intellegimus. Nam cum *fides* sit *ex auditu, auditus autem per verbum Christi* [Rom 10, 17], quomodo credit praedicanti fidem qui, ut alia taceam, linguam ipsam quam loquitur non intellegit?
Sed nisi essent rursus aliqua quae intellegere non possumus 258

1480. ML 37, 1264. 1481. ML 37, 1311. 1482. ML 37, 1322.
1483. ML 37, 1330. 1484. ML 37, 1348. 1485. ML 37, 1549.
1486. ML 37, 1552.

nisi ante credamus, propheta non diceret: *Nisi credideritis,*
261 *non intellegetis* [Is 7, 9: LXX]. Proficit ergo noster intellectus ad intellegenda quae credat, et fides proficit ad credenda quae intellegat; et eadem ipsa ut magis magisque intellegantur, in
251 ipso intellectu proficit mens. Sed hoc non fit propriis tamquam naturalibus viribus, sed Deo adiuvante atque donante; sicut medicina fit non natura, ut vitiatus oculus vim cernendi recipiat.

534 127, 7. *Ubi vermis eorum non morietur, et ignis eorum non* 1487
exstinguetur [Is 66, 24; Mc 9, 44]. Audiunt haec homines; et quia vere futura sunt impiis, timent et continent se a peccato. Habent timorem, et per timorem continent se a peccato. Timent quidem, sed non amant iustitiam. Cum autem per timorem continent se a peccato, fit consuetudo iustitiae, et incipit quod durum erat amari, et dulcescit Deus; et iam incipit homo propterea iuste vivere, non quia timet poenas, sed quia amat aeternitatem.

210 130, 7. Dolores autem corporum plerumque inmittuntur 1488
ab angelis satanae; sed hoc non possunt nisi permissi. Nam et Iob sanctus sic probatus est.

94 134, 4. Sublatis de medio omnibus quibus appellari posset 1489
95 et dici Deus, ipsum esse se vocari respondit; et tamquam hoc esset ei nomen: *Hoc dices eis,* inquit: *Qui est, misit me* [Ex 3, 14]. Ita enim ille est, ut in eius comparatione ea, quae facta sunt, non sint. Illo non comparato, sunt, quoniam ab illo sunt; illi autem comparata, non sunt, quia verum esse incommutabile esse est, quod ille solus est.

188 134, 10. Inconcusse credere et tenere debemus quoniam, 1490
quidquid creaturarum in caelo, quidquid in terra, quidquid in mari et in omnibus abyssis, a Domino factum est; quia *omnia quae voluit fecit in caelo et in terra, in mari et in*
191 *omnibus abyssis* [Ps 134, 6], sicut iam diximus. Non omnia quae fecit, coactus est facere, sed *omnia quaecumque voluit fecit.* Causa omnium quae fecit, voluntas eius est. Facis tu domum quia, si nolles facere, sine habitatione remaneres; necessitas cogit te facere domum, non libera voluntas. . . . Deus bonitate fecit, nullo quod fecit eguit; ideo *omnia quaecumque voluit fecit.*

271 134, 11. Hoc est gratis amare, non quasi proposita ac- 1491
276 ceptione mercedis; quia ipsa merces tua summa Deus ipse erit, quem gratis diligis; et sic amare debes, ut ipsum pro mercede desiderare non desinas, qui solus te satiet, sicut Philippus desiderabat, cum diceret: *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis* [Io 14, 8].

1487. ML 37, 1680. 1488. ML 37, 1708.
1489. ML 37, 1741. 1490. ML 37, 1745.
1491. ML 37, 1745.

Sermones[1].

1492 3. Sara dixit: *Eice ancillam et filium eius; non enim heres* 45
erit filius ancillae cum filio meo Isaac [Gn 21, 10]. Et ecclesia dicit: Eice haereses et filios earum; non enim heredes erunt haeretici cum catholicis. Sed quare non erunt heredes? Nonne de semine Abrahae nati? Et quomodo baptismum ecclesiae 469
habent? Baptismum habent; heredem faceret semen Abrahae, nisi ab hereditate superbia excluderet. Eodem verbo nasceris, eodem sacramento; sed ad eamdem hereditatem vitae aeternae non pervenis, nisi ad ecclesiam catholicam reversus fueris.

1493 7, 7. Iam ergo angelus, et in angelo Dominus, dicebat 94
Moysi quaerenti nomen suum: *Ego sum qui sum; dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos* [Ex 3, 14]. Esse nomen est 101
incommutabilitatis. Omnia enim quae mutantur, desinunt esse quod erant, et incipiunt esse quod non erant. Esse verum, esse sincerum, esse germanum, non habet nisi qui non mutatur.

1494 20 [paulo post a. 391], 2. Si vis ut ille [Deus] ignoscat, tu 530 543
agnosce. Impunitum non potest esse peccatum, impunitum esse non decet, non oportet, non est iustum. Ergo quia impunitum non debet esse peccatum, puniatur a te, ne puniaris pro illo. Peccatum tuum iudicem te habeat, non patronum. In tribunal mentis tuae ascende contra te, et reum constitue te ante te.

1495 26 [a. 417], 7, 8. Attendite quam sit quasi acute excogi- 348
tatum quod dicere voluerunt [Pelagiani]. Hoc ipso, inquit, quia liberum arbitrium hominis defendo, et dico quia liberum arbitrium sufficiens est ut iustus sim, non sine gratia Dei dico. . . . Cum dico, inquit, liberum hominis arbitrium, vide quia hominis dico. Quid deinde? Hominem quis creavit? Deus. Quis ei liberum arbitrium dedit? Deus. Si ergo hominem Deus creavit, et homini Deus liberum donavit arbitrium, quidquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratiae debetur, nisi eius qui eum condidit cum libero arbitrio? Et hoc quasi acute ab ipsis dictum.

1496 27 [ante a. 416], 6, 6. Cum pervenerimus ad speciem, aequi- 343 340
tatem Dei videbimus; et iam non erit ibi dicere: Quare huic subvenit, et huic non? Quare iste adductus est a gubernatione Dei, ut baptizaretur; ille autem, cum bene catechumenus vixerit, subita ruina mortuus est, et ad baptismum non per-

[1] Habiti sunt variis incertisque temporibus; quaedam tamen determinavit (quae indicavimus post numerum sermonis) *A. Degert,* Quid ad mores ingeniaque Afrorum cognoscenda conferant S. Augustini sermones, Paris 1894.

1492. ML 38, 33. 1493. ML 38, 66. 1494. ML 38, 139.
1495. ML 38, 174. 1496. ML 38, 181.

130 venit? . . . Quaere merita; non invenies, nisi poenam; quaere gratiam; *O altitudo divitiarum!* [Rom 11, 33.] Petrus negat, latro credit; *O altitudo divitiarum!*

8 38, 10. Regnum super regnum est, terrae motus sunt, 1497
calamitatum sunt exaggerationes, abundantia scandalorum, frigus caritatis, copia iniquitatis. Haec omnia lege, praedicta sunt. Lege, vide, quia omnia quae vides praedicta sunt; et crede te visurum esse quod nondum venit, numerans quanta venerunt.

263 43, 1, 1. Initium bonae vitae, cui vita etiam aeterna de- 1498
367 betur, recta fides est. Est autem fides credere quod nondum vides; cuius fidei merces est videre quod credis. Tempore igitur fidei tamquam tempore sementis non deficiamus, et usque in finem non deficiamus; sed perseveremus, donec quod seminavimus metamus.

258 43, 6, 7. Quid inter nos agebatur? Tu dicebas: intellegam, 1499
ut credam; ego dicebam: ut intellegas, crede. Nata est controversia, veniamus ad iudicem, iudicet propheta, immo vero Deus iudicet per prophetam. Ambo taceamus. Quid ambo dixerimus, auditum est. Intellegam, inquis, ut credam; crede, inquam, ut intellegas. Respondeat propheta: *Nisi credideritis, non intellegetis* [Is 7, 9: LXX].

423 47 [ante a. 411], 12, 21. [Christus] et *mediator Dei et homi-* 1500
num [1 Tim 2, 5]: quia Deus cum Patre, quia homo cum hominibus. Non mediator homo praeter deitatem; non mediator Deus praeter humanitatem. Ecce mediator; divinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine divinitate non est mediatrix, sed inter divinitatem solam et humanitatem solam mediatrix est humana divinitas et divina humanitas Christi.

524 71, 4, 7. Nonnullis videtur eos tantummodo peccare in 1501
Spiritum Sanctum, qui lavacro regenerationis abluti in ecclesia, et accepto Spiritu Sancto, velut tanto postea dono salvatoris
523 ingrati, mortifero aliquo peccato se immerserint: qualia sunt vel adulteria, vel homicidia, vel ipsa discessio sive omni modo a nomine christiano, sive a catholica ecclesia. Sed iste sensus
522 unde probari possit ignoro, cum et paenitentiae quorumque criminum locus in ecclesia non negetur.

367 87, 4, 6. Erimus ergo in illa mercede omnes aequales, 1502
tamquam primi novissimi et novissimi primi; quia denarius ille [Mt 20, 2] vita aeterna est, et in vita aeterna omnes
612 aequales erunt. Quamvis enim meritorum diversitate fulgebunt, alius magis, alius minus; quod tamen ad vitam aeternam pertinet, aequalis erit omnibus.

1497. ML 38, 241. 1498. ML 38, 254. 1499. ML 38, 257.
1500. ML 38, 310. 1501. ML 38, 448. 1502. ML 38, 533.

1503 90, 8. Non vos exhortor ut habeatis fidem, sed caritatem. 278
Non potestis enim habere caritatem sine fide; caritatem enim 281
dico Dei et proximi. Unde potest ista esse sine fide? Quomodo amat Deum qui non credit in Deum?

1504 99 [a. 411], 6. O tu qui dicis te non multa commisisse; 323
quare? quo regente? . . . Hoc tibi dicit Deus tuus: «Regebam te mihi, servabam te mihi. Ut adulterium non committeres, suasor defuit; ut suasor deesset, ego feci. Locus et tempus defuit; et ut haec deessent, ego feci. Adfuit suasor, non defuit locus, non defuit tempus; ut non consentires, ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes et quod non admisisti. Mihi debet iste quod factum est, et dimissum vidisti; mihi debes et tu quod non fecisti.» Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere et alter homo, si desit rector a quo factus est homo.

1505 117, 3, 5. De Deo loquimur, quid mirum si non com- 108
prehendis? Si enim comprehendis, non est Deus. Sit pia confessio ignorantiae magis quam temeraria professio scientiae. Attingere aliquantum mente Deum magna beatitudo est, comprehendere autem omnino impossibile.

1506 126, 4, 5. Fecit ista [miracula Christus], et contemptus est 25
a multis, plus attendentibus non quam magna faceret, sed quam parvus; tamquam dicentibus apud se: ista divina sunt, sed iste homo est. Duo ergo vides, divina et hominem. Si divina non possunt fieri nisi a Deo, vide ne in homine lateat Deus. Attende, inquam, quae vides; crede quae non vides.
Non te deseruit qui vocavit ut credas; quamvis iuberet te 255
illud credere, quod non potes videre, non tamen te dimisit nihil videntem, unde possis credere quod non vides. Parvane
signa, parvane indicia sunt creatoris ipsa creatura? Venit 23
etiam, fecit miracula. Non poteras videre Deum, poteras hominem; Deus factus est homo, ut in uno tibi esset et quod videres et quod crederes.

1507 131 [a. 417], 10, 10. De hac causa [Pelagianorum] duo con- 59
cilia missa sunt ad sedem apostolicam: inde etiam rescripta 63
venerunt. Causa finita est: utinam aliquando finiatur error!

1508 141, 2, 2. Unde illi impii [cf. Rom 1, 18] veritatem detinent? 87
Numquid Deus ad quemquam eorum locutus est? Numquid 90
legem acceperunt, sicut Israelitarum populus per Moysen? Unde ergo detinent veritatem, vel in ipsa iniquitate? Audite quod sequitur, et ostendit. *Quia quod notum est Dei,* inquit, *manifestum est in illis: Deus enim illis manifestavit* [ib. 19]. Manifestavit illis quibus legem non dedit? Audi quomodo manifestavit. *Invisibilia enim eius per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur* [ib. 20]. Interroga mundum, ornatum caeli, fulgorem dispositionemque siderum . . . interroga omnia, et vide si non sensu suo tamquam tibi respondent: Deus nos fecit. Haec et philosophi nobiles quaesierunt, et ex arte artificem cognoverunt.

1503. ML 38, 564. 1504. ML 38, 598.
1505. ML 38, 663. 1506. ML 38, 700.
1507. ML 38, 734. 1508. ML 38, 776.

316 151 [a. 417], 7, 7. Quod ergo bonum ago? Quia con- 1509
cupiscentiae malae non consentio. Ago bonum, et non perficio bonum; et concupiscentia hostis mea agit malum, et non perficit malum. Quomodo ago bonum, et non perficio bonum? Ago bonum, cum malae concupiscentiae non consentio; sed non perficio bonum, ut omnino non concupiscam. Rursus ergo et hostis mea quomodo agit malum, et non perficit malum? Agit malum, quia movet desiderium malum; non perficit malum, quia me non trahit ad malum. Et in isto bello est tota vita sanctorum.

334 156 [a. 417], 11, 11. Dicit mihi aliquis: Ergo agimur, non 1510
329 agimus. Respondeo: Immo et agis, et ageris; et tunc bene agis, si a bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit, agenti adiutor est tibi. Ipsum nomen adiutoris praescribit tibi, quia et tu ipse aliquid agis.

370 158, 2, 2. Debitor enim factus est [Deus], non aliquid a 1511
nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo. Aliter enim dicimus homini: Debes mihi quia dedi tibi; et aliter dicimus: Debes mihi quia promisisti mihi. . . . Illo ergo modo possumus exigere Dominum nostrum, ut dicamus: Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti; et hoc tu fecisti, quia laborantes iuvisti.

272 158, 8, 8. Quid spes? Erit ibi? Spes iam non erit, quando 1512
erit res. Etenim ipsa spes peregrinationi necessaria est, ipsa est quae consolatur in via. Viator enim, quando laborat ambulando, ideo laborem tolerat, quia pervenire sperat. Tolle illi spem perveniendi, continuo franguntur vires ambulandi. Ergo et spes quae hic est, ad iustitiam pertinet peregrinationis nostrae.

472 159, 1, 1. Habet ecclesiastica disciplina, quod fideles no- 1513
verunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, ubi
588 non pro ipsis oretur; pro ceteris autem commemoratis defunctis oratur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

534 161, 8, 8. *Eum timete, qui habet potestatem et corpus et* 1514
animam occidere in gehennam ignis: ita dico vobis, hunc timete [Lc 12, 5]. Cum ergo Dominus timorem incusserit, et vehe-

1509. ML 38, 818. 1510. ML 38, 855.
1511. ML 38, 863. 1512. ML 38, 866.
1513. ML 38, 868. 1514. ML 38, 882.

menter incusserit, et repetendo verbum comminationem gemi-
naverit, dicturus ego sum: Male times? Ista non dicam.
Plane time, nihil melius times; nihil est quod magis timere
debeas.

1515 169 [ante a. 416], 11, 13. Eris opus Dei, non solum quia 329
homo es, sed etiam quia iustus es. Melius est enim iustum 363
esse quam te hominem esse. Si hominem te fecit Deus, et
iustum tu te facis; melius aliquid facis quam fecit Deus. Sed
sine te fecit te Deus. Non enim adhibuisti aliquem con-
sensum, ut te faceret Deus. Quomodo consentiebas qui non
eras? Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te.
Ergo fecit nescientem, iustificat volentem.

1516 172, 2, 2. Orationibus vero sanctae ecclesiae, et sacrificio 520
salutari, et eleemosynis, quae pro eorum spiritibus erogantur, 588
non est dubitandum mortuos adiuvari, ut cum iis misericordius
agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim
a patribus traditum universa observat ecclesia, ut pro iis, qui
in corporis et sanguinis Christi communione defuncti sunt,
cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur,
ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum
commendandorum causa opera misericordiae celebrantur, quis
iis dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter
allegantur? Non omnino ambigendum est ista prodesse de-
functis; sed talibus qui ita vixerint ante mortem, ut possint
iis haec utilia esse post mortem.

1517 174, 2, 2. Si homo non perisset, Filius hominis non venisset. 406
Ergo perierat homo, venit Deus homo, et inventus est homo.
Perierat homo per liberam voluntatem; venit Deus homo per 408
gratiam liberatricem. . . . Prorsus nusquam sic apparet beni-
gnitas gratiae et liberalitas omnipotentiae Dei, quam in homine
mediatore Dei et hominum, homine Christo Iesu [1 Tim 2, 5]. . . .
Novimus et tenemus *mediatorem Dei et hominum, hominem* 379
Christum Iesum, in quantum homo erat, eius esse naturae,
cuius et nos sumus. Non enim alterius naturae caro nostra
et caro illius, nec alterius naturae anima nostra et anima 378
illius. Hanc suscepit naturam, quam salvandam esse iudicavit.
Nihil minus habebat in natura, sed nihil habebat in culpa.

1518 186, 1, 1. Istum diem [natalem Domini] nobis non sol iste 430 431
visibilis, sed creator ipsius invisibilis consecravit, quando eum 432
pro nobis visibilem factum, a quo invisibili et ipsa creata est,
visceribus fecundis et genitalibus integris virgo mater effudit.
Concipiens virgo, pariens virgo, virgo gravida, virgo feta,
virgo perpetua. . . . Idem Deus qui homo, et qui Deus idem 385
homo, non confusione naturae, sed unitate personae. Denique 375

1515. ML 38, 923. 1516. ML 38, 936. 1517. ML 38, 940.
1518. ML 38, 999.

qui Filius Dei generanti est coaeternus semper ex Patre, idem
filius hominis esse coepit ex virgine. Ac sic et Filii divinitati
est addita humanitas; et tamen non est personarum facta
quaternitas, sed permanet trinitas.

485 227. Debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, 1519
504 quid cotidie accipere debeatis. Panis ille quem videtis in
493 altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus est Christi. Calix
ille, immo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei,
483 sanguis est Christi. Per ista voluit Dominus Christus com-
mendare corpus et sanguinem suum, quem pro nobis fudit
511 in remissionem peccatorum. Si bene accepistis, vos estis quod
accepistis. Apostolus enim dicit: *Unus panis, unum corpus
multi sumus* [1 Cor 10, 17]. Sic exposuit sacramentum mensae
dominicae: *Unus panis, unum corpus multi sumus.* Commen-
datur vobis in isto pane quomodo unitatem amare debeatis.
Numquid enim panis ille de uno grano factus est? Nonne
multa erant tritici grana? Sed antequam ad panem venirent,
separata erant; per aquam coniuncta sunt, et post quamdam
contritionem.

457 234, 2. Dominus Iesus ab iis, quorum oculi tenebantur 1520
ne illum agnoscerent, in fractione panis voluit se agnosci.
Norunt fideles quid dicam; norunt Christum in fractione panis.
497 Non enim omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi,
489 fit corpus Christi.

604 259, 2. Octavus ergo iste dies in fine saeculi novam vitam 1521
significat, septimus quietem futuram sanctorum in hac terra.
Regnabit enim Dominus in terra cum sanctis suis, sicut dicunt
scripturae, et habebit hic ecclesiam, quo nullus malus intrabit,
separatam atque purgatam ab omni contagione nequitiae.

598 264, 6. Resurget caro, sed quid fit? Immutatur, et fit 1522
200 ipsa corpus caeleste et angelicum. Numquid carnem habent
600 angeli? Sed hoc interest, quia ista caro resurget, ista ipsa
quae sepelitur, quae moritur; ista quae videtur, quae palpatur,
cui opus est manducare et bibere, ut possit durare; quae
aegrotat, quae dolores patitur, ipsa habet resurgere, malis ad
poenas sempiternas, bonis autem ut commutentur.

43 267, 4, 4. Quod autem est anima corpori hominis, hoc 1523
est Spiritus Sanctus corpori Christi, quod est ecclesia; hoc
agit Spiritus Sanctus in tota ecclesia, quod agit anima in
omnibus membris unius corporis. Sed videte quid caveatis,
videte quid observetis, videte quid timeatis. Contingit ut in
corpore humano, immo de corpore, aliquod praecidatur
membrum, manus, digitus, pes. Numquid praecisum sequitur

1519. ML 38, 1099. 1520. ML 38, 1116. 1521. ML 38, 1197.
1522. ML 38, 1217. 1523. ML 38, 1231.

anima? Cum in corpore esset, vivebat; praecisum, amittit
vitam. Sic et homo christianus catholicus est, dum in corpore
vivit; praecisus, haereticus factus est; membrum amputatum 45
non sequitur Spiritus.

1524 272. Quod videtis, panis est et calix; quod vobis etiam 493
oculi vestri renuntiant; quod autem fides vestra postulat in- 485
struenda, panis est corpus Christi, calix sanguis Christi.
Breviter quidem hoc dictum est, quod fidei forte sufficiat;
sed fides instructionem desiderat. . . . Quomodo est panis
corpus eius? Et calix, vel quod habet calix, quomodo est
sanguis eius? Ista, fratres, ideo dicuntur sacramenta, quia in 437
iis aliud videtur, aliud intellegitur. Quod videtur, speciem
habet corporalem; quod intellegitur, fructum habet spiritualem.
Corpus ergo Christi si vis intellegere, apostolum audi dicentem
fidelibus: *Vos autem estis corpus Christi et membra* [1 Cor 12, 27]. 509
Si ergo vos estis corpus Christi et membra, mysterium vestrum
in mensa dominica positum est: mysterium vestrum accipitis.
Ad id quod estis, Amen respondetis, et respondendo sub-
scribitis. Audis enim: Corpus Christi, et respondes: Amen.
Esto membrum corporis Christi, ut verum sit Amen.

1525 294 [a. 413], 2, 2. Parvulus, inquiunt [Pelagiani], etsi non 306 307
baptizetur, merito innocentiae, eo quod nullum habeat omnino 470
nec proprium nec originale peccatum, nec ex se nec de
Adam tractum, necesse est, aiunt, ut habeat salutem et vitam
aeternam, etiamsi non baptizetur; sed propterea baptizandus
est, ut intret etiam in regnum Dei, hoc est, in regnum
caelorum. . . . Ergo est vita aeterna extra regnum caelorum?
3, 3. Primus hic error aversandus ab auribus, exstirpandus a
mentibus. Hoc novum in ecclesia prius inauditum est: esse
vitam aeternam praeter regnum caelorum, esse salutem aeter-
nam praeter regnum Dei. Primo vide, frater, ne forte hinc
consentire nobis debeas, quisquis ad regnum Dei non pertinet,
eum ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus Dominus
et iudicaturus de vivis et mortuis, sicut evangelium loquitur,
duas partes facturus est, dextram et sinistram, sinistris dicturus:
Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius
[Mt 25, 41], dextris dicturus: *Venite, benedicti Patris mei, per-
cipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi* [ib. 34].
Hac regnum nominat, hac cum diabolo damnationem. Nullus
relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes. De vivis
et mortuis iudicabitur: alii erunt ad dextram, alii ad sinistram:
non novi aliud.

1526 295, 2, 2. Dominus Iesus discipulos suos ante passionem 54
suam, sicut nostis, elegit, quos apostolos appellavit. Inter hos

1524. ML 38, 1246. 1525. ML 38, 1336.
1526. ML 38, 1349.

paene ubique solus Petrus totius ecclesiae meruit gestare per-
sonam. Propter ipsam personam, quam totius ecclesiae solus
gestabat, audire meruit: *Tibi dabo claves regni caelorum* [Mt
521 16, 19]. Has enim claves non homo unus, sed unitas accepit
ecclesiae. Hinc ergo Petri excellentia praedicatur, quia ipsius
universitatis et unitatis ecclesiae figuram gessit, quando ei
dictum est *tibi trado,* quod omnibus traditum est.

413 344, 4. Redemit te a barbaris argentum tuum, redemit 1527
te a prima morte pecunia tua, redemit te a secunda morte
sanguis Domini tui. Habuit ille sanguinem, unde nos redi-
meret; et ad hoc accepit sanguinem, ut esset quem pro nobis
redimendis effunderet. Sanguis Domini tui, si vis, datus est
pro te: si nolueris esse, non est datus pro te. Forte enim
dicis: Habuit sanguinem Deus meus, quo me redimeret; sed
iam cum passus est, totum dedit; quid illi remansit quod det
et pro me? Hoc est magnum, quia semel dedit, et pro
422 omnibus dedit. Sanguis Christi volenti est salus, nolenti
424 supplicium.

276 349, 1, 1. Caritas alia est divina, alia humana; alia est 1528
277 humana licita, alia illicita. . . . 2, 2. Licita est humana caritas,
qua uxor diligitur; illicita, qua meretrix vel uxor aliena. . . .
Licitam ergo caritatem habete: humana est; sed, ut dixi,
licita est. Non solum autem ita licita est ut concedatur, sed
ita licita ut, si defuerit, reprehendatur. Liceat vobis humana
caritate diligere coniuges, diligere filios, diligere amicos vestros,
diligere cives vestros. Omnia enim ista nomina habent ne-
309 311 cessitudinis vinculum, et gluten quodam modo caritatis. Sed
312 videtis istam caritatem esse posse et impiorum, id est, paga-
norum, Iudaeorum, haereticorum.

291 351 [ante finem a. 395], 3, 5. Quam multa sunt alia 1529
peccata, sive in loquendo de rebus et negotiis alienis, quae
non ad te pertinent; sive in vanis cachinnationibus . . ., sive
in ipsis escis, quae ad necessitatem sustentandae huius vitae
praeparantur, avidior atque immoderatior appetitus. . . . Quae
293 quamvis singula non lethali vulnere ferire sentiantur, sicuti
homicidium et adulterium vel cetera huiusmodi, tamen omnia
simul congregata velut scabies, quo plura sunt necant, aut
nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi *speciosi
forma prae filiis hominum* [Ps 44, 3] castissimis amplexibus se-
parent, nisi medicamento cotidianae paenitentiae desiccentur.

526 529 351, 4, 9. Iudicet ergo se ipsum homo in istis [peccatis 1530
530 suis] voluntate, dum potest, et mores convertat in melius; ne,
cum iam non poterit, etiam praeter voluntatem a Domino
531 iudicetur. Et cum ipse in se protulerit severissimae medicinae,

1527. ML 39, 1515. 1528. ML 39, 1529.
1529. ML 39, 1541. 1530. ML 39, 1545.

sed tamen medicinae, sententiam, veniat ad antistites, per 521
quos illi in ecclesia claves ministrantur; et tamquam bonus
iam incipiens esse filius, maternorum membrorum ordine
custodito, a praepositis sacramentorum accipiat satisfactionis 543
suae modum; ut in offerendo sacrificio cordis contribulati
devotus et supplex, id tamen agat quod non solum ipsi prosit
ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum; ut
si peccatum eius, non solum in gravi eius malo, sed etiam 525
in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati
ecclesiae videtur antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius
plebis agere paenitentiam non recuset, non resistat, non lethali
et mortiferae plagae per pudorem addat tumorem.

1531 351, 5, 12. Non sufficit mores in melius commutare et a 530
factis malis recedere, nisi etiam de his quae facta sunt satisfiat Deo per paenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

1532 352, 3, 8. Restat paenitentiae tertium genus [1], unde aliquid 525
breviter dicam, ut adiuvante Domino proposita et promissa
persolvam. Est paenitentia gravior atque luctuosior, in qua
proprie vocantur in ecclesia paenitentes, remoti etiam a sacra- 506
mento altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium
sibi manducent et bibant [cf. 1 Cor 11, 29]. Illa ergo paenitentia
luctuosa est. Grave vulnus est: adulterium forte commissum 523
est, forte homicidium, forte aliquod sacrilegium; gravis res,
grave vulnus, lethale, mortiferum; sed omnipotens medicus.... 522
Carissimi, hoc genus paenitentiae nemo sibi proponat, ad hoc
genus nemo se praeparet; tamen si forte contigerit, nemo
desperet.

1533 352, 3, 9. Fuerunt qui dicerent quibusdam peccatis non 522
esse dandam paenitentiam; et exclusi sunt de ecclesia, et haeretici facti sunt. In quibuscumque peccatis non perdit viscera pia mater ecclesia.

1534 392, 3, 3. Qui post uxores vestras vos illicito concubitu 523
maculastis, si praeter uxores vestras cum aliqua concubuistis, agite paenitentiam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro vobis ecclesia.

De symbolo sermo ad catechumenos.

1535 Serm. 1, c. 6, n. 14. Ipsa est ecclesia sancta, ecclesia 48
una, ecclesia vera, ecclesia catholica, contra omnes haereses
pugnans; pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hae- 34
reses omnes de illa exierunt, tamquam sarmenta inutilia de

---

[1] De his tribus paenitentiae generibus cf. n. 1536.

1531. ML 39, 1549. 1532. ML 39, 1558.
1533. ML 39, 1559. 1534. ML 39, 1711.
1535. ML 40, 635.

vite praecisa; ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in caritate sua.

475 1, 7, 15. Propter omnia peccata baptismus inventus est; 1536
316 propter levia, sine quibus esse non possumus, oratio inventa.
458 Quid habet oratio? *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [Mt 6, 12]. Semel abluimur baptismate, cotidie abluimur oratione. Sed nolite illa committere, pro quibus necesse est ut a Christi corpore separemini, quod
525 absit a vobis. Illi enim quos videtis agere paenitentiam, scelera commiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania;
548 inde agunt paenitentiam. Nam si levia peccata ipsorum essent, ad haec cotidiana oratio delenda sufficeret. 8, 16. Ergo tribus modis dimittuntur peccata in ecclesia: in baptismate, in oratione, in humilitate maiore paenitentiae.

De ordine, 386.

233 L. 2, c. 12, n. 35. Illud quod in nobis est rationale . . . 1537
vidit esse imponenda rebus vocabula, id est significantes quosdam sonos: ut, quoniam sentire animos suos non poterant [homines], ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete uterentur. Sed audiri absentium verba non poterant; ergo illa ratio peperit litteras, notatis omnibus oris ac linguae sonis, atque discretis.

De moribus ecclesiae catholicae, 388.

275 L. 1, c. 25, n. 46. Quid amplius de moribus disputem? Si 1538
276 enim Deus est summum hominis bonum, quod negare non potestis, sequitur profecto, quoniam summum bonum appetere est bene vivere, ut nihil sit aliud bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere: a quo exsistit, ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur, quod est temperantiae; et nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli alii serviat, quod est iustitiae; vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusve subrepat, quod est prudentiae.

De Genesi contra Manichaeos, 388/90.

347* L. 1, c. 3, n. 6. Illud autem lumen [cf. Io 1, 9] non irra- 1539
tionabilium avium oculos pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, et ab amore visibilium rerum et temporalium se ad eius praecepta implenda convertunt. Quod omnes homines possunt si velint, quia illud lumen *omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum* [v. n. 1968].

1536. ML 40, 636. 1537. ML 32, 1011.
1538. ML 32, 1330. 1539. ML 34, 176.

1540 1, 6, 10. Deus rectissime creditur omnia de nihilo fecisse, 189
quia, etiamsi omnia formata de ista materia facta sunt, haec ipsa materia tamen de omnino nihilo facta est. Non enim debemus esse similes istis qui omnipotentem Deum non credunt aliquid de nihilo facere potuisse, cum considerant fabros et quoslibet opifices non posse aliquid fabricare nisi habuerint unde fabricent.

1541 1, 7, 11. Informis ergo illa materia quam de nihilo Deus 212
fecit, appellata est primo caelum et terra, et dictum est: *In principio fecit Deus caelum et terram* [Gn 1, 1]; non quia iam hoc erat, sed quia hoc esse poterat; nam et caelum scribitur postea factum. Quemadmodum si semen arboris considerantes dicamus ibi esse radices et robur et ramos et fructus et folia, non quia iam sunt, sed quia inde futura sunt, sic dictum est: *In principio fecit Deus caelum et terram,* quasi semen caeli et terrae, cum in confuso adhuc esset caeli et terrae materia; sed quia certum erat inde futurum esse caelum et terram, iam et ipsa materia caelum et terra appellata est.

1542 1, 14, 20. *Et facta est vespera, et factum est mane* [Gn 1, 19]. . . . 214
Restat ergo ut intellegamus, in ipsa quidem mora temporis ipsas distinctiones operum sic appellatas, vesperam propter transactionem consummati operis, et mane propter incohationem futuri operis, de similitudine scilicet humanorum operum, quia plerumque a mane incipiunt, et ad vesperam desinunt. Habent enim consuetudinem divinae scripturae de rebus humanis ad divinas res verba transferre.

1543 2, 12, 17. Etsi visibilis femina secundum historiam de 226
corpore viri primo facta est a Domino Deo, non utique sine causa ita facta est, nisi ut aliquod secretum intimaret. Num enim aut limus defuit unde femina formaretur; aut, si vellet, Dominus homini vigilanti costam sine dolore detrahere non posset? Sive ergo ista figurate dicta sint, sive etiam figurate facta sint, non frustra hoc modo dicta vel facta sunt, sed sunt plane mysteria et sacramenta, sive hoc modo quo tenuitas nostra conatur, sive aliquo alio meliore, secundum sanam tamen fidem sunt interpretanda et intellegenda.

1544 2, 20, 30. Qui coluerit agrum istum [cf. Gn 3, 17] interius, 587
et ad panem suum quamvis cum labore pervenerit, potest usque ad finem vitae huius hunc laborem pati; post hanc autem vitam non est necesse ut patiatur. Sed qui forte agrum non coluerit et spinis eum opprimi permiserit, habet in hac vita maledictionem terrae suae in omnibus operibus suis, et post hanc vitam habebit vel ignem purgationis vel poenam aeternam.

1540. ML 34, 178. 1541. ML 34, 178.
1542. ML 34, 183. 1543. ML 34, 205.
1544. ML 34, 212.

De libero arbitrio, 388/95.

92 L. 2, c. 6, n. 14. *Aug.* Sed quaeso te, si non inveneris 1545
esse aliquid supra nostram rationem, nisi quod aeternum atque incommutabile est, dubitabisne hunc Deum dicere? . . . *Evod.* Hunc plane fatebor Deum, quo nihil superius esse constiterit. *A.* Bene habet; nam mihi satis erit ostendere esse aliquid huiusmodi, quod aut fateberis Deum esse, aut, si aliquid supra est, eum ipsum Deum esse concedes.

288 2, 20, 54. Omne bonum ex Deo; nulla ergo natura est 1546
289 quae non sit ex Deo. Motus ergo ille aversionis [a Deo], quod fatemur esse peccatum, quoniam defectivus motus est, omnis autem defectus ex nihilo est, vide quo pertineat, et ad Deum non pertinere ne dubites. Qui tamen defectus, quoniam est voluntarius, in nostra est positus potestate.

119 3, 4, 11. Sicut tu memoria tua non cogis facta esse quae 1547
praeterierunt, sic Deus praescientia sua non cogit facienda quae futura sunt. Et sicut tu quaedam quae fecisti meministi,
122 nec tamen quae meministi omnia fecisti, ita Deus omnia quorum ipse auctor est praescit, nec tamen omnium quae praescit ipse auctor est. Quorum autem non est malus auctor, iustus est ultor.

De vera religione, 389/91.

51 C. 7, n. 12. Tenenda est nobis christiana religio, et eius 1548
ecclesiae communicatio, quae catholica est, et catholica nominatur, non solum a suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Velint nolint enim ipsi quoque haeretici, et schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quam catholicam vocant. Non enim possunt intellegi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur.

289 14, 27. Defectus autem iste, quod peccatum vocatur, si tam- 1549
quam febris invitum occuparet, recte iniusta poena videretur quae peccantem consequitur, et quae damnatio nuncupatur.
294 Nunc vero usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium [v. n. 1969].

189 18, 36. Etiam si de aliqua informi materia factus est mun- 1550
dus, haec ipsa facta est omnino de nihilo. . . . Ita omne quod est, in quantum est, et omne quod nondum est, in quantum esse potest, ex Deo habet. Quod alio modo sic dicitur: omne formatum, in quantum formatum est, et omne quod nondum formatum est, in quantum formari potest, ex Deo habet.

1545. ML 32, 1248. 1546. ML 32, 1270.
1547. ML 32, 1276. 1548. ML 34, 128.
1549. ML 34, 133. 1550. ML 34, 137.

1551 25, 46. Prima disceptatio est, utrum iis potius credamus, 103
qui ad multos deos, an iis, qui ad unum Deum colendum 260
nos vocant. Quis dubitet eos potissimum sequendos qui ad unum vocant, praesertim cum illi multorum cultores de hoc uno Domino cunctorum et rectore consentiant? Et certe ab uno incipit numerus. Prius ergo isti sequendi sunt, qui unum Deum summum solum verum Deum et solum colendum esse dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit, tum demum migrandum est [v. n. 1970].

De diversis quaestionibus LXXXIII, 389/96.

1552 Q. 35, n. 2. Quid est aliud beate vivere, nisi aeternum 609
aliquid cognoscendo habere? Aeternum est enim de quo 607
solo recte fiditur, quod amanti auferri non potest: idque ipsum est, quod nihil sit aliud habere quam nosse. . . . Quidquid autem mente habetur, noscendo habetur; nullumque bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur.

1553 46, 2. Singula igitur propriis sunt creata rationibus. Has 192
autem rationes ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quidquam positum intuebatur, ut secundum id constitueret quod constituebat; nam hoc opinari sacrilegum est. Quodsi hae rerum omnium creandarum creatarumve rationes in divina mente continentur, neque in divina mente quidquam nisi aeternum atque incommutabile potest esse, atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato, non solum sunt ideae, sed ipsae verae sunt, quia aeternae sunt, et eiusmodi atque incommutabiles manent; quarum participatione fit, ut sit quidquid est, quoquo modo est.

1554 48. Credibilium tria sunt genera. Alia sunt quae semper 258
creduntur et numquam intelleguntur: sicut est omnis historia, temporalia et humana gesta percurrens. Alia quae mox, ut creduntur, intelleguntur: sicut sunt omnes rationes humanae, vel de numeris, vel de quibuslibet disciplinis. Tertium, quae primo creduntur, et postea intelleguntur; qualia sunt ea, quae de divinis rebus non possunt intellegi, nisi ab his qui mundo sunt corde.

1555 60. Cum [Deus] dicitur nescire [cf. Mt 24, 36], aut pro eo 404
dicitur quod non approbat, id est, in disciplina et doctrina sua non agnoscit, sicut dictum est: *Nescio vos* [Mt 25, 12], aut pro eo quod utiliter nescientes facit, quod scire inutile est. Ideo bene accipitur id, quod dictum est solum scire Patrem, sic dictum esse, quia facit Filium scire, et quod dictum est

---

1551. ML 34, 142. 1552. ML 40, 24.
1553. ML 40, 30. 1554. ML 40, 31.
1555. ML 40, 48.

nescire Filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est, non prodit iis quod inutiliter scirent.

324 68, 5. Et quoniam nec velle quisquam potest nisi ad- 1556
327 monitus et vocatus, sive intrinsecus ubi nullus hominum videt,
322 sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia; efficitur ut etiam ipsum *velle Deus operetur in nobis*
330 [Phil 2, 13]. Ad illam enim cenam, quam Dominus dicit in evangelio [cf. Lc 14, 16 sqq] praeparatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt, neque illi qui venerunt venire possent, nisi vocarentur. Itaque nec illi debent sibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt; nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut venirent
334 vocati erant in libera voluntate.

De utilitate credendi, 391/2.

88 C. 16, n. 34. Si enim Dei providentia non praesidet rebus 1557
humanis, nihil est de religione satagendum. Sin vero et species rerum omnium, quam profecto ex aliquo verissimae pulchri-
9 tudinis fonte manare credendum est, et interior nescio qua
89 conscientia Deum quaerendum Deoque serviendum meliores quosque animos quasi publice privatimque cohortatur, non est
4 desperandum ab eodem ipso Deo auctoritatem aliquam constitutam, quo velut gradu certo innitentes attollamur in Deum.

De duabus animabus, contra Manichaeos, 391/2.

294 C. 11, n. 15. Sine prius etiam peccatum definiamus, quod 1558
sine voluntate esse non posse omnis mens apud se divinitus conscriptum legit. Ergo peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere. Quamquam si liberum non sit, non est voluntas. Sed malui grossius quam scrupulosius definire [v. n. 1792].

Contra Fortunatum Manichaeum, 392.

222 13. Animam dico factam a Deo, ut cetera omnia quae a 1559
Deo facta sunt, et inter illa, quae Deus omnipotens fecit, principalem locum datum esse animae. Si autem quaeris, unde Deus fecit animam, memento confiteri me tecum esse Deum omnipotentem.

294 17. Ergo nunc quaero abs te, secundum eam lectionem 1560
quae lecta est, quomodo habeamus peccata, si natura con-

1556. ML 40, 73.
1557. CV 25, 1 (ed. I. Zycha, 1891), 42; ML 42, 89.
1558. CV 25, 1, 70; ML 42, 105. 1559. CV 25, 1, 90; ML 42, 117.
1560. CV 25, 1, 93; ML 42, 119.

traria nos cogit facere quod facimus. Qui enim cogitur necessitate aliquid facere, non peccat; qui autem peccat, libero arbitrio peccat.

De fide et symbolo, 393.

1561 C. 9, n. 19. De Spiritu autem Sancto nondum tam copiose 165
ac diligenter disputatum est a doctis et magnis divinarum scripturarum tractatoribus, ut intellegi facile possit eius proprium, quo proprio fit ut eum neque Filium neque Patrem dicere possimus, sed tantum Spiritum Sanctum, nisi quod eum donum Dei esse praedicant, ut Deum credamus non se ipso 175
inferius donum dare.

1562 10, 21. Credimus et in sanctam ecclesiam, utique catholicam. 51
Nam haeretici et schismatici congregationes suas ecclesias vocant. Sed haeretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant; schismatici autem discissionibus iniquis a fraterna caritate dissiliunt, quamvis ea credant quae credimus. Quapropter 45
nec haeretici pertinent ad ecclesiam catholicam, quoniam diligit Deum, nec schismatici, quoniam diligit proximum.

1563 10, 23. Et quoniam tria sunt quibus homo constat: spiritus, 216
anima, et corpus: quae rursus duo dicuntur, quia saepe anima simul cum spiritu nominatur (pars enim quaedam eiusdem rationalis, qua carent bestiae, spiritus dicitur), principale nostrum spiritus est.

De Genesi ad litteram imperfectus liber, 393/4.

1564 1. Hanc ergo Trinitatem dici unum Deum, eumque fecisse 188
et creasse omnia quae sunt, in quantum sunt, disciplina catholica 189
credi iubet, ita ut creatura omnis sive intellectualis sive corporalis, vel quod brevius dici potest secundum verba scripturarum divinarum, sive invisibilis sive visibilis, non de Deo nata, sed a Deo sit facta de nihilo; nihilque in ea esse quod 195
ad Trinitatem pertineat, nisi quod Trinitas condidit, ista condita est. Quapropter creaturam universam neque consubstan- 196
tialem Deo, neque coaeternam fas est dicere aut credere.

De sermone Domini in monte, 393/96.

1565 L. 1, c. 12, n. 34. Tria sunt quibus impletur peccatum: 288
suggestione, delectatione, et consensione. Suggestio sive per 294
memoriam fit sive per corporis sensus, cum aliquid videmus, vel audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus. Quo

1561. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 22; ML 40, 191.
1562. CV 41, 27; ML 40, 193. 1563. CV 41, 28; ML 40, 193.
1564. CV 28, 2 (ed. I. Zycha, 1894), 459; ML 34, 221.
1565. ML 34, 1246.

si frui delectaverit, delectatio illicita refrenanda est. . . . Si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum erit, notum Deo in corde nostro, etiamsi facto non innotescat hominibus.

Contra Adimantum, 393/6.

487 C. 12, n. 3. Ex eo, quod scriptum est sanguinem pecoris 1566
animam eius esse, praeter id, quod supra dixi, non ad me pertinere, quid agatur de pecoris anima, possum etiam interpretari praeceptum illud in signo esse positum. Non enim Dominus dubitavit dicere: *Hoc corpus meum* [Mt 26, 26], cum signum daret corporis sui.

10 17, 2. Haec est brevissima et apertissima differentia duorum 1567
testamentorum: timor et amor: illud ad veterem, hoc ad novum hominem pertinet; utrumque tamen unius Dei misericordissima dispensatione prolatum atque coniunctum.

Epistulae ad Galatas expositio, 393/6.

336 49. Quod enim amplius nos delectat, secundum id operemur 1568
necesse est: ut verbi gratia occurrit forma speciosae feminae
326 et movet ad delectationem fornicationis; sed si plus delectat
333 pulchritudo illa intima et sincera species castitatis, per gratiam quae est in fide Christi, secundum hanc vivimus et secundum hanc operamur; ut non regnante in nobis peccato ad oboediendum desideriis eius, sed regnante iustitia per caritatem cum magna delectatione faciamus quidquid in ea Deo placere cognoscimus.

De diversis quaestionibus, ad Simplicianum, 396/7.

314 L. 1, q. 2, n. 2. Multis locis hoc saepe testatur [Paulus], 1569
fidei gratiam praeponens operibus, non ut opera exstinguat,
308 sed ut ostendat non esse opera praecedentia gratiam, sed consequentia; ut scilicet non se quisque arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam.

131 1, 2, 6. An dicendum est quod nulla electio fuerit non 1570
exsistente aliqua diversitate in utero matris vel fidei, vel operum, vel quorumlibet omnino meritorum? Sed dictum est: *Ut secundum electionem propositum Dei maneret* [Rom 9, 11]. . . . Non ergo secundum electionem propositum Dei manet, sed ex proposito electio, id est, non quia invenit Deus opera bona in hominibus quae eligat, ideo manet propositum iusti-

1566. CV 25, 1 (ed. I. Zycha, 1891), 140; ML 42, 144.
1567. CV 25, 1, 166; ML 42, 159. 1568. ML 35, 2141.
1569. ML 40, 111. 1570. ML 40, 114.

ficationis ipsius; sed quia illud manet ut iustificet credentes, ideo invenit opera quae iam eligat ad regnum caelorum. Nam nisi esset electio, non essent electi; nec recte diceretur: *Quis accusabit adversus electos Dei?* [Rom 8, 33.] Non tamen electio praecedit iustificationem, sed electionem iustificatio. Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab illo qui reicitur. Unde quod dictum est quia *elegit nos Deus ante mundi constitutionem* [Eph 1, 4], non video quomodo sit dictum nisi praescientia.

1571 1, 2, 10. Nemo itaque credit non vocatus, sed non omnis 314
credit vocatus. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi* [Mt 20, 16]; utique ii, qui vocantem non contempserunt, sed credendo secuti sunt, volentes autem sine dubio crediderunt. 331
Quid est ergo quod sequitur: *Igitur non volentis neque cur-* 329
rentis, sed miserentis est Dei [Rom 9, 16]? An quia nec velle possumus nisi vocati, et nihil valet velle nostrum, nisi ut perficiamus adiuvet Deus? Opus est ergo velle et currere. Non enim frustra diceretur: *Et in terra pax hominibus bonae voluntatis* [Luc 2, 14], et: *Sic currite ut comprehendatis* [1 Cor 9, 24]. Non tamen volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ut quod volumus adipiscamur, et quo volumus perveniamus. Noluit ergo Esau et non cucurrit, sed etsi voluisset et cucurrisset, Dei adiutorio pervenisset, qui ei etiam velle et currere vocando praestaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret.

1572 1, 2, 12. *Deus enim est qui operatur in vobis et velle et* 326
operari pro bona voluntate [Phil 2, 13]. Ubi satis ostendit [Paulus] etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Nam si propterea solum dictum est: *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* [Rom 9, 16], quia voluntas 308
hominis sola non sufficit ut iuste recteque vivamus, nisi adiuvemur misericordia Dei; potest et hoc modo dici: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia miseri- 334
cordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostrae voluntatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos velle, nisi Deus misereatur; illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, etiam volumus; ad eamdem quippe misericordiam pertinet ut velimus; Deus enim est qui operatur in nobis et velle et operari pro 333
bona voluntate. Nam si quaeramus, utrum Dei donum sit voluntas bona, mirum si negare quisquam audeat. At enim 327
quia non praecedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo recte tribuitur quod bene volumus, nobis vero tribui non potest quod vocamur.

1571. ML 40, 117. 1572. ML 40, 118.

Non igitur ideo dictum putandum est: *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei,* quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius, quia nisi eius vocatione non volumus.

333 1, 2, 13. Sed si vocatio ista ita est effectrix bonae volun- 1573
tatis, ut omnis eam vocatus sequatur, quomodo verum erit:
334 *Multi vocati, pauci electi* [Mt 22, 14]? Quod si verum est, et non consequenter vocationi vocatus obtemperat, atque ut non obtemperet in eius est positum voluntate, recte etiam dici potest: Igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis, quia misericordia vocantis non sufficit, nisi vocati
338 oboedientia consequatur. An forte illi, qui hoc modo vocati non consentiunt, possent alio modo vocati accommodare fidei voluntatem, ut et illud verum sit: *Multi vocati, pauci electi,* ut, quamvis multi uno modo vocati sint, tamen, quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capiendae reperiuntur idonei; et illud non minus verum sit: *Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* [Rom 9, 16], qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat iis, qui secuti sunt vocationem? Ad alios autem vocatio quidem pervenit, sed quia talis fuit, qua moveri non possent nec eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi; et non iam similiter verum est: Igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis, quoniam non potest effectus misericordiae Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur, si homo nolit; quia, si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut et moverentur et intellegerent et sequerentur. Verum est ergo: *Multi vocati; pauci electi.* Illi enim electi, qui congruenter vocati; illi autem qui non congruebant neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati. Item verum est: *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei,* quia, etiamsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo iis vocari aptum est, ut sequantur.

338 1, 2, 14. Cum ergo alius sic, alius autem sic moveatur ad 1574
fidem, eademque res saepe alio modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, aliumque moveat, alium non moveat: quis audeat dicere defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est?

367 1, 2, 21. Praecipitur ut recte vivamus, hac utique mer- 1575
cede proposita ut in aeternum beate vivere mereamur. Sed
372 quis potest recte vivere et bene operari, nisi iustificatus ex fide?

1573. ML 40, 118. 1574. ML 40, 119. 1575. ML 40, 126.

1576 1, 2, 22. Restat ergo ut voluntates eligantur. Sed voluntas 326
ipsa, nisi aliquid occurrerit quod delectet atque invitet animum,
moveri nullo modo potest; hoc autem ut occurrat, non est
in hominis potestate.

De agone christiano, 396/7.

1577 C. 11, n. 12. Sunt autem stulti qui dicunt: Non poterat 407
aliter sapientia Dei homines liberare, nisi susciperet hominem,
et nasceretur de femina, et a peccatoribus illa omnia pateretur?
Quibus dicimus: Poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter
vestrae stultitiae displiceret. . . . Ostendebatur enim nobis ad
quam fragilitatem homo sua culpa pervenerit, et ex qua
fragilitate divino auxilio liberetur.

1578 22, 24. Nec eos audiamus, qui tale corpus Dominum 377
nostrum habuisse dicunt, quale apparuit in columba, quam
vidit Ioannes Baptista descendentem de caelo et manentem
super eum in signo Spiritus Sancti. . . . Quare autem Spiritus 380
Sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus
de femina, illa causa est, quia non columbas liberare venerat
Spiritus Sanctus, sed hominibus significare innocentiam et
amorem spiritalem, quod in columbae specie visibiliter figuratum est. Dominus autem Iesus Christus, qui venerat ad
homines liberandos, in quibus et mares et feminae pertinent
ad salutem, nec mares fastidivit, quia marem suscepit, nec
feminas, quia de femina natus est. Huc accedit magnum 433
sacramentum, ut, quoniam per feminam nobis mors acciderat,
vita nobis per feminam nasceretur; ut de utraque natura, id
est feminina et masculina, victus diabolus cruciaretur.

1579 31, 33. Nec eos audiamus, qui negant ecclesiam Dei omnia 521
peccata posse dimittere. Itaque miseri, dum in Petro petram
non intellegunt et nolunt credere datas ecclesiae claves regni
caelorum, ipsi eas de manibus amiserunt.

Contra epistulam Manichaei quam vocant fundamenti, 397.

1580 C. 4, n. 5. In catholica enim ecclesia, ut omittam sin- 48
cerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spiritales
in hac vita perveniunt, ut eam, ex minima quidem parte,
quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant
— ceteram quippe turbam non intellegendi vivacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit — ut ergo hanc omittam

1576. ML 40, 128.
1577. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 114; ML 40, 297.
1578. CV 41, 124; ML 40, 302. 1579. CV 41, 135; ML 40, 308.
1580. CV 25, 1 (ed. I. Zycha, 1891), 196; ML 42, 175.

sapientiam, quam in ecclesia esse catholica non creditis, multa
sunt alia quae in eius gremio me iustissime teneant. Tenet
51 consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis
incohata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata; tenet
52 ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post
resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem
episcopatum successio sacerdotum; tenet postremo ipsum Catholicae nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses
sic ista ecclesia sola obtinuit, ut, cum omnes haeretici se
catholicos dici velint, quaerenti tamen alicui peregrino, ubi
ad Catholicam conveniatur, nullus haereticorum vel basilicam
suam vel domum audeat ostendere.

62 5, 6. Si invenires aliquem, qui evangelio nondum credit, 1581
79 quid faceres dicenti tibi: non credo? Ego vero evangelio
non crederem, nisi me catholicae ecclesiae commoveret
auctoritas.

De doctrina christiana, 397.

179 L. 1, c. 5, n. 5. Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et 1582
singulus quisque horum Deus et simul omnes unus Deus, et
singulus quisque horum plena substantia et simul omnes una
178 substantia. Pater nec Filius est nec Spiritus Sanctus, Filius
nec Pater est nec Spiritus Sanctus, Spiritus Sanctus nec Pater
est nec Filius; sed Pater tantum Pater et Filius tantum Filius
et Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus. Eadem tribus
aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem
176 potestas. In Patre unitas, in Filio aequalitas, in Spiritu Sancto
unitatis aequalitatisque concordia, et tria haec unum omnia
propter Patrem, aequalia omnia propter Filium, conexa omnia
propter Spiritum Sanctum.

277 1, 22, 21. Haec enim regula dilectionis divinitus constituta 1583
281 est: *Diliges,* inquit, *proximum tuum sicut te ipsum, Deum* vero
ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente [Lv 19, 18;
Mt 22, 37 39], ut omnes cogitationes tuas et omnem vitam et
omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa
quae confers.

73 2, 8, 12. In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum 1584
quamplurium auctoritatem sequatur; inter quas sane illae sint,
quae apostolicas sedes habere et epistulas accipere meruerunt.
Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas
quae ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, praeponat
iis quas quaedam non accipiunt; in iis vero quae non accipiuntur ab omnibus, praeponat eas quas plures gravioresque

1581. CV 25, 197; ML 42, 176.
1582. ML 34, 21. 1583. ML 34, 27
1584. ML 34, 40.

accipiunt, iis quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesiae
tenent.

1585 2, 8, 13[1]. [Canon scripturarum: Quinque Moyseos (Gen., 74
Ex., Lev., Num., Deut.), Iesu Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV,
Paral. II, Iob, Tob., Esth., Iudith, Mach. II, Esdr. II; Pro-
phetae: David liber Ps., Salomonis III (Prov., Cant. cant.,
Eccl.), Sap., Eccli., Prophetarum XII (Os., Ioel, Am., Abd.,
Ion., Mich., Nah., Hab., Soph., Agg., Zach., Mal.), Pro-
phetae IV maiores (Is., Ier., Dan., Ez.). Testamenti veteris
libri XLIV. — Novi autem, quattuor libri Evangelii (Mt., Mc., 75
Lc., Io.), Epist. Pauli XIV (Rom., Cor. II, Gal., Eph., Phil.,
Thess. II, Col., Tim. II, Tit., Philem., Hebr.), Petri II, Io-
annis III, Iud., Iac., Act., Apoc. Ioannis.]

1586 3, 10, 16. Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo 276 277
propter ipsum, et se atque proximo propter Deum; cupiditatem 288
autem motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet
corpore non propter Deum.

1587 3, 16, 24. *Nisi manducaveritis,* inquit, *carnem filii hominis* 484
et sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis [Io 6, 54].
Facinus vel flagitium videtur iubere; figura est ergo, prae-
cipiens passioni dominicae communicandum et suaviter atque 483
utiliter recondendum in memoria quod pro nobis caro eius
crucifixa et vulnerata sit.

1588 3, 27, 38. Quando ex iisdem scripturae verbis non unum 77
aliquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si latet quid
senserit ille qui scripsit, nihil periculi est, si quodlibet eorum
congruere veritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri
potest, id tamen eo conante, qui divina scrutatur eloquia, ut
ad voluntatem perveniatur auctoris, per quem scripturam illam
Sanctus operatus est Spiritus.

De catechizandis rudibus, 400.

1589 C. 4, n. 7. Quae autem maior causa est adventus Domini, 411
nisi ut ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, commen-
dans eam vehementer; quia, cum adhuc inimici essemus,
Christus pro nobis mortuus est [cf. Rom 5, 6—9]? Hoc autem 279
ideo, quia *finis praecepti* et *plenitudo legis caritas est* [1 Tim 1, 5;
Rom 13, 10], ut et nos invicem diligamus, et quemadmodum
ille pro nobis animam suam posuit, sic *et nos pro fratribus*
animam ponamus [1 Io 3, 16], et ipsum Deum, *quoniam prior*
dilexit nos [ib. 4, 10] et *Filio suo* unico *non pepercit, sed pro*

---

[1] Vide p. 177, not. 1.
1585. ML 34, 41. 1586. ML 34, 72. 1587. ML 34, 74.
1588. ML 34, 80.
1589. ML 40, 314. Rursus edidit *G. Krüger* in Sammlung . . . von
Dr G. Krüger, 4. Heft, 1909 (2., durchgesehene Auflage der 2. Ausgabe)

nobis omnibus tradidit eum [Rom 8, 32], si amare pigebat, saltem
nunc redamare non pigeat. Nulla est enim maior ad amorem
invitatio quam praevenire amando, et nimis durus est animus,
qui dilectionem, si nolebat impendere, nolit rependere. . . .
412 8. Dominus Iesus Christus, Deus homo, et divinae in nos
dilectionis indicium est et humanae apud nos humilitatis
exemplum, ut magnus tumor noster maiore contraria medicina
sanaretur. Magna est enim miseria, superbus homo; sed
maior misericordia, humilis Deus.

363 5, 9. Rarissime quippe accidit, immo vero numquam, ut 1590
quisquam veniat volens fieri christianus, qui non sit aliquo
Dei timore perculsus. Si enim aliquod commodum exspectando
ab hominibus, quibus se aliter placiturum non putat, aut ali-
quod ab hominibus incommodum devitando, quorum offen-
sionem aut inimicitias reformidat, vult fieri christianus, non
fieri vult potius quam fingere.

Confessiones, 400.

606 L. 1, c. 1, n. 1. Laudare te vult homo, aliqua portio 1591
creaturae tuae. Tu excitas ut laudare te delectet, quia fecisti
nos ad te, et inquietum est cor nostrum donec requie-
scat in te.

328 2, 7, 15. Gratiae tuae deputo et misericordiae tuae, quod 1592
peccata mea tamquam glaciem solvisti. Gratiae tuae deputo
et quaecumque non feci mala. Quid enim non facere potui,
qui etiam gratuitum facinus amavi? Et omnia mihi dimissa
esse fateor, et quae mea sponte feci mala et quae te duce
315 non feci. Quis est hominum qui suam cogitans infirmitatem
audet viribus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam,
ut minus amet te, quasi minus ei necessaria fuerit misericordia
tua, qua donas peccata conversis ad te?

508 7, 10, 16. Inveni longe me esse a te in regione dis- 1593
similitudinis, tamquam audirem vocem tuam de excelso: Cibus
509 sum grandium, cresce et manducabis me. Nec tu me in te
mutabis sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me. Et
9 cognovi quoniam *pro iniquitate erudisti hominem et tabescere*
fecisti sicut araneam animam meam [Ps 38, 12], et dixi: Num-
quid nihil est veritas, quoniam neque per finita neque per
infinita locorum spatia diffusa est? Et clamasti de longinquo:
86 *Ego sum qui sum* [Ex 3, 14]. Et audivi sicut auditur in corde,
256 et non erat prorsus unde dubitarem; faciliusque dubitarem

---

1590. ML 40, 316.
1591. CV 33 (ed. P. Knoell, 1896), 1; ML 32, 661. Ediderunt rursus
J. Gibb et W. Montgomery in «Cambridge Patristic Texts» 1908.
1592. CV 33, 41; ML 32, 681. 1593. CV 33, 157; ML 32, 742.

vivere me, quam non esse veritatem, quae *per ea quae facta*
sunt intellecta [Rom 1, 20] conspicitur.
1594 8, 8, 20. Si vulsi capillum, si percussi frontem, si con- 336
sertis digitis amplexatus sum genu: quia volui, feci. Potui
autem velle et non facere, si mobilitas membrorum non ob-
sequeretur. Tam multa ergo feci, ubi non hoc erat velle
quod posse, et non faciebam, quod et incomparabili affectu
amplius mihi placebat et mox ut vellem possem, quia mox
ut vellem utique vellem. Ibi enim facultas ea quae voluntas,
et ipsum velle iam facere erat, et tamen non fiebat.
1595 10, 43, 68. Hic [Christus] demonstratus est antiquis sanctis, 425
ut ita ipsi per fidem futurae passionis eius, sicut nos per fidem
praeteritae, salvi fierent. In quantum enim homo, in tantum 423
mediator; in quantum autem Verbum, non medius, quia
aequalis Deo et Deus apud Deum et simul unus Deus. 69. In 411
quantum nos amasti, Pater bone, *qui Filio tuo unico non peper-*
cisti, sed pro nobis impiis [Rom 8, 32] tradidisti eum! Quomodo
nos amasti, pro quibus ille, *non rapinam arbitratus esse aequalis*
tibi, *factus est subditus usque ad mortem crucis* [Phil 2, 6 8],
unus ille *in mortuis liber potestatem* habens *ponendi animam* 403
suam et *potestatem* habens *iterum sumendi eam* [Ps 87, 6]; pro
nobis tibi victor et victima, et ideo victor, quia victima; pro 418
nobis tibi sacerdos et sacrificium, et ideo sacerdos, quia sacri-
ficium, faciens tibi nos de servis filios, de te nascendo, tibi
serviendo.
1596 11, 4, 6. Ecce sunt caelum et terra, clamant quod facta 93
sint; mutantur enim atque variantur. Quidquid autem factum 188
non est et tamen est, non est in eo quidquam quod ante
non erat, quod est mutari atque variari. Clamant etiam quod
se ipsa non fecerint: «Ideo sumus, quia facta sumus; non
ergo eramus antequam essemus, ut fieri possemus a nobis.»
Et vox dicentium est ipsa evidentia. Tu ergo, Domine, fecisti 114
ea qui pulcher es, pulchra sunt enim; qui bonus es, bona
sunt enim; qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita 112
bona sunt, nec ita sunt, sicut tu conditor eorum, quo com-
parato nec pulchra sunt, nec bona sunt, nec sunt.

Contra Faustum Manichaeum, 400.

1597 L. 11, c. 5. Ibi [in scriptura] si quid velut absurdum moverit, 70
non licet dicere: auctor huius libri non tenuit veritatem; sed:
aut codex mendosus est, aut interpres erravit, aut tu non in-
tellegis. . . . In illa canonica eminentia sacrarum litterarum, 14

1594. CV 33, 187; ML 32, 758. 1595. CV 33, 278; ML 32, 808.
1596. CV 33, 284; ML 32, 811.
1597. CV 25, 1 (ed. I. Zycha, 1891), 320; ML 42, 249.

etiamsi unus propheta seu apostolus aut evangelista aliquid
in suis litteris posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur,
non licet dubitare quod verum sit; alioquin nulla erit pagina,
qua humanae imperitiae regatur infirmitas, si librorum salu-
berrima auctoritas aut contempta penitus aboletur aut intermi-
nata confunditur.
262 17, 3. Aperte dicite non vos credere Christi evangelio; 1598
nam qui in evangelio quod vultis creditis, quod vultis non
creditis, vobis potius quam evangelio creditis.
11 18, 4. Ea Christiani ex lege et prophetis non faciunt, 1599
12 quibus significata sunt ista quae faciunt. Illae quippe erant
figurae futurorum, quas, rebus ipsis per Christum revelatis et
praesentatis, auferri oportebat, ut eo quoque ipso, quod haec
ablata sunt, lex et prophetae implerentur.
11 18, 6. De sacrificiis autem animalium quis nostrum nesciat, 1600
magis ea perverso populo congruenter imposita, quam Deo
378 desideranti oblata? Sed tamen etiam in his figurae nostrae
fuerunt, quia nostra mundatio et Dei propitiatio nobis sine
sanguine nulla est. Sed illarum figurarum veritas Christus
est, cuius sanguine redempti et mundati sumus.
437 19, 11. In nullum autem nomen religionis, seu verum seu 1601
falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum
vel sacramentorum visibilium consortio colligentur: quorum
sacramentorum vis inenarrabiliter valet plurimum et ideo con-
tempta sacrilegos facit.
11 19, 13. Proinde prima sacramenta, quae observabantur et 1602
12 celebrabantur ex lege, praenuntiativa erant Christi venturi;
quae, cum suo adventu Christus implevisset, ablata sunt, et
ideo ablata, quia impleta; non enim venit *legem solvere, sed*
adimplere [Mt 5, 17]; et alia sunt instituta virtute maiora,
utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tamquam
iustitia fidei revelata et *in libertatem vocatis* filiis Dei *iugo servi-*
tutis ablato [Gal 5, 1 13], quod duro et carni dedito populo
congruebat.
283 20, 21. Populus christianus memorias martyrum religiosa 1603
284 sollemnitate concelebrat et ad excitandam imitationem et ut
meritis eorum consocietur atque orationibus adiuvetur, ita tamen
ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in me-
moriis martyrum, constituamus altaria. Quis enim antistitum
in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit:
Offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane; sed quod of-
1 fertur offertur Deo, qui martyres coronavit. . . . At illo cultu,
quae graece λατρεία dicitur, latine uno verbo dici non potest,

1598. CV 25, 1, 486; ML 42, 342. 1599. CV 25, 1, 492; ML 42, 345.
1600. CV 25, 1, 494; ML 42, 346. 1601. CV 25, 1, 510; ML 42, 355.
1602. CV 25, 1, 510; ML 42, 355. 1603. CV 25, 1, 562; ML 42, 384.

cum sit quaedam proprie divinitati debita servitus, nec colimus nec colendum docemus nisi unum Deum.

1604 20, 21. In psalmis canitur: *Sacrificium laudis glorificabit* 514
me, et illic via est, ubi ostendam illi salutare meum [Ps 49, 23]. Huius sacrificii caro et sanguis ante adventum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per 513
ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacra- 483
mentum memoriae celebratur.

1605 22, 27. Ergo peccatum est factum vel dictum vel con- 288
cupitum aliquid contra aeternam legem. Lex vero aeterna est ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. Quisnam igitur sit in homine naturalis ordo, quaerendum est. Constat enim homo ex anima et corpore, sed hoc et pecus. Nulli autem dubium est animam corpori naturali ordine praeponendam. Verum animae hominis inest ratio, quae pecori non inest. Proinde sicut anima corpori, ita ipsius animae ratio ceteris eius partibus, quas habent et bestiae, naturae lege praeponitur.

1606 28, 2. Sicut ergo ego credo illum librum esse Manichaei, 17
quoniam ex ipso tempore, quo Manichaeus vivebat in carne, per discipulos eius certa successione praepositorum vestrorum ad vestra usque tempora custoditus atque perductus est: sic et istum librum credite esse Matthaei, quem ex illo tempore, quo Matthaeus ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum, ecclesia certa conexionis successione usque ad tempora ista perduxit.

1607 33, 6. Quae umquam litterae ullum habebunt pondus 73
auctoritatis, si evangelicae, si apostolicae non habebunt? De quo libro certum erit cuius sit, si litterae quas apostolorum dicit et tenet ecclesia ab ipsis apostolis propagata et per omnes gentes tanta eminentia declarata, utrum apostolorum sint incertum est? Et hoc erit certum scripsisse apostolos, quod huic ecclesiae contrarii haeretici proferunt auctorum suorum nominibus appellati, longe post apostolos exsistentium?

De consensu evangelistarum, 400.

1608 L. 1, c. 3, n. 6. Cum ergo Matthaeus circa regis, Lucas 418
circa sacerdotis personam gereret intentionem, utique humanitatem Christi maxime commendarunt. Secundum hominem quippe Christus et rex et sacerdos effectus est, cui dedit *Deus sedem David patris* sui, ut *regni eius non* esset *finis* [Lc 1, 32 sq] et esset ad interpellandum pro nobis *mediator Dei et hominum homo Christus Iesus* [1 Tim 2, 5].

1604. CV 25, 1, 564; ML 42, 385. 1605. CV 25, 1, 621; ML 42, 418.
1606. CV 25, 1, 739; ML 42, 485. 1607. CV 25, 1, 791; ML 42, 514
1608. CV 43 (ed. F. Weihrich, 1904), 6; ML 34, 1044.

66 1, 35, 54. Cum illi [evangelistae] scripserunt quae ille [Christus] 1609
ostendit et dixit, nequaquam dicendum est quod ipse non scripserit, quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognoverunt. Quidquid enim ille de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis tamquam suis manibus imperavit.

571 2, 1, 2. Exsequitur ergo humanam generationem Christi 1610
Matthaeus, ab Abraham generatores commemorans, quos perducit ad Ioseph *virum Mariae, de qua natus est Iesus* [Mt 1, 16]. Neque enim fas erat ut eum ob hoc a coniugio Mariae separandum putaret, quod non ex eius concubitu, sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere vocarique coniugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.

71 2, 12, 29. Utilis igitur modus et memoriae maxime com- 1611
mendandus, cum de convenientia dicimus evangelistarum, non esse mendacium. Cum quisque etiam dicens aliquid aliud quod etiam ille non dixit, de quo aliquid narrat, voluntatem tamen eius hanc explicat, quam etiam ille qui eius verba commemorat. Ita enim salubriter discimus nihil aliud esse quaerendum quam quid velit qui loquitur.

70 2, 21, 51. Quid interest, quis quo loco ponat sive quod 1612
ex ordine inserit, sive quod omissum recolit, sive quod postea factum ante praeoccupat, dum tamen non adversentur eadem
69 vel alia narranti nec sibi nec alteri? Quia enim nullius in potestate est, quamvis optime fideliterque res cognitas quo quisque ordine recordetur — quid enim prius posteriusve homini veniat in mentem, non est ut volumus, sed ut datur — satis probabile est quod unusquisque evangelistarum eo se ordine credidit debuisse narrare, quo voluisset Deus ea ipsa quae narrabat eius recordationi suggerere in iis dumtaxat rebus, quarum ordo, sive ille sive ille sit, nihil minuit auctoritati veritatique evangelicae.

De fide rerum quae non videntur, 400.

247 C. 1, n. 1. Sunt qui putant christianam religionem propterea 1613
257 ridendam potius quam tenendam, quia in ea non res quae videatur ostenditur, sed fides rerum quae non videntur ho-
260 minibus imperatur. Nos ergo ad hos refellendos, qui prudenter sibi videntur nolle credere quod videre non possunt, etsi non valemus humanis adspectibus monstrare divina quae credimus,

---

1609. CV 43, 60; ML 34, 1070. 1610. CV 43, 82; ML 34, 1071.
1611. CV 43, 130; ML 34, 1092. 1612. CV 43, 152; ML 34, 1102.
1613. ML 40, 171.

tamen humanis mentibus etiam illa, quae non videntur, cre-
denda esse monstramus.
1614 4, 7. Me attendite, vobis dicit ecclesia; me attendite, quam 42
videtis, etiamsi videre nolitis. Qui enim temporibus illis in
iudaea terra fideles fuerunt, ex virgine nativitatem mirabilem
ac passionem, resurrectionem, ascensionem Christi, omnia
divina dicta eius et facta praesentes praesentia didicerunt.
Haec vos non vidistis, propterea credere recusatis. Ergo
haec adspicite, in haec intendite, haec quae cernitis cogitate,
quae vobis non praeterita narrantur, nec futura praenuntiantur,
sed praesentia demonstrantur. An vobis inane vel leve videtur 28
et nullum vel parvum putatis esse miraculum divinum, quod
in nomine unius crucifixi universum genus currit humanum?
1615 7, 10. Quando tantum crucifixus ille potuisset, nisi Deus 8
hominem suscepisset, etiamsi nulla per prophetas futura talia 24
praedixisset? Cum vero tam magnum pietatis sacramentum
habuerit antecedentes vates suos atque praecones, quorum
divinis vocibus est praenuntiatum, et sic venerit quemadmodum
est praenuntiatum, quis ita sit demens, ut dicat apostolos de 16
Christo fuisse mentitos, quem sic venisse praedicaverunt, quem-
admodum eum venturum prophetae ante praedixerunt, qui
nec de ipsis apostolis vera futura tacuerunt?

Contra epistulam Parmeniani, 400.

1616 L. 2, c. 10, n. 22. Hoc paene in omnibus talibus quae- 451
stionibus intellegendum admonemus, quia scilicet omnia sacra- 452
menta, cum obsunt indigne tractantibus, prosunt tamen per
eos digne sumentibus, sicut et verbum Dei.
1617 2, 13, 28. Utrumque [baptismus et ordo] sacramentum est 459
et quadam consecratione utrumque homini datur, illud cum 553
baptizatur, illud cum ordinatur, ideoque in Catholica utrumque 446
non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte venientes
etiam praepositi, bono pacis correcto schismatis errore, suscepti
sunt, etiamsi visum est opus esse ut eadem officia gererent
quae gerebant, non sunt rursus ordinati, sed sicut baptismus
in iis, ita ordinatio mansit integra, quia in praecisione fuerat
vitium quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis,
quae ubicumque sunt ipsa sunt.
1618 2, 13, 29. Quamquam etsi laicus aliqua pereuntis necessitate 468
compulsus dederit [baptisma], quod, cum ipse acciperet, quo-
modo dandum esset addidicit, nescio utrum quisquam pie
dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si

1614. ML 40, 176. 1615. ML 40, 180.
1616. CV 51 (ed. M. Petschenig, 1908), 70; ML 43, 65.
1617. CV 51, 79; ML 43, 70. 1618. CV 51, 80; ML 43, 71.

fiat, alieni muneris usurpatio est; si autem necessitas urgeat,
aut nullum aut veniale delictum est. Sed et si nulla necessitate
usurpetur et a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit non
potest dici non datum, quamvis recte dici possit illicite datum.
445 2, 13, 29. Si quisque, sive desertor sive qui numquam 1619
446 omnino militavit, nota militari privatum aliquem signet, nonne,
ubi fuerit deprehensus, ille signatus pro desertore punitur . . .?
At si forte illum militiae characterem in corpore suo non
militans pavidus exhorruerit et ad clementiam imperatoris
confugerit, ac prece fusa et impetrata venia militare iam
coeperit, numquid homine liberato atque correcto character
ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? An forte
minus haerent sacramenta christiana quam corporalis haec
nota, cum videamus nec apostatas carere baptismate, quibus
utique per paenitentiam redeuntibus non restituitur et ideo amitti
non potuisse iudicatur?
445 2, 13, 30. Si nos male facimus, ipsi explicent quomodo 1620
sacramentum baptizati non possit amitti et sacramentum ordi-
nati possit amitti, quoniam dicunt: «Recedens ab ecclesia
baptismum quidem non amittit, ius dandi tamen amittit.» Si
enim utrumque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur
illud non amittitur et illud amittitur? Neutri sacramento in-
iuria facienda est.

De baptismo, 400.

450 L. 1, c. 12, n. 18. Sicut enim in illo, qui fictus accesserat, 1621
fit ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione et veraci
confessione purgetur, quod non posset sine baptismo, sed ut
quod ante datum est tunc valere incipiat ad salutem, cum
469 illa fictio veraci confessione recesserit; sic etiam iste qui
baptisma Christi, quod non amiserunt qui se separaverunt,
inimicus caritatis et pacis Christi in aliqua haeresi aut schismate
accepit, quo sacrilego scelere peccata eius non dimittebantur,
cum se correxerit et ad ecclesiae societatem unitatemque
446 venerit, non iterum baptizandus est, quia ipsa ei reconciliatione
444 ac pace praestatur, ut ad remissionem peccatorum eius in
unitate iam prodesse incipiat sacramentum, quod acceptum in
schismate prodesse non poterat.
549 1, 12, 20. Redire dimissa peccata, ubi fraterna caritas non 1622
est, apertissime Dominus in evangelio docet de illo servo,
quem cum invenisset debitorem decem milium talentorum,
deprecanti omnia dimisit [cf. Mt 18, 23 sqq]. Ille autem con-
servum suum qui ei debebat centum denarios, cum miseratus
non fuisset, iussit eum dominus reddere quae ei dimiserat...

1619. CV 51, 80; ML 43, 71. 1620. CV 51, 81; ML 43, 72.
1621. CV 51, 162; ML 43, 119. 1622. CV 51, 164; ML 43, 120.

Sic non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata 475
dimittat, etiamsi odium fraternum in eius cui dimittuntur animo perseverat. . . . Deinceps autem continuo reus esse incipit, non solum consequentium, sed etiam praeteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus, quae dimissa sunt. Et saepe ista contingunt in ecclesia.

1623 2, 7, 12. Nolite ergo nobis auctoritatem obicere Cypriani 85
ad baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplum Cypriani ad unitatis conservationem. Nondum enim erat diligenter illa quaestio baptismi pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tenebat ecclesia, in ipsis quoque schismaticis et haereticis corrigere quod pravum est, non iterare 446
quod datum est, sanare quod vulneratum est, non curare 469
quod sanum est. Quam consuetudinem credo ex apostolica 80
traditione venientem, sicut multa quae non inveniuntur in litteris eorum neque in conciliis posterorum, et tamen, quia per universam custodiuntur ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita et commendata creduntur.

1624 3, 10, 13. Aliud est non habere aliquid, aliud non iure 451
habere vel illicite usurpare. Non itaque ideo non sunt sacra- 452
menta Christi et ecclesiae, quia iis illicite utuntur, non haeretici solum, sed etiam omnes iniqui et impii. Sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa vero agnoscenda et veneranda sunt.

1625 3, 13, 18. Si autem, quamvis apud haereticos vel schis- 469
maticos idem sit baptismus Christi, non tamen ibi operatur remissionem peccatorum propter eamdem discordiae foeditatem et dissensionis iniquitatem, tunc incipit valere idem 444
baptismus ad dimittenda peccata, cum ad ecclesiae pacem venerint, ut vere dimissa non retineantur, neque ut ille baptismus quasi alienus aut alius improbetur, ut alter tradatur, sed ut idem ipse, qui propter discordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur salutem.

1626 3, 15, 20. Quamobrem si evangelicis verbis *in nomine* 469
Patris et Filii et Spiritus Sancti [Mt 28, 19] Marcion baptismum consecrabat, integrum erat sacramentum, quamvis eius fides sub iisdem verbis aliud opinantis quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata.

1627 3, 16, 21. Manus autem impositio non sicut baptismus 439 446
repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super 544
hominem?

1628 4, 10, 16. Quantum arbitror, iam claret et liquet, in ista 450
quaestione de baptismo non esse cogitandum quis det, sed 468

1623. CV 51, 186; ML 43, 133. 1624. CV 51, 205; ML 43, 144.
1625. CV 51, 208; ML 43, 146. 1626. CV 51, 211; ML 43, 147.
1627. CV 51, 213; ML 43, 149. 1628. CV 51, 240; ML 43, 164.

quid det; aut quis accipiat, sed quid accipiat; aut quis habeat, sed quid habeat.

471 4, 21, 28. Nec ego dubito catechumenum catholicum divina 1629
caritate flagrantem haeretico baptizato anteponere. Sed etiam in ipsa intus Catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus; nec ideo tamen sacramento baptismatis, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam aut catechumeni sacramentum sacramento baptismi praeferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremque cognoscimus. Melior enim centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim et ante baptismum Sancto Spiritu impletus est, ille et post baptismum immundo spiritu inflatus est.

472 4, 22, 29. Baptismi sane vicem aliquando implere passio- 1630
nem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: *Hodie mecum eris in paradiso* [Lc 23, 43], non leve documentum idem
471 beatus Cyprianus assumit. Quod etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest.

78 4, 24, 31. Quod universa tenet ecclesia nec conciliis in- 1631
stitutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur.

474 4, 24, 31. Cum pro iis [parvulis] alii respondent, ut impleatur 1632
erga eos celebratio sacramenti, valet utique ad eorum con-
453 secrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet.

488 5, 8, 9. Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non 1633
506 malum accipiendo sed male accipiendo locum in se diabolo praebuit, sic indigne quisque sumens dominicum sacramentum non efficit, ut, quia ipse malus est, malum sit, aut, quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini et sanguis Domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat apostolus: *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit* [1 Cor 11, 29].

460 5, 10, 12. Quaero itaque, si baptismo Ioannis peccata 1634
dimittebantur, quid amplius praestari potuit per baptismum Christi iis, quos apostolus Paulus post Ioannis baptismum Christi baptismo voluit baptizari [cf. Act 19, 4 5]?

451 5, 20, 28. Si ergo ad hoc valet quod dictum est in evan- 1635
gelio: *Deus peccatorem non audit* [Io 9, 31], ut per peccatorem

---

1629. CV 51, 255; ML 43, 172. 1630. CV 51, 257; ML 43, 173.
1631. CV 51, 259; ML 43, 174. 1632. CV 51, 260; ML 43, 175.
1633. CV 51, 270; ML 43, 181. 1634. CV 51, 272; ML 43, 183.
1635. CV 51, 285; ML 43, 190.

sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam de-
precantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel 455
super eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus
imponitur? Quae tamen omnia et fiunt et valent etiam per
homicidas, id est, per eos qui oderunt fratres, etiam in ipsa
intus ecclesia.

1636 5, 23, 33. Quemadmodum Spiritum Sanctum, sicut habent 469
filii dilecti, non habent filii maligni, et tamen baptismum
habent, sic et ecclesiam, sicut habent catholici, non habent
haeretici, et tamen baptismum habent.

1637 6, 9, 14. Si non esset baptisma unum et verum nisi in 469
ecclesia, non utique esset in iis, qui ab unitate discedunt.
Est autem in iis; nam non id recipiunt redeuntes, non ob
aliud nisi quia non amiserant recedentes. . . . Venientibus 444
enim ad catholicam pacem prodesse incipiunt quae foris in-
erant, sed non proderant.

1638 6, 25, 47. Deus adest evangelicis verbis suis, sine quibus 448
baptismus Christi consecrari non potest, et ipse sanctificat 449
sacramentum suum, ut homini, sive antequam baptizetur, sive 444
cum baptizatur, sive postea quandoque veraciter ad se con-
verso id ipsum valeat ad salutem, quod ad perniciem, nisi con-
verteretur, valeret. Ceterum quis nesciat non esse baptismum 465
Christi, si verba evangelica, quibus symbolum constat, illic
defuerint? Sed facilius inveniuntur haeretici qui omnino non
baptizent, quam qui non illis verbis baptizent.

1639 7, 53, 102. Si quis me forte in eo concilio constitutum, 468
ubi talium rerum quaestio versaretur, non praecedentibus 469
talibus, quorum sententias sequi mallem, urgeret ut dicerem
quid ipse sentirem; si eo modo affectus essem, quo eram
cum ista dictarem, nequaquam dubitarem habere baptismum
eos, qui ubicumque et a quibuscumque illud verbis evangelicis
consecratum sine sua simulatione et cum aliqua fide accepissent, 453
quamquam iis ad salutem spiritalem non prodesset, si caritate
caruissent, qua catholicae insererentur ecclesiae.

De bono coniugali, 400/1.

1640 C. 3, n. 3. Bonum ergo coniugii, quod etiam Dominus in 568
evangelio confirmavit, non solum quia prohibuit dimittere 570
uxorem nisi ex causa fornicationis [Mt 19, 9], sed etiam quia
venit invitatus ad nuptias [Io 2, 2], cur sit bonum merito
quaeritur. Quod mihi non videtur propter solam filiorum pro-
creationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso

1636. CV 51, 290; ML 43, 193. 1637. CV 51, 308; ML 43, 204.
1638. CV 51, 324; ML 43, 214. 1639. CV 51, 373; ML 43, 243.
1640. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 190; ML 40, 375.

sexu societatem. . . . Habent etiam id bonum coniugia, quod
carnalis vel iuvenalis incontinentia, etiamsi vitiosa est, ad
propagandae prolis redigitur honestatem, ut ex malo libidinis
aliquid boni faciat copulatio coniugalis.

576 17, 19. Tunc [in V. T.] ipsius pietatis erat operatio etiam 1641
carnaliter filios propagare, quia illius populi generatio nuntia
futurorum erat et ad dispensationem propheticam pertinebat.
20. Ideoque non sicut uni viro etiam plures habere licebat
uxores, ita uni feminae plures viros, nec prolis ipsius causa,
si forte illa parere posset, ille generare non posset.

568 24, 32. Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque 1642
omnes homines in causa generandi est et in fide castitatis;
quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate
572 sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem
alteri nubere, dum vir eius vivit, nec saltem ipsa causa
pariendi; quae cum sola sit qua nuptiae fiunt, nec ea re non
subsequente propter quam fiunt solvitur vinculum nuptiale
553 nisi coniugis morte. Quemadmodum si fiat ordinatio cleri
445 ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non
subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordi-
nationis, et, si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur,
sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad
iudicium permanente.

De sancta virginitate, 400/1.

432 C. 4, n. 4. Christus nascendo de virgine, quae antequam 1643
434 sciret quis de illa fuerat nasciturus, virgo statuerat permanere,
virginitatem sanctam approbare maluit quam imperare. Ac sic
etiam in ipsa femina in qua formam servi accepit, virginitatem
esse liberam voluit.

377 6, 6. Illa una femina, non solum spiritu verum etiam cor- 1644
pore, et mater est et virgo. Et mater quidem spiritu, non
capitis nostri, quod est ipse salvator, ex quo magis illa spi-
ritaliter nata est, quia omnes qui in eum crediderint, in quibus
433 et ipsa est, recte *filii sponsi* [Mt 9, 15] appellantur, sed plane
mater membrorum eius, quod nos sumus, quia cooperata est
caritate, ut fideles in ecclesia nascerentur, quae illius capitis
membra sunt, corpore vero ipsius capitis mater

Contra litteras Petiliani Donatistae, 400—402.

451 L. 2, c. 35, n. 82. Cum ergo vobis fuerit manifestatum, nec 1645
454 illum qui ministravit, nec illum qui accepit baptismum, puram

---

1641. CV 41, 213; ML 40, 387. 1642. CV 41, 226; ML 40, 394.
1643. CV 41, 238; ML 40, 398. 1644. CV 41, 239; ML 40, 399.
1645. CV 52 (ed. M. Petschenig, 1909), 68; ML 43, 288.

habuisse conscientiam, denuo baptizandum esse censebitis? Nequaquam hoc dicturus, nequaquam facturus es. Baptismi ergo puritas a puritate vel immunditia conscientiae, sive dantis sive accipientis, omnino distincta est.

1646 2, 72, 162. Quia ex occasione, praetermittendum non 442
est: certe antiquus populus Dei circumcisionem pro baptismo habebat.

1647 2, 104, 239. Sacramentum chrismatis . . . in genere visi- 476 437
bilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus; 459
sed potest esse et in hominibus pessimis, in operibus carnis vitam consumentibus et regnum caelorum non possessuris. . . .
Discerne ergo visibile sanctum sacramentum, quod esse et in 454
bonis et in malis potest, illis ad praemium, illis ad iudicium, ab invisibili unctione caritatis, quae propria bonorum est.

[?] De unitate ecclesiae, 402.

1648 C. 10, n. 50. Nec nos propterea dicimus nobis credi opor- 7
tere, quod in ecclesia Christi sumus, quia ipsam quam tenemus, commendavit Milevitanus Optatus, vel Mediolanensis Ambrosius, vel alii innumerabiles nostrae communionis episcopi; aut quia nostrorum collegarum conciliis ipsa praedicata est; aut quia per totum orbem in locis sanctis, quae frequentat nostra communio, tanta mirabilia vel exauditionum vel sanitatum fiunt. . . . Quaecumque talia in Catholica fiunt, ideo sunt approbanda, quia in Catholica fiunt; non ideo ipsa Catholica manifestatur,
quia haec in ea fiunt. Ipse Dominus Iesus, cum resurrexisset 24
a mortuis et discipulorum oculis videndum manibusque tangendum suum corpus offerret, ne quid tamen fallaciae se pati arbitrarentur, magis eos testimoniis legis et prophetarum et psalmorum confirmandos esse iudicavit, ostendens ea de se impleta, quae fuerant tanto ante praedicta. Sic et ecclesiam suam commendavit dicens *praedicari in nomine suo paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem* [Lc 24, 44 sqq]. Hoc in lege et prophetis et psalmis esse scriptum ipse testatus est; hoc eius ore commendatum tenemus. Haec sunt causae nostrae documenta, haec fundamenta, haec firmamenta.

De Trinitate, 400—416.

1649 L. 1, c. 1, n. 2. Quae vero proprie de Deo dicuntur, quae- 94
que in nulla creatura inveniuntur, raro ponit scriptura divina; sicut illud quod dictum est ad Moysen: *Ego sum qui sum,* et: *Qui est, misit me ad vos* [Ex 3, 14]. Cum enim esse aliquo

1646. CV 52, 103; ML 43, 309. 1647. CV 52, 154; ML 43, 342.
1648. CV 52, 297; ML 43, 430. 1649. ML 42, 821.

modo dicatur et corpus et animus, nisi proprio quodam modo vellet intellegi, non id utique diceret.

141 1, 4, 7. Omnes quos legere potui, qui ante me scripserunt 1650
de Trinitate, quae Deus est, divinorum librorum veterum et novorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scrip-
149 turas docere, quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus unius eiusdemque substantiae inseparabili aequalitate divinam insinuent unitatem; ideoque non sint tres dii sed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, et ideo Filius non sit qui Pater est; Filiusque a Patre sit genitus, et ideo Pater non sit qui Filius est; Spiritusque Sanctus nec Pater sit nec Filius,
168 sed tantum Patris et Filii Spiritus, Patri et Filio etiam ipse
166 coaequalis, et ad Trinitatis pertinens unitatem.

391 1, 13, 28. Nisi tamen ipse idem esset filius hominis propter 1651
formam servi quam accepit, qui est Filius Dei propter Dei formam in qua est, non diceret Paulus apostolus de principibus huius saeculi: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent* [1 Cor 2, 8]. Ex forma enim servi crucifixus est, et tamen Dominus gloriae crucifixus est. Talis enim erat illa susceptio, quae Deum hominem faceret et hominem Deum.

485 3, 4, 10. Potuit [Paulus] significando praedicare Dominum 1652
Iesum Christum, aliter per linguam suam, aliter per epistulam, aliter per sacramentum corporis et sanguinis eius; nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos lingua editos, nec signa litterarum conscripta pelliculis, corpus Christi et sanguinem dicimus, sed illud tantum quod
497 ex fructibus terrae acceptum et prece mystica consecratum
508 rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis
483 dominicae passionis.

105 3, 11, 21. Substantia vel, si melius dicitur, essentia Dei, 1653
ubi pro modulo nostro ex quantulacumque particula intellegimus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, quandoquidem nullo modo mutabilis est, nullo modo potest ipsa per semet-
147 ipsam esse visibilis. 22. Proinde illa omnia quae patribus visa sunt, cum Deus illis secundum suam dispensationem temporibus congruam praesentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fecerit, per angelos tamen esse facta non ex nostro sensu dicimus, ne cuiquam videamur plus sapere, sed sapimus ad temperantiam [Rom 12, 3].

403 4, 13, 16. Demonstravit spiritus mediatoris, quam nulla 1654
poena peccati usque ad mortem carnis accesserit, quia non eam deseruit invitus, sed quia voluit, quando voluit, quomodo voluit.

1650. ML 42, 824. 1651. ML 42, 840. 1652. ML 42, 873.
1653. ML 42, 881. 1654. ML 42, 898.

1655 4, 13, 17. Morte sua quippe uno verissimo sacrificio pro 416
nobis oblato, quidquid culparum erat unde nos principatus 413
et potestates ad luenda supplicia iure detinebant, purgavit,
abolevit, exstinxit; et sua resurrectione in novam vitam nos
praedestinatos vocavit, vocatos iustificavit, iustificatos glorificavit
[Rom 8, 30]. . . . Quocirca etiam ipso Domino se credebat
diabolus superiorem, in quantum illi Dominus in passionibus
cessit; quia et de ipso intellectum est quod in psalmo legitur:
Minuisti eum paulo minus ab angelis [Ps 8, 6], ut ab iniquo
velut aequo iure adversum nos agente, ipse occisus innocens
eum iure aequissimo superaret, atque ita *captivitatem* propter
peccatum factam *captivaret* [Eph 4, 8], nosque liberaret a
captivitate propter peccatum iusta, suo iusto sanguine iniuste
fuso mortis chirographum delens et iustificandos redimens
peccatores.

1656 4, 20, 27. Si autem secundum hoc missus a Patre Filius 184
dicitur, quia ille Pater est, ille Filius, nullo modo impedit ut
credamus aequalem Patri esse Filium et consubstantialem et 158
coaeternum, et tamen a Patre missum Filium. Non quia ille 160
maior est, ille minor, sed quia ille Pater, ille Filius; ille
genitor, ille genitus; ille a quo est qui mittitur, ille qui est
ab eo qui mittit.

1657 4, 20, 28. Pater, cum ex tempore a quoquam cognoscitur, 151
non dicitur missus; non enim habet de quo sit, aut ex quo
procedat. Sapientia quippe dicit: *Ego ex ore Altissimi prodivi* [Eccli 24, 5]. Et de Spiritu Sancto dicitur: *A Patre procedit* [Io 15, 26]; Pater vero a nullo

1658 5, 1, 2. Quod ergo non invenimus in meliore nostro, non 113
debemus in illo quaerere, quod longe melius est meliore
nostro, ut sic intellegamus Deum, si possumus, quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine
indigentia creatorem, sine situ praesidentem, sine habitu
omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore
sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem,
nihilque patientem. Quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum
potest omni modo invenire quid sit, pie tamen cavet, quantum potest, aliquid de eo sentire quod non sit.

1659 5, 3, 4. Inter multa quae Ariani adversus catholicam fidem 186
solent disputare, hoc sibi maxime callidissimum machinamentum proponere videntur, cum dicunt: Quidquid de Deo dicitur
vel intellegitur, non secundum accidens, sed secundum substantiam dicitur. Quapropter ingenitum esse Patri secundum
substantiam est et genitum esse Filio secundum substantiam

1655. ML 42, 899. 1656. ML 42, 906.
1657. ML 42, 908. 1658. ML 42, 912.
1659. ML 42, 913.

est. Diversum est autem ingenitum esse et genitum esse
diversa est ergo substantia Patris et Filii.

97 5, 5, 6. In rebus creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens 1660
dicatur. . . . In Deo autem nihil quidem secundum accidens
dicitur, quia nihil in eo mutabile est; nec tamen omne quod
178 dicitur, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid,
sicut pater ad filium et filius ad patrem, quod non est accidens: quia et ille semper pater et ille semper filius, et non
ita semper quasi ex quo natus est Filius, ut ex eo quod numquam desinat esse filius, Pater non desinat esse pater; sed
ex eo quod semper natus est Filius, nec coepit umquam esse
filius. . . . Quamobrem quamvis diversum sit patrem esse et
filium esse, non est tamen diversa substantia, quia hoc non
secundum substantiam dicuntur, sed secundum relativum; quod
tamen relativum non est accidens, quia non est mutabile.

180 5, 13, 14. Cum dicimus et Patrem principium et Filium 1661
principium, non duo principia creaturae dicimus, quia et
Pater et Filius simul ad creaturam unum principium est, sicut
unus creator, sicut unus Deus.

171 5, 14, 15. Si ergo et quod datur, principium habet eum 1662
a quo datur, quia non aliunde accepit illud quod ab ipso
procedit, fatendum est Patrem et Filium principium esse
Spiritus Sancti, non duo principia, sed sicut Pater et Filius
unus Deus et ad creaturam relative unus creator et unus
Dominus, sic relative ad Spiritum Sanctum unum principium,
180 ad creaturam vero Pater et Filius et Spiritus Sanctus unum
195 principium, sicut unus creator et unus Dominus.

101 5, 16, 17. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus quod 1663
antea non dicebatur, manifestum est relative dici; non tamen
secundum accidens Dei quod ei aliquid acciderit, sed plane
secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit
relative. Et quod amicus Dei iustus esse incipit, ipse mutatur;
Deus autem absit ut temporaliter aliquem diligat, quasi nova
dilectione quae in illo ante non erat, apud quem nec praeterita transierunt et futura iam facta sunt.

96 6, 4, 6. Humano quippe animo non hoc est esse quod 1664
est fortem esse, aut prudentem, aut iustum, aut temperantem:
potest enim esse animus et nullam istarum habere virtutem.
Deo autem hoc est esse quod est fortem esse, aut iustum
esse, aut sapientem esse, et si quid de illa simplici multiplicitate, vel multiplici simplicitate dixeris, quo substantia eius
significetur.

1660. ML 42, 914. 1661. ML 42, 920.
1662. ML 42, 921. 1663. ML 42, 923.
1664. ML 42, 927.

1665 6, 5, 7. Etiam Spiritus Sanctus in eadem unitate substan- 176
tiae et aequalitate consistit [cum Patre et Filio]. Sive enim sit unitas amborum, sive sanctitas, sive caritas, sive ideo unitas quia caritas, et ideo caritas quia sanctitas, manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur, generatoremque suum diligat.

1666 6, 7, 8. Deus vero multipliciter quidem dicitur magnus, 96
bonus, sapiens, beatus, verus et quidquid aliud non indigne dici videtur; sed eadem magnitudo eius est, quae sapientia, non enim mole magnus est, sed virtute, et eadem bonitas quae sapientia et magnitudo, et eadem veritas quae illa omnia, et non est ibi aliud beatum esse, et aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino ipsum esse.

1667 6, 7, 9. Nec quoniam Trinitas est, ideo triplex putandus 177
est: alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quam simul Pater et Filius. Quamquam non inveniatur quomodo dici possit aut Pater solus, aut Filius solus; cum semper atque inseparabiliter et ille cum Filio sit et ille cum Patre; non ut ambo sint Pater, aut ambo Filius, sed quia semper in invicem, neuter solus.

1668 7, 4, 8. Quod de personis secundum nostram, hoc de sub- 149
stantiis secundum Graecorum consuetudinem, ea quae diximus, oportet intellegi. Sic enim dicunt illi tres substantias, unam essentiam, quemadmodum nos dicimus tres personas, unam essentiam vel substantiam.

1669 7, 5, 10. Res ergo mutabiles neque simplices proprie di- 96
cuntur substantiae. . . . Nefas est autem dicere ut subsistat et 97
subsit Deus bonitati suae, atque illa bonitas non substantia sit vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto: unde manifestum est Deum abusive substantiam vocari, ut nomine usitatiore intellegatur essentia, quod vere ac proprie dicitur; ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia 94
incommutabilis est, idque nomen suum famulo suo Moysi enuntiavit, cum ait: *Ego sum qui sum,* et: *Dices ad eos: Qui est, misit me ad vos* [Ex 3, 14].

1670 8, Prooemium, 1. Diximus alibi, ea dici proprie in illa 178
Trinitate distincte ad singulas personas pertinentia, quae relative dicuntur ad invicem: sicut Pater et Filius et utrius- 175
que donum Spiritus Sanctus: non enim pater Trinitas, aut filius Trinitas, aut Trinitas donum. Quod vero ad se dicuntur singuli, non dici pluraliter tres, sed unum ipsam Trinitatem: sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus 164
Sanctus; et bonus Pater, bonus Filius, bonus Spiritus Sanctus;

1665. ML 42, 927. 1666. ML 42, 929. 1667. ML 42, 929.
1668. ML 42, 941. 1669. ML 42, 942. 1670. ML 42, 946.

et omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus: nec tamen tres dii, aut tres boni, aut tres omnipotentes, sed unus Deus, bonus, omnipotens ipsa Trinitas; et quidquid aliud non ad invicem relative, sed ad se singuli dicuntur. Hoc enim secundum essentiam dicuntur, quia hoc est ibi esse, quod magnum esse, quod bonum esse, quod sapientem esse, et quidquid aliud ad se unaquaeque ibi persona vel ipsa Trinitas dicitur. Ideoque dici tres personas, vel tres substantias, non ut aliqua intellegatur diversitas essentiae, sed ut vel uno aliquo vocabulo responderi possit, cum dicitur quid tres, vel quid tria; tantamque esse aequalitatem in ea Trinitate, ut non solum Pater non sit maior quam Filius, quod attinet ad divinitatem, sed nec Pater et Filius simul
177 maius aliquid sint quam Spiritus Sanctus, aut singula quaeque persona quaelibet trium minus aliquid sit quam ipsa Trinitas.

115 8, 3, 4. Bonum hoc et bonum illud: tolle hoc et illud, et 1671
vide ipsum bonum, si potes: ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis, vel quae commemoravi, vel quae alia cernuntur sive cogitantur, diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus, nisi esset nobis impressa notio ipsius boni, secundum quod et
276 probaremus aliquid et aliud alii praeponeremus. Sic amandus est Deus, non hoc et illud bonum, sed ipsum bonum.

261 9, 1, 1. Ea recta intentio est, quae proficiscitur a fide. 1672
Certa enim fides utcumque incohat cognitionem; cognitio vero certa non perficietur nisi post hanc vitam, cum *videbimus facie*
150 *ad faciem* [1 Cor 13, 12]. . . . Quod ergo ad istam quaestionem
148 attinet, credamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse unum Deum, universae creaturae conditorem atque rectorem; nec Patrem esse Filium, nec Spiritum Sanctum vel Patrem
178 esse vel Filium, sed Trinitatem relatarum ad invicem personarum et unitatem aequalis essentiae. Hoc autem quaeramus intellegere, ab eo ipso, quem intellegere volumus, auxilium precantes.

228 12, 6, 6. Dixit enim Deus: *Faciamus hominem ad imaginem* 1673
144 *et similitudinem nostram* [Gn 1, 26]. Paulo post autem dictum est: *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei* [ib. 27]. *Nostram* certe, quia pluralis est numerus, non recte diceretur, si homo ad unius personae imaginem fieret, sive Patris, sive Filii, sive Spiritus Sancti. Sed quia fiebat ad imaginem Trinitatis, propterea dictum est: *ad imaginem nostram.* Rursus autem ne in Trinitate credendos arbitraremur tres deos, cum sit eadem Trinitas unus Deus, *Et fecit,* inquit, *Deus hominem ad imaginem Dei,* pro eo ac si diceret: ad imaginem suam.

1671. ML 42, 949. 1672. ML 42, 961.
1673. ML 42, 1001.

1674 13, 8, 11. Cum ergo beati esse omnes homines velint, si 609
vere volunt, profecto et esse immortales volunt: aliter enim beati esse non possent. Denique et de immortalitate interrogati, sicut et de beatitudine, omnes eam se velle respondent.

1675 13, 14, 18. Quae est igitur iustitia, qua victus est diabolus? 413
Quae, nisi iustitia Iesu Christi? Et quomodo victus est? Quia, cum in eo nihil morte dignum inveniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit. Hoc est quod iustificari dicimur in Christi sanguine [Rom 5, 9].
Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocens 419
sanguis ille effusus est. . . . Numquid isto iure aequissimo diabolus vinceretur, si potentia Christus cum illo agere, non iustitia voluisset? Sed postposuit quod potuit, ut prius ageret
quod oportuit. Ideo autem illum esse opus erat et hominem 409
et Deum. Nisi enim homo esset, non posset occidi; nisi Deus esset, non crederetur noluisse quod potuit, sed non potuisse quod voluit; nec ab eo iustitiam potentiae praelatam fuisse, sed ei defuisse potentiam putaremus. Nunc vero humana pro nobis passus est, quia homo erat; sed si noluisset, etiam
hoc non pati potuisset, quia et Deus erat. . . . 15, 19. In 420
hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus non ditatus est, sed ligatus, ut nos ab eius nexibus solveremur.

1676 15, 13, 22. Quae autem scientia Dei est, ipsa et sapientia; 96
et quae sapientia, ipsa essentia sive substantia; quia in illius naturae simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse; sed quod est sapere, hoc est et esse.

1677 15, 14, 23. Verbum ergo Dei Patris unigenitus Filius, per 158
omnia Patri similis et aequalis, Deus de Deo, lumen de lu-
mine, sapientia de sapientia, essentia de essentia; est hoc 179
omnino quod Pater, non tamen Pater; quia iste Filius, ille Pater. Ac per hoc novit omnia quae novit Pater, sed ei nosse de Patre est, sicut esse. Nosse enim et esse ibi unum est. Et ideo, Patri sicut esse non est a Filio, ita nec nosse.
Proinde tamquam se ipsum dicens, Pater genuit Verbum sibi 163
aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in ipso.

1678 15, 17, 29. Et tamen non frustra in hac Trinitate non 161
dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec donum Dei nisi Spiritus 175
Sanctus, nec de quo genitum est Verbum et de quo procedit 172
principaliter Spiritus Sanctus nisi Deus Pater. Ideo autem
addidi ‚principaliter', quia et de Filio Spiritus Sanctus pro- 171

1674. ML 42, 1022. 1675. ML 42, 1027. 1676. ML 42, 1076.
1677. ML 42, 1076. 1678. ML 42, 1081.

cedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam exsistenti et nondum habenti, sed quidquid unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet et Spiritus Sanctus spiritus esset amborum.

274 15, 18, 31. *Dilectio Dei diffusa est in cordibus nostris, per* 1679
Spiritum Sanctum qui datus est nobis [Rom 5, 5]. 32. Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae. Dantur et alia per Spiritum Sanctum munera, sed sine caritate nihil
242 prosunt. . . . Sine caritate quippe fides potest quidem esse, sed non et prodesse.

394 15, 26, 46. Dominus ipse Iesus Spiritum Sanctum non 1680
solum dedit ut Deus, sed etiam accepit ut homo; propterea dictus est *plenus gratia* [Io 1, 14] et *Spiritu Sancto* [Lc 4, 1]. Et manifestius de illo scriptum est in Actibus apostolorum: *Quoniam unxit eum Deus Spiritu Sancto* [Act 10, 38]: non utique oleo visibili, sed dono gratiae, quod visibili significatur unguento, quo baptizatos unguit ecclesia. Nec sane tunc unctus est Christus Spiritu Sancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit [Mt 3, 16]; tunc enim corpus suum, id est ecclesiam suam, praefigurare dignatus est, in qua praecipue baptizati accipiunt Spiritum Sanctum; sed ista mystica et invisibili unctione tunc intellegendus est unctus,
385 quando *Verbum* Dei *caro factum est* [Io 1, 14], id est, quando
386 humana natura, sine ullis praecedentibus bonorum operum meritis, Deo Verbo est in utero virginis copulata, ita ut cum illo fieret una persona.

171 15, 26, 47. Si enim quidquid habet, de Patre habet Filius; 1681
de Patre habet utique ut et de illo procedat Spiritus Sanctus. . . .
151 Pater enim solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, et de re tanta sermonem qualem valuerint pro-
172 ferentium. Filius autem de Patre natus est; et Spiritus Sanctus de Patre principaliter, et ipso sine ullo temporis intervallo
174 dante, communiter de utroque procedit. Diceretur autem filius Patris et Filii, si, quod abhorret ab omnium sanorum sensibus, eum ambo genuissent. Non igitur ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amborum Spiritus.

15, 27, 48. De processione Spiritus Sancti locum transfert Augustinus, qui habetur In Io. tr. 99, 8 sq, cf. n. 1840.

145 15, 28, 51. Domine Deus noster, credimus in te Patrem, 1682
148 et Filium, et Spiritum Sanctum. Neque enim diceret veritas:
Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus

1679. ML 42, 1082. 1680. ML 42, 1093. 1681. ML 42, 1094.
1682. ML 42, 1097.

Sancti [Mt 28, 19], nisi Trinitas esses. Nec baptizari nos iuberes, Domine Deus, in eius nomine, qui non est Dominus Deus. Neque diceretur voce divina: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* [Dt 6, 4], nisi Trinitas ita esses, ut unus Dominus Deus esses. Et si tu Deus Pater ipse esses, et Filius Verbum tuum Iesus Christus ipse esses, et donum vestrum Spiritus Sanctus, non legeremus in litteris veritatis: *Misit Deus Filium suum* [Gal 4, 4; Io 3, 17]. Nec tu, o Unigenite, diceres de Spiritu Sancto: *Quem mittet Pater in nomine meo* [Io 14, 26], et: *Quem ego mittam vobis a Patre* [ib. 15, 26].

De Genesi ad litteram, 401—415.

1683 L. 1, c. 18, n. 37. In rebus obscuris atque a nostris oculis 215
remotissimis, si qua inde scripta etiam divina legerimus, quae possint, salva fide qua imbuimur, alias atque alias parere sententias, in nullam earum nos praecipiti affirmatione ita proiciamus, ut, si forte diligentius discussa veritas eam recte labefactaverit, corruamus, non pro sententia divinarum scripturarum, sed pro nostra ita dimicantes, ut eam velimus scripturarum esse, quae nostra est, cum potius eam, quae scripturarum est, nostram esse velle debeamus.

1684 1, 19, 39 Plerumque enim accidit ut aliquid de terra, de 215
caelo, de ceteris mundi huius elementis, de motu et conversione vel etiam magnitudine et intervallis siderum, de certis defectibus solis ac lunae, de circuitibus annorum et temporum, de naturis animalium, fruticum, lapidum atque huiusmodi ceteris, etiam non christianus ita noverit, ut certissima ratione vel experientia teneat. Turpe est autem nimis et perniciosum ac maxime cavendum, ut christianum de his rebus, quasi secundum christianas litteras loquentem, ita delirare audiat, ut, quemadmodum dicitur, toto caelo errare conspiciens risum tenere vix possit.

1685 1, 20, 40. Ad hoc enim considerandum et observandum 215
libri Geneseos multipliciter, quantum potui, enucleavi protulique sententias de verbis ad exercitationem nostram obscure positis, non aliquid unum temere affirmans cum praeiudicio alterius expositionis fortasse melioris.

1686 1, 21, 41. Dicet aliquis: Quid tu tanta tritura dissertationis 215
huius, quid granorum exuisti, quid eventilasti? Cur propemodum in quaestionibus adhuc latent omnia? Affirma aliquid eorum, quae multa posse intellegi disputasti. Cui respondeo, ad eum ipsum me suaviter cibum pervenisse, quod didici non

---

1683. CV 28, 2 (ed. I. Zycha, 1894), 27; ML 34, 260.
1684. CV 28, 2, 28; ML 34, 261. 1685. CV 28, 2, 29; ML 34, 261
1686. CV 28, 2, 30; ML 34, 262.

haerere hominem in respondendo secundum fidem, quod respondendum est hominibus qui calumniari libris nostrae salutis affectant, ut, quidquid ipsi de natura rerum veracibus documentis demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium, quidquid autem de quibuslibet suis voluminibus his nostris litteris, id est catholicae fidei, contrarium protulerint, aut aliqua etiam facultate ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse falsissimum.

67 72 215 2, 9, 20. Sed quia de fide agitur scripturarum, propter 1687
illam causam, quam non semel commemoravi, ne quisquam eloquia divina non intellegens, cum de his rebus tale aliquid vel invenerit in libris nostris vel ex illis audierit, quod perceptis a se rationibus adversari videatur, nullo modo iis cetera utilia monentibus vel narrantibus vel praenuntiantibus credat; breviter dicendum est de figura caeli hoc scisse auctores nostros, quod veritas habet; sed Spiritum Dei, qui per eos loquebatur, noluisse ista docere homines nulli saluti profutura.

235 4, 12, 22. Potest etiam intellegi Deum requievisse a con- 1688
dendis generibus creaturae, quia ultra iam non condidit aliqua genera nova; deinceps autem usque nunc et ultra operari eorumdem generum administrationem, quae tunc instituta sunt, non ut ipso saltem die septimo potentia eius a caeli et terrae omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessaret, alioquin continuo dilaberentur.

213 4, 22, 39. Et quia ceterae creaturae, quae infra ipsam 1689
[angelicam] fiunt, sine cognitione eius non fiunt, propterea nimirum idem dies ubique repetitur, ut eius repetitione fiant tot dies, quotiens distinguuntur rerum genera creatarum, perfectione senarii numeri terminanda; ut vespera primi diei sit etiam sui cognitio, non se esse quod Deus est; mane autem post hanc vesperam, quo concluditur dies unus et incohatur secundus, conversio sit eius, qua id, quod creata est, ad laudem referat creatoris, et percipiat de Verbo Dei cognitionem creaturae quae post ipsam fit, hoc est, firmamenti. . . . Deinde fit vespera illius lucis, cum ipsum firmamentum, non in Verbo Dei sicut ante, sed in ipsa eius natura cognoscit; quae cognitio, quoniam minor est, recte nomine vesperae significatur.

214 4, 27, 44. Istos septem dies, qui pro illis agunt hebdomada, 1690
cuius cursu et recursu tempora rapiuntur, in qua dies unus est a solis ortu usque in ortum circuitus, sic illorum vicem quamdam exhibere credamus, ut non eos illis similes, sed multum impares minime dubitemus.

1687. CV 28, 2, 46; ML 34, 270. 1688. CV 28, 2, 108; ML 34, 304.
1689. CV 28, 2, 121; ML 34, 312. 1690. CV 28, 2, 126; ML 34, 314.

1691 4, 32, 49. Mens itaque humana prius haec quae facta sunt 87 per sensus corporis experitur, eorumque notitiam pro infirmitatis humanae modulo capit; et deinde quaerit eorum causas, si quo modo possit ad eas pervenire principaliter atque incommutabiliter manentes in Verbo Dei, ac sic *invisibilia eius, per ea, quae facta sunt, intellecta conspicere* [Rom 1, 20]. . . . Mens vero angelica pura caritate inhaerens Verbo Dei, postea 198
quam illo ordine creata est, ut praecederet cetera, prius ea 199
vidit in Verbo Dei facienda, quam facta sunt.

1692 4, 33, 52. De quo enim creatore scriptura ista narravit, 211 quod sex diebus consummaverit opera sua, de illo alibi non utique dissonanter scriptum est, quod creaverit omnia simul [Eccli 18, 1]. Ac per hoc et istos dies sex vel septem, vel potius unum sexies septiesve repetitum simul fecit, qui fecit omnia simul.

1693 5, 16, 34. Propinquior nobis est qui fecit, quam multa 86 quae facta sunt. *In illo enim vivimus, et movemur, et sumus* [Act 17, 28]. . . . Ex quo fit, ut maior ad illa invenienda sit labor, quam ad illum a quo facta sunt, cum sit incomparabili felicitate praestantius illum ex quantulacumque particula pia mente sentire, quam illa universa comprehendere.

1694 5, 20, 40. Sunt qui arbitrentur tantummodo mundum ipsum 235 factum a Deo, cetera iam fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinavit et iussit, Deum autem ipsum nihil operari. Contra quos profertur illa sententia Domini: *Pater meus usque modo operatur* [Io 5, 17]. . . . Sic ergo credamus, vel, si possumus, etiam intellegamus, usque nunc operari Deum, ut, si conditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, intercidant.

1695 5, 33, 45. Sicut autem in ipso grano invisibiliter erant 211
omnia simul quae per tempora in arborem surgerent, ita 212
ipse mundus cogitandus est, cum Deus simul omnia creavit, habuisse simul omnia quae in illo cum illo facta sunt, quando factus est dies: non solum caelum cum sole et luna et sideribus, quorum species manet motu rotabili, et terram et abyssos, quae velut inconstantes motus patiuntur, atque inferius adiuncta partem alteram mundo conferunt; sed etiam illa quae aqua et terra produxit potentialiter atque causaliter, priusquam per temporum moras ita exorirentur, quomodo nobis iam nota sunt in iis operibus, quae Deus usque nunc operatur.

1696 6, 13, 23. Sed quomodo eum [Adam] fecit Deus de limo 225 terrae? Utrum repente in aetate perfecta, hoc est virili atque iuvenali, an sicut nunc usque format in uteris matrum? Neque enim alius haec fecit, quam ille qui dixit: *Priusquam te*

1691. CV 28, 2, 129; ML 34, 316. 1692. CV 28, 2, 133; ML 34, 318.
1693. CV 28, 2, 159; ML 34, 333. 1694. CV 28, 2, 163; ML 34, 335.
1695. CV 28, 2, 168; ML 33, 338. 1696. CV 28, 2, 187; ML 34, 348.

formarem in utero, novi te [Ier 1, 5]; ut illud tantum proprium habuerit Adam, quod non ex parentibus natus est, sed factus ex terra; eo tamen modo, ut in hoc perficiendo et per aetates augendo hi temporum numeri complerentur, quos naturae humani generis attributos videmus. An potius hoc non est requirendum? Utrumlibet enim fecerit, hoc fecit quod Deum et omnipotentem et sapientem posse ac facere congruebat.

5 6, 13, 24. Num Dominus lignum quaesivit aut terram aut 1697 has temporum moras, cum aquam miro compendio convertit in vinum, et tale vinum quod etiam ebrius conviva laudaret? . . . Num exspectati sunt hi dies, ut in draconem virga converteretur de manu Moysi et Aaron? Nec ista, cum fiunt, contra naturam fiunt, nisi nobis quibus aliter naturae cursus innotuit; non autem Deo, cui hoc est natura quod fecerit.

354 6, 24, 35. Quomodo ergo, inquiunt, renovari dicimur, si 1698 non hoc recipimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recipimus secundum quemdam modum, et non hoc recipimus secundum quemdam modum. Non itaque immortalitatem spiritalis corporis recipimus, quam nondum
229 298 habuit homo; sed recipimus iustitiam, ex qua per peccatum
610 lapsus est homo. Renovabimur ergo a vetustate peccati, non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam, sed in melius, id est in corpus spiritale, cum efficiemur aequales angelis Dei [Mt 22, 30], apti caelesti habitationi, ubi esca quae corrumpitur non egebimus. Renovabimur ergo spiritu mentis nostrae [Eph 4, 23] secundum imaginem eius qui creavit nos, quam peccando Adam perdidit.

231 6, 25, 36. Illud quippe [corpus] ante peccatum et mortale 1699 secundum aliam et immortale secundum aliam causam dici poterat: id est mortale, quia poterat mori; immortale, quia poterat non mori. Aliud est enim non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creavit Deus; aliud est autem posse non mori, secundum quem modum primus homo creatus est immortalis; quod ei praestabatur de ligno vitae, non de
299 constitutione naturae; a quo ligno separatus est cum peccasset, ut posset mori, qui, nisi peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat condicione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.

217 7, 28, 43. Nunc tamen de anima, quam Deus inspiravit 1700 homini, sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex Deo sic est, ut non sit substantia Dei, et sit incorporea, id
222 est non sit corpus, sed spiritus; non de substantia Dei genitus, nec de substantia Dei procedens, sed factus a Deo; nec ita factus, ut in eius naturam natura ulla corporis vel irrationalis

1697. CV 28, 2, 188; ML 34, 349. 1698. CV 28, 2, 196; ML 34, 353.
1699. CV 28, 2, 197; ML 34, 354. 1700. CV 28, 2, 228; ML 34, 372.

animae verteretur, ac per hoc de nihilo, et quod sit immortalis 218
secundum quemdam vitae modum, quem nullo modo potest
amittere; secundum quamdam vero mutabilitatem, qua potest
vel deterior vel melior fieri, non immerito etiam mortalis
possit intellegi; quoniam veram immortalitatem solus ille habet,
de quo proprie dictum est: *Qui solus habet immortalitatem*
[1 Tim 6, 16].

1701 8, 12, 26. Sicut aer praesente lumine non factus est lucidus, 354
sed fit; quia, si factus esset, non autem fieret, etiam absente
lumine lucidus maneret, sic homo Deo sibi praesente illuminatur,
absente autem continuo tenebratur; a quo non locorum
intervallis, sed voluntatis aversione disceditur. 364

1702 9, 15, 26. Natura mulieris creata est, quamvis ex virili, 226
quae iam erat, non aliquo motu iam exsistentium naturarum.
Angeli autem nullam omnino possunt creare naturam; solus 190
enim unus cuiuslibet naturae, seu magnae seu minimae, creator 195
est Deus, id est ipsa Trinitas, Pater et Filius et Spiritus
Sanctus.

1703 9, 17, 32. Elementa mundi huius corporei habent definitam 212
vim qualitatemque suam, quid unumquodque valeat vel non
valeat, quid de quo fieri possit vel non possit. Ex his velut
primordiis rerum, omnia quae gignuntur, suo quaeque tempore
exortus processusque sumunt, finesque et decessiones sui cuiusque
generis. Unde fit ut de grano tritici non nascatur faba,
vel de faba triticum, vel de pecore homo, vel de homine
pecus. Super hunc autem motum cursumque rerum naturalem
potestas creatoris habet apud se posse de his omnibus facere
aliud, quam eorum quasi seminales rationes habent, non tamen
id, quod non in iis posuit ut de his fieri vel ab ipso possit.

1704 10, 18, 32. Quid incoinquinatius illo utero virginis, cuius 435
caro, etiamsi de peccati propagatione venit, non tamen de
peccati propagatione concepit, ut ne ipsum quidem corpus
Christi ea lex severit in utero Mariae, quae in membris posita
corporis mortis repugnat legi mentis? . . . Proinde corpus 397
Christi, quamvis ex carne feminae assumptum est, quae de
illa carnis peccati propagine concepta fuerat, tamen quia non
sic in ea conceptum est, quomodo fuerat illa concepta, nec
ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati.

1705 10, 23, 39. Consuetudo matris ecclesiae in baptizandis 80
parvulis nequaquam spernenda est, neque ullo modo superflua 474
deputanda, nec omnino credenda, nisi apostolica esset traditio.
Habet enim et illa parva aetas magnum testimonii pondus,
quae prima pro Christo meruit sanguinem fundere.

1701. CV 28, 2, 250; ML 34, 383. 1702. CV 28, 2, 286; ML 34, 403.
1703. CV 28, 2, 291; ML 34, 406. 1704. CV 28, 2, 320; ML 34, 422.
1705. CV 28, 2, 327; ML 34, 426.

230 11, 1, 3. *Erant* ergo *ambo nudi* [Gn 2, 25]; verum est, 1706
omnino nuda erant corpora duorum hominum in paradiso
conversantium. *Nec pudebat eos* [ib.]; quid enim puderet,
quando nullam *legem* senserant *in membris* suis *repugnantem*
298 *legi mentis* suae [Rom 7, 23]? Quae illos poena peccati post
perpetrationem praevaricationis secuta est, usurpante inoboedientia
prohibitum, et iustitia puniente commissum. Quod
antequam fieret, nudi erant, ut dictum est, et non confundebantur:
nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur;
nihil putabant velandum, quia nihil senserant refrenandum.

120 11, 9, 12. Praesciebat [Deus] quod eorum [protoparentum] 1707
futura esset voluntas mala. Praesciebat sane, et quia falli
non potest eius praescientia, ideo non ipsius, sed eorum est
122 voluntas mala. Cur ergo eos creavit, quos tales futuros esse
123 praesciebat? Quia, sicut praevidit quid mali essent facturi,
sic etiam praevidit de malis factis eorum quid boni esset ipse
134 facturus. Sic enim eos fecit, ut iis relinqueret unde et ipsi
aliquid facerent, quo, quidquid etiam culpabiliter eligerent,
illum de se laudabiliter operantem invenirent. A se quippe
habent voluntatem malam, ab illo autem et naturam bonam
et iustam poenam; sibi debitum locum, aliis exercitationis
333 adminiculum et timoris exemplum. 10, 13. Sed posset, inquit,
etiam ipsorum voluntatem in bonum convertere, quoniam
omnipotens est. Posset plane. Cur ergo non fecit? Quia
noluit. Cur noluerit, penes ipsum est.

208 11, 14, 18. Nonnulli dicunt ipsum ei [diabolo] fuisse casum 1708
a supernis sedibus, quod inviderit homini facto ad imaginem
Dei. Porro autem invidia sequitur superbiam, non praecedit:
non enim causa superbiendi est invidia, sed causa invidendi
superbia.

Contra Felicem Manichaeum, 404.

67 L. 1, c. 10. Quia dixisti, quod Manichaeus vos docuerit 1709
initium, medium et finem, et quomodo vel quare factus sit
mundus, de cursu solis et lunae et de aliis quae commemorasti,
non legitur in evangelio Dominum dixisse: Mitto vobis
Paracletum qui vos doceat de cursu solis et lunae. Christianos
enim facere volebat, non mathematicos.

334 2, 4. *Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut* 1710
facite arborem malam et fructum eius malum [Mt 12, 33]. Cum
ergo dicit: *Aut* hoc *facite, aut* illud *facite,* potestatem indicat,
non naturam. Nemo enim nisi Deus facere arborem potest,

1706. CV 28, 2, 335; ML 34, 430. 1707. CV 28, 2, 342; ML 34, 434.
1708. CV 28, 2, 346; ML 34, 436.
1709. CV 25, 2 (ed. I. Zycha, 1892), 811; ML 42, 525.
1710. CV 25, 2, 831; ML 42, 538.

sed habet unusquisque in voluntate aut eligere quae bona sunt, et esse arbor bona, aut eligere quae mala sunt, et esse arbor mala.

1711 2, 18. Omnia quae fiunt et quod quisque facit, aut de se 189
est, aut ex aliquo, aut ex nihilo. Homo, quia non est omnipotens, de se filium facit, ex aliquo, sicut artifex ex ligno arcam, ex argento vasculum. Potuit enim facere vasculum, sed non potuit facere argentum; potuit facere arcam, sed non potuit facere lignum. Ex nihilo autem, ex eo quod prorsus
non est, facere ut sit, nullus hominum potest. Deus autem, 104
quia omnipotens est, et de se Filium genuit, et ex nihilo 190
mundum fecit, et ex limo hominem formavit, ut per istas tres potentias ostenderet effectionem suam in omnibus valentem.

De natura boni, 405.

1712 22. Deus autem nec modum habere dicendus est, ne finis 99
eius dici putetur. Nec ideo tamen immoderatus est, a quo modus omnibus rebus tribuitur, ut aliquo modo esse possint. Nec rursum moderatum oportet dici Deum, tamquam ab aliquo modum acceperit. Si autem dicamus eum summum modum, forte aliquid dicimus; si tamen in eo quod dicimus summum modum, intellegamus summum bonum.

Contra Cresconium Donatistam, 406.

1713 L. 1, c. 30, n. 35. Neque enim propterea mutandus vel 445
improbandus est regius character in homine, si erroris sui veniam et militandi ordinem a rege impetraverit, quia eumdem characterem quo sibi satellites congregaret, desertor infixit; aut propterea signa mutanda sunt ovibus, cum dominico gregi sociantur, quia iis dominicum signum fugitivus servus impressit.

Breviculus collationis cum Donatistis, 411.

1714 Coll. 3, c. 10, n. 20. De duabus etiam ecclesiis calumniam 43
eorum Catholici refutarunt, identidem expressius ostendentes 44
quid dixerint, id est, non eam ecclesiam quae nunc habet permixtos malos alienam se dixisse a regno Dei, ubi non erunt mali commixti, sed eamdem ipsam unam et sanctam ecclesiam nunc esse aliter, tunc autem aliter futuram; nunc habere malos mixtos, tunc non habituram; sicut nunc mortalem, quod ex mortalibus constaret hominibus, tunc autem immortalem, quod in ea nullus esset vel corpore moriturus.

1711. CV 25, 2, 847; ML 42, 547. 1712. CV 25, 2, 864; ML 42, 558.
1713. CV 52 (ed. M. Petschenig, 1909), 355; ML 43, 464.
1714. CV 53 (ed. M. Petschenig, 1910), 69; ML 43, 635.

De peccatorum meritis et remissione, 412.

354 L. 1, c. 9, n. 10. Christum imitantur sancti eius ad se- 1715
412 quendam iustitiam. Unde et idem apostolus dicit: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [1 Cor 11, 1]. Sed praeter hanc imitationem gratia eius illuminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur, illo opere de quo idem praedicator eius dicit: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed*
475 *qui incrementum dat Deus* [ib. 3, 7]. Hac enim gratia baptizatos quoque parvulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem
414 nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes vivificantur, praeter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam
302 latenter infundit et parvulis: sic et ille in quo omnes moriuntur, praeter quod iis, qui praeceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae tabificavit in se omnes de sua stirpe
303 venientes. . . . Hoc propagationis est, non imitationis.

501 1, 20, 27. An vero quisquam etiam hoc dicere audebit, 1716
505 quod ad parvulos haec sententia non pertineat, possintque sine participatione corporis huius et sanguinis in se habere vitam, quia non ait: Qui non manducaverit, sicut de baptismo: *Qui non renatus fuerit* [Io 3, 5]; sed ait: *Si non manducaveritis* [Io 6, 54], velut eos alloquens qui audire et intellegere poterant, quod utique non valent parvuli? Sed qui hoc dicit, non attendit quia, nisi omnes ista sententia teneat, ut sine corpore et sanguine Filii hominis vitam habere non possint, frustra etiam aetas maior id curat.

470 1, 24, 34. Optime Punici Christiani baptismum ipsum nihil 1717
501 aliud quam salutem, et sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant. Unde, nisi ex antiqua, ut existimo, et apostolica traditione, qua ecclesiae Christi insitum tenent, praeter baptismum et participationem mensae dominicae, non solum ad regnum Dei, sed nec ad salutem et vitam aeternam posse quemquam hominum pervenire? Hoc enim et scriptura testatur.

350 2, 3, 3. Acute autem sibi videntur dicere [Pelagiani], quasi 1718
nostrum hoc ullus ignoret, quod «si nolumus, non peccamus; nec praeciperet Deus homini, quod esset humanae impossibile
315 voluntati». Sed hoc non vident, quod ad nonnulla superanda, vel quae male cupiuntur, vel quae male metuuntur, magnis aliquando et totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros praevidit.

1715. ML 44, 114. 1716. ML 44, 124. 1717. ML 44, 128.
1718. ML 44, 152.

1719 2, 5, 5. Ad peccandum namque non adiuvamur a Deo; 313
iusta autem agere vel iustitiae praeceptum omni ex parte
implere non possumus, nisi adiuvemur a Deo. Sicut enim 308
corporis oculus non adiuvatur a luce ut ab eadem luce clausus
aversusve discedat, ut autem videat adiuvatur ab ea, neque
hoc omnino nisi illa adiuverit potest; ita Deus, qui lux est
hominis interioris, adiuvat nostrae mentis obtutum, ut non
secundum nostram, sed secundum eius iustitiam boni aliquid
operemur.

1720 2, 6, 7. Si a me quaeratur, utrum homo sine peccato 316
possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam et
liberum eius arbitrium, ipsum quoque liberum arbitrium ad
Dei gratiam, hoc est, ad Dei dona, pertinere non ambigens,
nec tantum ut sit, verum etiam ut bonum sit, id est, ad fa-
cienda mandata Domini convertatur; atque ita Dei gratia 325
non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuvet etiam ut 326
possit fieri quod ostenderit. . . . Dubitare non possum, nec
Deum aliquid impossibile homini praecepisse, nec Deo ad
opitulandum et adiuvandum, quo fiat quod iubet, impossibile
aliquid esse. Ac per hoc potest homo, si velit, esse sine
peccato, adiutus a Deo. 7, 8. Si autem, quod secundo loco
posueram, quaeratur utrum sit, esse non credo.

1721 2, 11, 16. Secundum illam iustitiam qua se noverat iustum, 399
se vituperavit [Iob 42, 5 6] atque distabuit, aestimavitque se
terram et cinerem; mente conspiciens Christi iustitiam, in
cuius non tantum divinitate, sed nec in anima nec in carne
ullum potuit esse peccatum.

1722 2, 17, 26. Cum, voluntatem humanam gratia adiuvante 316
divina, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non
sit, possem facillime ac veracissime respondere, quia homines 334
nolunt; sed si ex me quaeritur, quare nolunt, imus in longum.
Verumtamen etiam hoc sine praeiudicio diligentioris inquisi-
tionis breviter dicam. Nolunt homines facere quod iustum
est, sive quia latet an iustum sit, sive quia non delectat. . . . 336
Ut autem innotescat quod latebat, et suave fiat quod non 325 326
delectabat, gratiae Dei est, quae hominum adiuvat voluntates;
qua ut non adiuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo,
sive damnandi praedestinati sint propter iniquitatem superbiae, 135
sive contra ipsam suam superbiam iudicandi et erudiendi, si
filii sint misericordiae.

1723 2, 18, 28. Ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium 334
auferre videamur; rursus ne liberum sic asseramus arbitrium,
ut superba impietate ingrati Dei gratiae iudicemur.

1719. ML 44, 153. 1720. ML 44, 155.
1721. ML 44, 161. 1722. ML 44, 167.
1723. ML 44, 168.

325 326 2, 19, 32. Nos quantum concessum est sapiamus; et in- 1724
tellegamus, si possumus, Dominum Deum bonum ideo etiam
sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere vel
336 certam scientiam vel victricem delectationem, ut cognoscant
non a se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur
tenebrae eorum, et suavitatem qua det fructum suum terra
341 eorum. 33. Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur
ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud depre-
camur, quam ut aperiat quod latebat, et suave faciat quod
non delectabat?

474 2, 27, 43. Quisquis vero adhuc movetur, quare baptizentur 1725
qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breviter accipiat. . . .
475 Sacramentum autem baptismi profecto sacramentum regenera-
tionis est. Quocirca sicut homo qui non vixerit, mori non
potest, et qui mortuus non fuerit, resurgere non potest; ita
qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur,
neminem in suo parente renasci potuisse non natum.

475 2, 28, 46. In hac non iam praeterita, sed adhuc manente 1726
lege concupiscentiae, reatus eius solvitur, et non erit, cum fit
in baptismo plena remissio peccatorum. Denique si continuo
consequatur ab hac vita emigratio, non erit omnino quod ob-
noxium hominem teneat, solutis omnibus quae tenebant.

425 300 2, 34, 55. Sicut ergo illi primi homines postea iuste vivendo, 1727
unde merito creduntur per Domini sanguinem ab extremo sup-
plicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum
revocari: sic et caro peccati, etiam si remissis peccatis homo
in ea iuste vixerit, non continuo meretur eam mortem non
perpeti, quam traxit de propagine peccati.

303 3, 7, 14. In Adam omnes tunc peccaverunt, quando in 1728
eius natura illa insita vi, qua eos gignere poterat, adhuc omnes
ille unus fuerunt.

De spiritu et littera, 412.

312 C. 3, n. 5. Neque liberum arbitrium quidquam nisi ad 1729
peccandum valet, si lateat veritatis via; et cum id quod agen-
dum et quo nitendum est coeperit non latere, nisi etiam de-
lectet et ametur, non agitur, non suscipitur, non bene vivitur.

354 9, 15. *Iustitia Dei manifestata est* [Rom 3, 21]; non dixit: 1730
iustitia hominis, vel iustitia propriae voluntatis; sed: *iustitia
Dei,* non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cum
iustificat impium.

1724. ML 44, 170 1725. ML 44, 177.
1726. ML 44, 179. 1727. ML 44, 183.
1728. ML 44, 194. 1729. ML 44, 203.
1730. ML 44, 209.

1731 19, 32. Illa [lex] sine adiuvante spiritu procul dubio est 313
littera occidens; cum vero adest vivificans spiritus, hoc ipsum
intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat
timeri.

1732 27, 47. Nec moveat, quod *naturaliter* eos dixit *quae legis* 354
sunt facere [Rom 2, 14], non spiritu Dei, non fide, non gratia.
Hoc enim agit spiritus gratiae, ut imaginem Dei, in qua na- 228
turaliter facti sumus, instauret in nobis.

1733 27, 48. Si autem hi qui *naturaliter quae legis sunt faciunt* 309
[Rom 2, 14], nondum sunt habendi in numero eorum, quos
Christi iustificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam
impiorum nec Deum verum veraciter iusteque colentium,
quaedam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus,
quae secundum iustitiae regulam non solum vituperare non
possumus, verum etiam merito recteque laudamus; quamquam
si discutiantur quo fine fiant, vix inveniuntur quae iustitiae
debitam laudem defensionemve mereantur; 28, 48. verum-
tamen quia non usque adeo in anima humana imago Dei
terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea velut
lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam
in ipsa impietate vitae suae facere aliqua legis vel sapere; si
hoc est quod dictum est, quia *gentes quae legem non habent*,
hoc est, legem Dei, *naturaliter quae legis sunt faciunt*, . . .
differentia non perturbabitur, qua distat a vetere testamentum
novum. . . . Sicut enim non impediunt a vita aeterna iustum 316
quaedam peccata venialia, sine quibus haec vita non ducitur; 291
sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, 308
sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur.

1734 31, 54. Vide nunc, utrum quisque credat, si noluerit, aut 249
non credat, si voluerit. Quod si absurdum est (quid est enim
credere, nisi consentire verum esse quod dicitur? consensio
autem utique volentis est), profecto fides in potestate est. Sed,
sicut apostolus dicit: *Non est potestas nisi a Deo* [Rom 13, 1].
Quid igitur causae est, cur non et de ista nobis dicatur: *Quid
enim habes, quod non accepisti* [1 Cor 4, 7]? Nam et ut creda- 314
mus, Deus dedit. Nusquam autem legimus in scripturis sanctis:
non est voluntas nisi a Deo. Et recte non scriptum est, quia 295
verum non est; alioquin etiam peccatorum, quod absit, auctor
est Deus, si non est voluntas nisi ab illo; quoniam mala vo- 290
luntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus, id est, si
non habeat potestatem.

1735 33, 58. *Vult* autem Deus *omnes homines salvos fieri et in* 126
agnitionem veritatis venire [1 Tim 2, 4]; non sic tamen, ut iis 334

1731. ML 44, 220. 1732. ML 44, 229. 1733. ML 44, 229.
1734. ML 44, 235. 1735. ML 44, 238.

adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male utentes
134 iustissime iudicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra
voluntatem Dei faciunt, cum eius evangelio non credunt; nec
ideo tamen eam vincunt, verum se ipsos fraudant magno et
summo bono malisque poenalibus implicant, experturi in sup-
pliciis potestatem eius, cuius in donis misericordiam con-
tempserunt.

326 34, 60. Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, et ut 1736
322 credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes, ubi
et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonet hominem
infirmitatis suae, ut ad gratiam iustificantem credendo con-
324 fugiat, sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei
334 veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriae vo-
314 luntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima
rationali, ut ei credat, neque enim credere potest quodlibet
libero arbitrio, si nulla sit suasio vel vocatio cui credat; pro-
fecto et ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in
omnibus misericordia eius praevenit nos; consentire autem
vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriae vo-
luntatis est.

316 35, 63. Ecce quemadmodum sine exemplo est in hominibus 1737
perfecta iustitia, et tamen impossibilis non est. Fieret enim,
si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tantae rei. Esset
autem tanta, si et nihil eorum, quae pertinent ad iustitiam, nos
336 lateret, et ea sic delectarent animum, ut, quidquid aliud vo-
luptatis dolorisve impedit, delectatio illa superaret; quod ut
non sit, non ad impossibilitatem, sed ad iudicium Dei pertinet.

De civitate Dei, 413—426.

285 L. 1, c. 13. Nec ideo tamen contemnenda et abicienda 1738
sunt corpora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium,
quibus tamquam organis et vasis ad omnia bona opera sancte
usus est Spiritus. Si enim paterna vestis et anulus, ac si quid
huius modi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes
maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae
utique multo familiarius atque coniunctius quam quaelibet in-
dumenta gestamus.

246 4, 20. Unde autem sciunt illi [gentiles] quid sit fides, cuius 1739
primum et maximum officium est, ut in verum credatur Deum?
Sed cur non suffecerat et virtus? Nonne ibi est et fides?

120 5, 9, n. 4. Qui enim non est praescius omnium futurorum, 1740
337 non est utique Deus. Quapropter et voluntates nostrae tantum

1736. ML 44, 240. 1737. ML 44, 242.
1738. CV 40 (ed. E. Hoffmann, 1899—1900), 1, 25; ML 41, 27.
1739. CV 40, 1, 187; ML 41, 127. 1740. CV 40, 1, 228; ML 41, 152.

valent, quantum Deus eas valere voluit atque praescivit; et
ideo, quidquid valent, certissime valent; et quod facturae sunt,
ipsae omnino facturae sunt, quia valituras atque facturas ille
praescivit, cuius praescientia falli non potest.

1741 5, 10, 1. Recte [Deus] omnipotens dicitur, qui tamen mori 104
et falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod
vult, non patiendo quod non vult; quod ei si accideret, ne-
quaquam esset omnipotens. Unde propterea quaedam non
potest, quia omnipotens est.

1742 5, 10, 2. Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, 120
quia Deus praescivit quid futurum esset in nostra voluntate. 121
Non enim qui hoc praescivit, nihil praescivit. Porro si ille
qui praescivit quid futurum esset in nostra voluntate, non
utique nihil, sed aliquid praescivit; profecto et illo praesciente
est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur,
aut retenta praescientia Dei tollere voluntatis arbitrium, aut
retento voluntatis arbitrio Deum (quod nefas est) negare
praescium futurorum; sed utrumque amplectimur, utrumque
fideliter et veraciter confitemur.... Neque enim ideo peccat 122
homo, quia Deus illum peccaturum esse praescivit; immo ideo
non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia ille cuius prae-
scientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid
aliud, sed ipsum peccaturum esse praescivit.

1743 10, 3, 2. Ipse [Deus] fons nostrae beatitudinis, ipse omnis 606
appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius religentes 1
(amiseramus enim neglegentes), hunc ergo religentes, unde et
religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut per-
veniendo quiescamus, ideo beati, quia illo fine perfecti.

1744 10, 5. Nec quod ab antiquis patribus alia sacrificia facta 514
sunt in victimis pecorum, quae nunc Dei populus legit, non
facit, aliud intellegendum est, nisi rebus illis eas res fuisse
significatas, quae aguntur in nobis, ad hoc ut inhaereamus 520
Deo et ad eumdem finem proximo consulamus. Sacrificium 437
ergo visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est sacrum
signum, est.

1745 10, 20. Et sacerdos est [Christus], ipse offerens, ipse et 418
oblatio. Cuius rei sacramentum cotidianum esse voluit ec- 513
clesiae sacrificium, quae cum ipsius capitis corpus sit, se
ipsam per ipsum discit offerre.

1746 11, 2. Quia ipsa mens, cui ratio et intellegentia naturaliter 4
inest, vitiis quibusdam tenebrosis et veteribus invalida est, 259
non solum ad inhaerendum fruendo, verum etiam ad per-
ferendum incommutabile lumen, donec de die in diem re-

1741. CV 40, 1, 229; ML 41, 152. 1742. CV 40, 1, 230; ML 41, 153.
1743. CV 40, 1, 450; ML 41, 280. 1744. CV 40, 1, 452; ML 41, 282.
1745. CV 40, 1, 481; ML 41, 298. 1746. CV 40, 1, 513; ML 41, 318.

novata atque sanata fiat tantae felicitatis capax, fide primum
23 fuerat imbuenda atque purganda. In qua ut fidentius ambu-
laret ad veritatem, ipsa veritas, Deus Dei Filius, homine
assumpto, non Deo consumpto, eamdem constituit et fundavit
fidem, ut ad hominis Deum iter esset homini per hominem
423 Deum. Hic est enim *mediator Dei et hominum homo Christus
Iesus* [1 Tim 2, 5]. Per hoc enim mediator, per quod homo,
per hoc et via.... Sola est autem adversus omnes errores
via munitissima, ut idem ipse sit Deus et homo, quo itur, Deus,
qua itur, homo.

196 11, 6. Si litterae sacrae maximeque veraces ita dicunt, *in* 1747
principio fecisse *Deum caelum et terram* [Gn 1, 1], ut nihil antea
fecisse intellegatur, quia hoc potius in principio fecisse dice-
retur, si quid fecisset ante cetera cuncta quae fecit; procul
dubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore.

96 11, 10, 1. Trinitas unus est Deus, nec ideo non simplex, 1748
178 quia Trinitas . . . sed ideo simplex dicitur, quoniam quod
habet, hoc est, excepto quod relative quaeque persona ad
alteram dicitur. Nam utique Pater habet Filium, nec tamen
ipse est Filius; et Filius habet Patrem, nec tamen ipse est
Pater.

606 11, 13. Cuivis iam non difficulter occurrit utroque coniuncto 1749
effici beatitudinem, quam recto proposito intellectualis natura
desiderat; hoc est, ut et bono incommutabili, quod Deus est,
609 sine ulla molestia perfruatur, et in eo se in aeternum esse
mansurum, nec ulla dubitatione cunctetur, nec ullo errore
fallatur.

175 11, 24. Cum sit et Pater spiritus et Filius spiritus et Pater 1750
sanctus et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus
Sanctus, tamquam sanctitas substantialis et consubstantialis
amborum.

191 11, 24. In eo vero quod dicitur: *Vidit Deus quia bonum est* 1751
[Gn 1, 10], satis significatur Deum nulla necessitate, nulla suae
193 cuiusquam utilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod
factum est, id est, quia bonum est.

107 11, 29. Illi quippe angeli sancti non per verba sonantia 1752
149 Deum discunt, sed per ipsam praesentiam immutabilis veri-
tatis, hoc est, Verbum eius unigenitum, et ipsum Verbum et
Patrem et eorum Spiritum Sanctum; eamque esse insepara-
bilem Trinitatem, singulasque in ea personas esse substantiam,
et tamen omnes non tres deos esse, sed unum Deum, ita
noverunt, ut iis magis ista quam nos ipsi nobis cogniti simus.

1747. CV 40, 1, 519; ML 41, 321. 1748. CV 40, 1, 526; ML 41, 325.
1749. CV 40, 1, 531; ML 41, 328. 1750. CV 40, 1, 547; ML 41, 338.
1751. CV 40, 1, 548; ML 41, 338. 1752. CV 40, 1, 556; ML 41, 343.

1753 12, 6. Proinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea 607
verissima reperitur, quod ei adhaerent qui summe est. Cum 208
vero causa miseriae malorum angelorum quaeritur, ea merito
occurrit, quod ab illo qui summe est aversi, ad se ipsos con-
versi sunt, qui non summe sunt. . . . Cum enim se voluntas 288
relicto superiore ad inferiora convertit, efficitur mala, non quia
malum est quo se convertit, sed quia perversa est ipsa con-
versio. Idcirco non res inferior voluntatem malam fecit, sed
rem inferiorem prave atque inordinate ipsa, quia facta est,
appetivit. Si enim aliqui duo aequaliter affecti animo et 332
corpore videant unius corporis pulchritudinem, qua visa unus 335
eorum ad illicite perfruendum moveatur, alter in voluntate
pudica stabilis perseveret, quid putamus esse causae, ut in illo
fiat, in illo non fiat voluntas mala? . . . Si eadem tentatione
ambo tententur et unus ei cedat atque consentiat, alter idem
qui fuerat perseveret; quid aliud apparet, nisi unum noluisse,
alterum voluisse a castitate deficere? Unde nisi propria vo-
luntate, ubi eadem fuerat in utroque corporis et animi affectio?

1754 12, 7. Nemo igitur quaeret efficientem causam malae volun- 289
tatis; non enim est efficiens, sed deficiens; quia nec illa effectio,
sed defectio. Deficere namque ab eo quod summe est, ad id
quod minus est, hoc est incipere habere voluntatem malam.
Causas porro defectionum istarum, cum efficientes non sint,
ut dixi, sed deficientes, velle invenire, tale est ac si quisquam
velit videre tenebras, vel audire silentium.

1755 12, 9, 2. Nam et hoc discutiendum est, si boni angeli ipsi 203
in se fecerunt bonam voluntatem, utrum aliqua eam, an nulla 207
voluntate fecerunt. Si nulla, utique nec fecerunt. Si aliqua,
utrum mala, an bona? Si mala, quomodo esse potuit mala
voluntas bonae voluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habe-
bant. Et istam quis fecerat, nisi ille qui eos cum bona vo-
luntate, id est, cum amore casto, quo illi adhaererent, creavit, 206
simul iis et condens naturam et largiens gratiam? 353

1756 12, 14 (13), 1. Quomodo enim vera beatitudo est, de cuius 609
numquam aeternitate confiditur, dum anima venturam miseriam
aut imperitissime in veritate nescit, aut infelicissime in bea-
titudine pertimescit?

1757 12, 17 (16). Quae saecula praeterierint antequam genus 196
institueretur humanum, me fateor ignorare; non tamen dubito
nihil omnino creaturae creatori esse coaeternum.

1758 12, 18 (17), 2. Nobis autem fas non est credere, aliter affici 101
Deum cum vacat, aliter cum operatur; quia nec affici dicendus
est, tamquam in eius natura fiat aliquid quod ante non fuerit.

1753. CV 40, 1, 573; ML 41, 353. 1754. CV 40, 1, 577; ML 41, 355.
1755. CV 40, 1, 580; ML 41, 357. 1756. CV 40, 1, 587; ML 41, 361.
1757. CV 40, 1, 595; ML 41, 365. 1758. CV 40, 1, 597; ML 41, 367.

Patitur quippe qui afficitur, et mutabile est omne quod aliquid
patitur. . . . Sed et si prius cessavit et posterius operatus est
(quod nescio quemadmodum ab homine possit intellegi), hoc
procul dubio quod dicitur prius et posterius, in rebus prius
non exsistentibus et posterius exsistentibus fuit.

472 13, 7. Quicumque etiam non percepto regenerationis la- 1759
vacro pro Christi confessione moriuntur, tantum iis valet ad
dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptis-
matis. Qui enim dixit: *Si quis non renatus fuerit ex aqua et
Spiritu, non intrabit in regnum caelorum* [Io 3, 5], alia sententia
istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter ait: *Qui me
confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram
Patre meo, qui in caelis est* [Mt 10, 32].

231 13, 15. Constat inter Christianos veraciter catholicam 1760
299 tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem non lege
naturae, qua nullam mortem homini Deus fecit, sed merito
inflictam esse peccati.

288 14, 4, 1. Homo ita factus est rectus, ut non secundum se 1761
ipsum, sed secundum eum a quo factus est, viveret, id est,
illius potius quam suam faceret voluntatem: non ita vivere,
quemadmodum est factus ut viveret, hoc est mendacium.
Beatus quippe vult esse, etiam non sic vivendo ut possit esse.
Quid est ista voluntate mendacius? Unde non frustra dici
potest omne peccatum esse mendacium.

234 14, 26. Vivebat itaque homo in paradiso sicut volebat, 1762
quamdiu hoc volebat quod Deus iusserat; vivebat fruens Deo,
ex quo bono erat bonus; vivebat sine ulla egestate, ita semper
vivere habens in potestate. Cibus aderat, ne esuriret; potus,
ne sitiret; lignum vitae, ne illum senecta dissolveret. Nihil
corruptionis in corpore vel ex corpore nullas molestias ullis
eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus
230 metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in animo
tota tranquillitas. Sicut in paradiso nullus aestus aut frigus,
sic in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accidebat
bonae voluntatis offensio.

276 14, 28. Fecerunt itaque civitates duas amores duo: terrenam 1763
288 scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero
amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illa in se ipsa,
haec in Domino gloriatur. Illa enim quaerit ab hominibus
gloriam; huic autem Deus conscientiae testis, maxima est
gloria.

324 15, 6. Spiritus autem Sanctus operatur intrinsecus, ut valeat 1764
322 aliquid medicina, quae adhibetur extrinsecus. Alioquin etiamsi

1759. CV 40, 1, 622; ML 41, 381. 1760. CV 40, 1, 633; ML 41, 387.
1761. CV 40, 2, 7; ML 41, 407. 1762. CV 40, 2, 53; ML 41, 434.
1763. CV 40, 2, 56; ML 41, 436. 1764. CV 40, 2, 67; ML 41, 442.

Deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, sive istos corporis, sive illos, quos istis simillimos habemus in somnis, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis praedicatio veritatis.

1765 16, 2, 1. Multa ad fidem catholicam pertinentia, dum hae- 83
reticorum cal[l]ida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelleguntur clarius et instantius praedicantur et ab adversario mota quaestio discendi exsistit occasio.

1766 17, 6, 2. *Et quaeret Dominus sibi hominem* [1 Rg 13, 14]: sive 66
David, sive ipsum mediatorem significans testamenti novi, qui figurabatur in chrismate etiam quo unctus est ipse David et progenies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita sibi hominem Deus quaerit; sed per hominem more hominum loquitur; quia et sic loquendo nos quaerit.

1767 18, 38. In historia regum Iuda et regum Israel, quae res 69
gestas continet, de quibus eidem scripturae canonicae credimus, commemorantur plurima, quae ibi non explicantur et in libris dicuntur aliis inveniri, quos prophetae scripserunt, et alicubi eorum quoque prophetarum nomina non tacentur [1 Par 29, 29; 2 Par 9, 29]; nec tamen inveniuntur in canone, quem recepit populus Dei. Cuius rei, fateor, causa me latet, nisi quod existimo etiam ipsos, quibus ea, quae in auctoritate religionis esse deberent, Sanctus utique Spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut prophetas inspiratione divina scribere potuisse, atque haec ita fuisse distincta, ut illa tamquam ipsis, ista vero tamquam Deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda, ac sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, haec ad religionis auctoritatem, in qua auctoritate custoditur canon.

1768 20, 6, 2. Sicut ergo duae sunt regenerationes, de quibus 475
iam supra locutus sum: una secundum fidem, quae nunc fit 598
per baptismum; alia secundum carnem, quae fit in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum: ita sunt et resurrectiones duae: una prima, quae et nunc est et animarum est, quae venire non permittit in mortem secundam; alia secunda, quae non nunc, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est, quae per
ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in 601
eam vitam, quae non habet mortem.

1769 20, 7, 1. De his duabus resurrectionibus idem Ioannes evan- 604
gelista in libro qui dicitur Apocalypsis eo modo locutus est,

1765. CV 40, 2, 124; ML 41, 477. 1766. CV 40, 2, 228; ML 41, 537. 1767. CV 40, 2, 328; ML 41, 598. 1768. CV 40, 2, 438; ML 41, 666. 1769. CV 40, 2, 439; ML 41, 666.

605 ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro memorato Ioannes apostolus: *Et vidi angelum descendentem de caelo* etc. [Apc 20, 1—6]. Qui propter haec huius libri verba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter cetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tamquam oporteret in sanctis eo modo velut tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex milium, ex quo creatus est homo.... Quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spiritales in illo sabbato adfuturae sanctis per Domini praesentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando [cf. n. 1521].

284 20, 9, 2. Neque enim piorum animae mortuorum separantur 1770
ab ecclesia, quae nunc etiam est regnum Christi. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi.

597 20, 19, 4. Non veniet ad vivos et mortuos iudicandos Christus, 1771
nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos adversarius eius antichristus; quamvis ad occultum iam iudicium Dei pertineat quod ab illo seducentur.

583 21, 3, 1. Sic est anima conexa huic corpori, ut summis 1772
doloribus cedat, atque discedat; quoniam et ipsa compago membrorum atque vitalium sic infirma est, ut eam vim, quae magnum vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima et eo conectetur modo, ut illud vinculum, sicut nulla temporis longitudine solvetur, ita
594 nullo dolore rumpatur.... Sempiterna mors erit, quando nec
591 vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem pellit e corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

5 21, 8, 2. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus 1773
esse, sed non sunt. Quo modo est enim contra naturam quod Dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique conditoris conditae rei cuiusque natura sit? Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura.... 5. Sicut ergo non fuit impossibile Deo quas voluit instituere, sic ei non est impossibile, in quidquid voluerit, quas instituit, mutare naturas.

502 21, 10, 1. Cur non dicamus, quamvis miris, tamen veris 1774
593 modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt

1770. CV 40, 2, 451; ML 41, 674. 1771. CV 40, 2, 474; ML 41, 687. 1772. CV 40, 2, 514; ML 41, 710. 1773. CV 40, 2, 531; ML 41, 721. 1774. CV 40, 2, 536; ML 41, 724.

corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? . . . 2. Gehenna
illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est [Apc
20, 10], corporeus ignis erit et cruciabit corpora damnatorum,
aut et hominum et daemonum, solida hominum, aëria dae-
monum; aut tantum hominum corpora cum spiritibus, dae-
mones autem spiritus sine corporibus, haerentes sumendo 200
poenam, non impertiendo vitam corporalibus ignibus. Unus
quippe utrisque ignis erit, sicut Veritas dixit [Mt 25, 41].

1775 21, 11. Peccata, quae vindicantur longissimi temporis poenis, 594
brevissimo tempore perpetrantur; nec quisquam exstitit qui
censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam
cito factum est vel homicidium vel adulterium vel sacrilegium
vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed ini-
quitatis et impietatis magnitudine metiendum.

1776 21, 13. Temporarias poenas alii in hac vita tantum, alii 587
post mortem, alii et nunc et tunc, verumtamen ante iudicium 589
illud severissimum novissimumque patiuntur. Non autem omnes
veniunt in sempiternas poenas, quae post illud iudicium sunt
futurae, qui post mortem sustinent temporales.

1777 21, 15. Unicus natura Dei Filius propter nos misericordia 393
factus est hominis filius, ut nos, natura filii hominis, filii Dei 359
per illum gratia fieremus. . . . Sicut enim per unum hominem 415
[Rom 5, 12] peccantem in hoc tam grave malum devenimus;
ita per unum hominem eumdemque Deum iustificantem ad
illud bonum tam sublime veniemus.

1778 21, 16. Purgatorias autem poenas nullas futuras opinetur, 589
nisi ante illud ultimum tremendumque iudicium Nequaquam 595
tamen negandum est etiam ipsum aeternum ignem pro diver-
sitate meritorum quamvis malorum aliis leviorem, aliis futurum
esse graviorem, sive ipsius vis atque ardor pro poena digna
cuiusque varietur, sive ipse aequaliter ardeat, sed non aequali
molestia sentiatur.

1779 21, 23. Quale est aeternum supplicium pro igne diuturni 594
temporis existimare, et vitam aeternam credere sine fine, cum 609
Christus eodem ipso loco, in una eademque sententia dixerit
utrumque complexus: *Sic ibunt isti in supplicium aeternum, iusti
autem in vitam aeternam* [Mt 25, 46]? Si utrumque aeternum,
profecto aut utrumque cum fine diuturnum, aut utrumque sine
fine perpetuum debet intellegi. Par pari enim relata sunt,
hinc supplicium aeternum, inde vita aeterna. Dicere autem
in hoc uno eodemque sensu: Vita aeterna sine fine erit, sup-
plicium aeternum finem habebit, multum absurdum est.

1775. CV 40, 2, 540; ML 41, 726. 1776. CV 40, 2, 543; ML 41, 728.
1777. CV 40, 2, 545; ML 41, 729. 1778. CV 40, 2, 548; ML 41, 731.
1779. CV 40, 2, 557; ML 41, 736.

587 21, 24, 2. Pro defunctis quibusdam vel ipsius ecclesiae 1780
588 vel quorumdam piorum exauditur oratio, sed pro his, quorum
in Christo regeneratorum nec usque adeo vita in corpore
male gesta est, ut tali misericordia iudicentur digni non esse,
nec usque adeo bene, ut talem misericordiam reperiantur
necessariam non habere.

548 21, 27, 4. Oratio cotidiana, quam docuit ipse Iesus, unde 1781
et dominica nominatur, delet quidem cotidiana peccata, cum
cotidie dicitur: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12].

198 22, 1, 2. Ipse est [Deus], qui in principio condidit mundum, 1782
199 plenum bonis omnibus visibilibus atque intellegibilibus rebus,
in quo nihil melius instituit quam spiritus, quibus intellegen-
tiam dedit, et suae contemplationis habiles capacesque sui
203 praestitit . . .; qui liberum arbitrium eidem intellectuali naturae
tribuit tale, ut, si vellet deserere Deum, beatitudinem scilicet
suam, continuo miseria sequeretur.

28 22, 5. Incredibile est Christum resurrexisse in carne et in 1783
caelum ascendisse cum carne; incredibile est mundum rem
tam incredibilem credidisse; incredibile est homines ignobiles,
infimos, paucissimos, imperitos rem tam incredibilem tam
efficaciter mundo et in illo etiam doctis persuadere potuisse. . . .
Si vero per apostolos Christi, ut iis crederetur resurrectionem
atque ascensionem praedicantibus Christi, etiam ista miracula
facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum
sufficit, quod eam terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.

6 22, 8, 1. Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quae prae- 1784
dicatis facta esse, non fiunt? Possem quidem dicere neces-
saria fuisse, priusquam crederet mundus, ad hoc ut crederet
28 mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit, magnum
est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verum
hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse cre-
25 dantur. Unde ergo tanta fide Christus usquequaque cantatur
427 in caelum cum carne sublatus? . . . Nam facta esse multa
miracula, quae attestarentur illi uni grandi salubrique mira-
culo, quo Christus in caelum cum carne in qua resurrexit
16 ascendit, negare non possumus. In iisdem quippe veracis-
simis libris cuncta conscripta sunt, et quae facta sunt, et
propter quod credendum facta sunt.

598 22, 20, 1. Absit autem, ut ad resuscitanda corpora vitae- 1785
que reddenda non possit omnipotentia creatoris omnia re-
vocare, quae vel bestiae, vel ignis absumpsit, vel in pulverem
cineremve collapsum, vel in humorem solutum, vel in auras
600 est exhalatum. . . . 3. Si contenditur in ea quemque statura

---

1780. CV 40, 2, 559; ML 41, 737. 1781. CV 40, 2, 576; ML 41, 748.
1782. CV 40, 2, 582; ML 41, 751. 1783. CV 40, 2, 589; ML 41, 756.
1784. CV 40, 2, 595; ML 41, 760. 1785. CV 40, 2, 631; ML 41, 782.

corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est; tantum absit omnis deformitas, omnis 610
infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio.

1786 22, 29, 1. *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc* 107
autem facie ad faciem [1 Cor 13, 12]. Sic iam vident sancti 607
angeli, qui etiam nostri angeli dicti sunt. . . . Sicut ergo illi vident, ita et nos visuri sumus; sed nondum ita videmus. Propter quod ait apostolus, quod paulo ante dixi: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Praemium itaque fidei nobis visio ista servatur, de qua et Ioannes apostolus loquens: *Cum apparuerit,* inquit, *similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* [1 Io 3, 2]. Facies autem Dei manifestatio eius intellegenda est, non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore atque isto nomine nuncupamus. 2. Quapropter cum ex me quaeritur, quid acturi 106
sint sancti in illo corpore spiritali, non dico quod iam video, sed dico quod credo, secundum illud quod in psalmo lego: *Credidi, propter quod locutus sum* [Ps 115, 10]. Dico itaque: Visuri sunt Deum in ipso corpore; sed utrum per ipsum, sicut per corpus nunc videmus solem, lunam, stellas, mare, ac terram, et quae sunt in ea, non parva quaestio est.

1787 22, 29, 6. Incorporeum Deum omnia regentem etiam per 106
corpora contuebimur. Aut ergo sic per illos oculos videbitur Deus, ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo et incorporea natura cernatur, quod ullis exemplis sive scripturarum testimoniis divinarum vel difficile est vel impossibile ostendere; aut quod est ad intellegendum facilius, ita Deus nobis erit notus atque conspicuus, ut videatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in se ipso, videatur in caelo novo et terra nova, atque in omni quae tunc fuerit creatura.

1788 22, 30, 1. Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, 607
nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? . . . Qui motus illic talium corporum sint futuri, 610
temere definire non audeo, quod excogitare non valeo. Tamen et motus et status, sicut ipsa species, decens erit, ubi, quicumque erit, quod non decebit, non erit. Certe ubi volet spiritus, ibi erit protinus corpus; nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere, nec corpus. . . . Praemium 606
virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, eique se ipsum, quo melius et maius nihil possit esse, promisit. . . . Sic enim et illud recte intellegitur, quod ait apostolus: *Ut sit Deus omnia in omnibus* [1 Cor 15, 28]. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fati- 609

1786. CV 40, 2, 657; ML 41, 797. 1787. CV 40, 2, 663; ML 41, 800.
1788. CV 40, 2, 664; ML 41, 801.

gatione laudabitur. . . . 5. Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.

De bono viduitatis, 414.

580 C. 9, n. 12. In coniugali quippe vinculo si pudicitia con- 1789
servatur, damnatio non timetur; sed in viduali et virginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur; qua expetita et electa et voti debito oblata, iam non solum capessere nuptias, sed, etiamsi non nubatur, nubere velle damnabile est.

577 12, 15. De tertiis et de quartis et de ultra pluribus nup- 1790
tiis solent homines movere quaestionem. Unde ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare, nec iis verecundiam numerositatis auferre.

De natura et gratia, 415.

308 C. 4, n. 4. Haec autem Christi gratia, sine qua nec in- 1791
340 fantes nec aetate grandes salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur; propter quod et gratia nominatur. *Iustificati,* inquit, *gratis per sanguinem ipsius* [Rom 3, 24]. Unde
347 ii, qui non per illam liberantur, sive quia audire nondum potuerunt, sive quia oboedire noluerunt, sive etiam cum per aetatem audire non possent, lavacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salvi fierent, non acceperunt, iuste utique damnantur, quia sine peccato non sunt, vel quod ori-
302 ginaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. *Omnes enim peccaverunt,* sive in Adam, sive in se ipsis, *et egent gloria Dei* [ib. 23].

344 26, 29. Ipse autem Deus, cum per *mediatorem Dei et* 1792
hominum hominem Iesum Christum [1 Tim 2, 5] spiritualiter sanat aegrum vel vivificat mortuum, id est, iustificat impium, et cum ad perfectam sanitatem, hoc est, ad perfectam vitam iustitiamque, perduxerit, non deserit si non deseratur, ut pie
317 semper iusteque vivatur. Sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: sic et homo etiam perfectissime iustificatus, nisi aeterna luce iustitiae divinitus adiuvetur, recte non potest vivere.

327 328 31, 35. Operamur et nos, sed illo operante cooperamur, 1793
329 quia misericordia eius praevenit nos [Ps 58, 11]. Praevenit autem ut sanemur, quia et subsequetur ut etiam sanati vegetemur; praevenit ut vocemur, subsequetur ut glorificemur;

1789. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 317; ML 40, 437.
1790. CV 41, 320; ML 40, 439.
1791. ML 44, 249 1792. ML 44, 261. 1793. ML 44, 264.

praevenit ut pie vivamus, subsequetur ut cum illo semper vivamus, quia sine illo nihil possumus facere [Io 15, 5].

1794 36, 42. Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter 434
honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, 435
haberi volo quaestionem — unde enim scimus, quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum? — hac ergo virgine excepta, si omnes illos 316
sanctos et sanctas, cum hic viverent, congregare possemus et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Utrum hoc quod iste [Pelagius] dicit, an quod Ioannes apostolus? Rogo vos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, nonne una voce clamassent: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est* [1 Io 1, 8]?

1795 43, 50. Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo 310
admonet et facere quod possis, et petere quod non possis. 341
Iam nunc videamus unde possit, unde non possit. Iste [Pelagius] dicit: Voluntate non est, quod natura potest. Ego dico: Voluntate quidem non est homo iustus, si natura potest, sed medicina poterit, quod vitio non potest.

1796 53, 62. *Video aliam legem in membris meis* etc. [Rom 7, 23.] 341
Ecce quod vitium naturae humanae inoboedientia voluntatis inflixit. Orare sinatur, ut sanetur. Quid tantum de naturae possibilitate praesumitur? Vulnerata, sauciata, vexata, perdita est; vera confessione, non falsa defensione opus habet.

1797 57, 67. Sub lege est, qui timore supplicii quod lex minatur, 535
non amore iustitiae, se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus a voluntate peccandi. In ipsa enim voluntate reus est, qua mallet, si fieri posset, non esse quod timeat, ut libere faciat quod occulte desiderat.

1798 70, 84. Caritas ergo incohata incohata iustitia est; caritas 275
provecta provecta iustitia est; caritas magna magna iustitia est; caritas perfecta perfecta iustitia est; sed *caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta* [1 Tim 1, 5].

De perfectione iustitiae hominis, 415.

1799 C. 8, n. 19. *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus* [Phil 3, 15]; 243
id est, quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte adhuc currimus; ut, *cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur* [1 Cor 13, 10]; id est, non iam ex parte sit, sed

---

1794. ML 44, 267. 1795. ML 44, 271. 1796. ML 44, 277.
1797. ML 44, 280. 1798. ML 44, 290.
1799. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 17; ML 44, 300.

ex toto; quia fidei et spei iam res ipsa, non quae credatur
274 et speretur, sed quae videatur teneaturque, succedet; *caritas* autem, quae *in his tribus maior* est, non auferatur [ib. 13]; sed augeatur et impleatur, contemplata quod credebat, et quod sperabat indepta.

365 15, 33. Quantalibet enim iustitia sit praeditus homo, cogi- 1800
tare debet, ne aliquid in illo, quod ipse non videt, inveniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno, cuius cogitationem fugere delicta non possunt, nec illa de quibus dictum est: *Delicta quis intellegit?* [Ps 18, 13.]

316 21, 44. Si excepto illo capite nostro, sui corporis salvatore, 1801
asseruntur vel fuisse in hac vita vel esse aliqui homines iusti sine aliquo peccato, sive numquam consentiendo desideriis eius, sive quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est, ut hoc pietati non imputet Deus (quamvis aliter sit beatus sine peccato, aliter autem *beatus cui non imputat Dominus peccatum* [Ps 31, 2]), non nimis existimo reluctandum. Scio enim quibusdam esse visum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quamquam nec defendere valeam.
341 Sed plane quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem (negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratiae Dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem), ab auribus omnium removendum, et ore omnium anathemandum esse non dubito.

Ad Orosium contra Priscillianistas et Origenistas, 415.

594 C. 6, n. 7. *Ibunt illi in ambustionem aeternam, iusti autem* 1802
609 *in vitam aeternam* [Mt 25, 46]. In utroque graecus αἰώνιον habet. Si misericordia nos provocat credere non futurum impiorum sine fine supplicium, quid de praemio iustorum credituri sumus, cum in utraque parte, eodem loco, eadem
608 sententia, eodem verbo pronuntietur aeternitas? An iterum etiam iustos ex illa sanctificatione et vita aeterna in peccatorum immunditiam atque in mortem relapsuros esse dicemus? Absit hoc a christianae fidei sanitate. Utrumque igitur sine fine dictum est aeternum, hoc est, αἰώνιον.

118 8, 9. In Dei sapientia omnium faciendarum rerum rationes 1803
192 esse potuerunt, non tamen factae. Omnia enim per ipsam facta sunt, non et ipsa facta est, quia et ipsa est Verbum de quo dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt* [Io 1, 3]. Noverat ergo Deus omnia quae fecit antequam faceret. Non enim possumus eum dicere ignorata fecisse et ea non nisi facta didicisse.

1800. CV 42, 34; ML 44, 309. 1801. CV 42, 48; ML 44, 316.
1802. ML 42, 673. 1803. ML 42, 674.

1804 9, 12. Sicut in evangelio, quamvis verum sit omnino quod 71
dicta sint, non tamen omnia quae dicta sunt vera esse creduntur; quoniam multa a Iudaeis falsa et impia dicta esse verax evangelii scriptura testatur: sic in hoc libro [Iob], ubi multae personae locutae esse narrantur, non solum quid dicatur, sed a quo etiam dicatur considerandum est. . . . Quando inquirentes, probari nobis aliquid volumus testimonio sanctorum eloquiorum, non nobis dicatur credendum esse etiam quod in evangelio scriptum est, si forte evangelista eum hoc dixisse commemorat, cui fides habenda non est.

1805 11, 14. Certe ait apostolus: *sive sedes, sive dominationes,* 205
sive principatus, sive potestates [Col 1, 16]. Et esse itaque sedes, dominationes, principatus, potestates in caelestibus apparatibus, firmissime credo et differre inter se aliquid indubitata fide teneo. Sed, quo me contemnas, quem magnum putas esse doctorem, quaenam ista sint et quid inter se differant nescio.

In Ioannis evangelium tractatus, 416/7.

1806 Tr. 3, n. 4. Non distas a pecore nisi intellectu; noli aliunde 228
gloriari. De viribus praesumis? A bestiis vinceris. De velocitate praesumis? A muscis vinceris. De pulchritudine praesumis? Quanta pulchritudo est in pennis pavonis? Unde ergo melior es? Ex imagine Dei. Ubi imago Dei? In mente, in intellectu.

1807 3, 9. Quid est gratia? Gratis data. Quid est gratis data? 340
Donata, non reddita. Si debebatur, merces reddita est, non gratia donata; si autem vere debebatur, bonus fuisti; si autem, ut verum est, malus fuisti, credidisti autem *in eum qui iustificat impium* [Rom 4, 5] (quid est *qui iustificat impium*? Ex impio facit pium): cogita quid per legem tibi imminere debebat, et quid per gratiam consecutus sis. Consecutus autem istam gratiam fidei, eris iustus ex fide; *Iustus* enim *ex fide vivit* [Rom 1, 17; Hab 2, 4]; et promereberis Deum vivendo ex fide;
cum promerueris Deum vivendo ex fide, accipies praemium 367
immortalitatem et vitam aeternam. Et illa gratia est. Nam pro quo merito accipis vitam aeternam? Pro gratia.

1808 4, 10. Non enim in iniquitate conceptus est [Christus], quia 397
non de mortalitate conceptus est; nec eum in peccatis mater
eius in utero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia 430
fide concepit et fide suscepit. Ergo *ecce agnus Dei* [Io 1, 29]. 431
Non habet iste traducem de Adam; carnem tantum sumpsit 379
de Adam, peccatum non assumpsit.

1809 5, 1. Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum. 309
Si quid autem homo habet veritatis atque iustitiae, ab illo

fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati et in hac peregrinatione interim consolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatemque possimus.

449 5, 18. *Quamvis ipse non baptizaret, sed discipuli eius* [Io 4, 2]. 1810
Ipse, et non ipse; ipse potestate, illi ministerio; servitutem ad baptizandum illi admovebant, potestas baptizandi in Christo permanebat. Ergo baptizabant discipuli eius, et ibi adhuc
451 erat Iudas inter discipulos eius; quos ergo baptizavit Iudas, non sunt iterum baptizati; et quos baptizavit Ioannes, iterum baptizati sunt? Plane iterum, sed non iterato baptismo. Quos enim baptizavit Ioannes, Ioannes baptizavit; quos autem baptizavit Iudas, Christus baptizavit. Sic ergo quos baptizavit ebriosus, quos baptizavit homicida, quos baptizavit adulter, si baptismus Christi erat, Christus baptizavit.

393 7, 4. Oportebat ergo ut ille baptizaret qui est Filius Dei 1811
unicus, non adoptatus. Adoptati filii ministri sunt unici; unicus habet potestatem, adoptati ministerium.

570 9, 2. Per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, 1812
ut coniugalis castitas firmaretur, et ostenderetur sacramentum nuptiarum; quia et illarum nuptiarum sponsus personam Domini figurabat, cui dictum est: *Servasti vinum bonum usque adhuc* [Io 2, 10]. Bonum enim vinum Christus servavit usque adhuc, id est, evangelium suum.

227 9, 10. In ipso exordio Adam et Eva parentes omnium 1813
gentium erant, non tantummodo Iudaeorum; et quidquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes utique gentes pertinebat, quibus salus est in Christo.

448 9, 10. Iam licet nobis ubique Christum quaerere. . . . 1814
Dormit Adam ut fiat Eva; moritur Christus ut fiat ecclesia. Dormienti Adae fit Eva de latere; mortuo Christo lancea percutitur latus, ut profluant sacramenta, quibus formetur ecclesia. Cui non appareat quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit apostolus ipsum Adam formam futuri esse? *Qui est,* inquit, *forma futuri* [Rom 5, 14].

457 11, 3. Tales sunt omnes catechumeni; ipsi iam credunt 1815
in nomine Christi, sed Iesus non se credit iis. Intendat et intellegat caritas vestra. Si dixerimus catechumeno: Credis
287 in Christum? respondet: Credo, et signat se; iam crucem Christi portat in fronte, et non erubescit de cruce Domini
485 sui. Ecce credidit in nomine eius. Interrogemus eum: Manducas carnem Filii hominis et bibis sanguinem Filii hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei.

1804. ML 42, 676. 1805. ML 42, 678. 1806. ML 35, 1398.
1807. ML 35, 1400. 1808. ML 35, 1410. 1809. ML 35, 1414.

1810. ML 35, 1424. 1811. ML 35, 1439. 1812. ML 35, 1459.
1813. ML 35, 1463. 1814. ML 35, 1463 1815. ML 35, 1476.

1816 14, 7. Quomodo enim tu verbum quod loqueris in corde 163
habes, et apud te est, et ipsa conceptio spiritalis est, . . . sic
Deus edidit Verbum, hoc est, genuit Filium. Et tu quidem
ex tempore gignis verbum etiam in corde; Deus sine tempore 157
genuit Filium, per quem creavit omnia tempora. 181

1817 15, 4. Quid est baptismus Christi? *Lavacrum aquae in* 438
verbo [Eph 5, 26]. Tolle aquam, non est baptismus; tolle 461
verbum, non est baptismus.

1818 23, 6. Erigat te Christus per id quod homo est, ducat te 380
per id quod Deus homo est, perducat te ad id quod Deus
est. Et tota praedicatio dispensatioque per Christum haec 414
est, fratres, et alia non est, ut resurgant animae, resurgant
et corpora. Utrumque quippe mortuum erat, corpus ex in-
firmitate, anima ex iniquitate. Quia utrumque mortuum erat,
resurgat utrumque. Quid utrumque? Anima et corpus. Per
quid ergo anima nisi per Deum Christum? Per quid corpus
nisi per hominem Christum? Erat enim et in Christo anima 378
humana, tota anima; non irrationale tantum animae, sed etiam
rationale quod mens dicitur.

1819 24, 1. Miracula quae fecit Dominus noster Iesus Christus, 25
sunt quidem divina opera, et ad intellegendum Deum de visi-
bilibus admonent humanam mentem. Quia enim ille non est 6
talis substantia quae videri oculis possit, et miracula eius quibus
totum mundum regit universamque creaturam administrat, as-
siduitate viluerunt, ita ut paene nemo dignetur attendere opera
Dei mira et stupenda in quolibet seminis grano, secundum
ipsam suam misericordiam servavit sibi quaedam, quae faceret
opportuno tempore praeter usitatum cursum ordinemque na-
turae, ut non maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus
cotidiana viluerant. Maius enim miraculum est gubernatio
totius mundi, quam saturatio quinque milium hominum de
quinque panibus; et tamen haec nemo miratur, illud mirantur
homines, non quia maius est, sed quia rarum est. . . . 2. Nec
tamen sufficit haec intueri in miraculis Christi. Interrogemus
ipsa miracula, quid nobis loquantur de Christo; habent enim,
si intellegantur, linguam suam. Nam quia ipse Christus Ver-
bum Dei est, etiam factum Verbi verbum nobis est.

1820 25, 12. *Respondit Iesus, et dixit eis: Hoc est opus Dei, ut* 488
credatis in eum quem misit ille [Io 6, 29]. Hoc est ergo man-
ducare *cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam*
[ib. 27]. Utquid paras dentes et ventrem? Crede, et man-
ducasti.

1821 26, 2. *Nolite murmurare ad invicem; nemo potest venire ad* 308
me, nisi Pater qui misit me traxerit eum [Io 6, 43 44]. Magna

---

1816. ML 35, 1506. 1817. ML 35, 1512 1818. ML 35, 1585.
1819. ML 35, 1592. 1820. ML 35, 1602. 1821. ML 35, 1607.

326 gratiae commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat
343 et quem non trahat, quare illum trahat et illum non trahat,
noli velle iudicare, si non vis errare. Semel accipe, et intel-
341 lege. Nondum traheris? Ora ut traharis. Quid hic dicimus,
334 fratres? Si trahimur ad Christum, ergo inviti credimus; ergo
violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Intrare quisquam
ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens,
249 accipere sacramentum potest nolens; credere non potest nisi
volens.

326 26, 4. Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico: 1822
336 Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. . . . Porro si
poetae dicere licuit: «Trahit sua quemque voluptas» [*Virg.*
Ecl. 2, 64]; non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed
9 delectatio: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem
ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine,
delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum
Christus est? . . . Da amantem, et sentit quod dico. Da
desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregri-
nantem atque sitientem, et fontem aeternae patriae suspirantem:
da talem, et scit quid dicam. Si autem frigido loquor, nescit
quid loquor.

334 26, 7. Videte quomodo trahit Pater: docendo delectat, 1823
non necessitatem imponendo. Ecce quomodo trahit.

484 26, 13. *Caro mea est,* inquit, *pro mundi vita* [Io 6, 52]. 1824
Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non
509 neglegant. Fiant corpus Christi, si volunt vivere de spiritu
Christi. De spiritu Christi non vivit nisi corpus Christi. . . .
511 Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem,
Unus panis, inquit, *unum corpus multi sumus* [1 Cor 10, 17].
O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum cari-
tatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat.
Accedat, credat; incorporetur, ut vivificetur.

13 36, 1. In quattuor evangeliis, vel potius quattuor libris 1825
20 unius evangelii, sanctus Ioannes apostolus, non immerito se-
cundum intellegentiam spiritualem aquilae comparatus, altius
multoque sublimius aliis tribus erexit praedicationem suam;
et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri
tres evangelistae tamquam cum homine Domino in terra am-
bulabant, de divinitate eius pauca dixerunt; istum autem quasi
piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis
intonuit, erexit se . . . et pervenit ad eum per quem facta
sunt omnia, dicendo: *In principio erat Verbum,* etc. [Io 1, 1 sqq].

258 40, 9. Quid promittit credentibus, fratres? *Et cognoscetis* 1826
veritatem [Io 8, 32]. Quid enim? Non illam cognoverant,

1822. ML 35, 1608. 1823. ML 35, 1610. 1824. ML 35, 1612.
1825. ML 35, 1662. 1826. ML 35, 1690.

quando Dominus loquebatur? Si non cognoverant, quomodo
crediderunt? Non quia cognoverunt crediderunt, sed ut cogno- 253
scerent crediderunt. Credimus enim ut cognoscamus, non
cognoscimus ut credamus. . . . Quid est enim fides, nisi cre- 263
dere quod non vides? Fides ergo est quod non vides credere,
veritas, quod credidisti videre.

1827 44, 13. *Scimus autem quia peccatores Deus non audit,* etc. 342
[Io 9, 31]. Adhuc inunctus loquitur. Nam et peccatores ex-
audit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra
ille publicanus oculos in terram demittens et pectus suum
percutiens diceret: *Domine, propitius esto mihi peccatori* [Lc
18, 13]. Et ista confessio meruit iustificationem, quomodo iste 363
caecus illuminationem.

1828 49, 2. Omnis qui peccat moritur. Sed mortem carnis 296
omnis homo timet, mortem animae pauci. Pro morte carnis,
quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne
veniat; inde est quod laborant. Laborat ne moriatur homo
moriturus, et non laborat ne peccet homo in aeternum victurus.

1829 49, 10. Habent omnes animae, cum de saeculo exierint, 586
diversas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tor-
menta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium 599
amplius erit et malorum tormenta graviora; quando cum cor-
pore torquebuntur. . . . Requiem quae continuo post mortem
datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. . . .
Et alii in ista requie iam diu sunt, alii non tam diu, alii
paucioribus annis, alii nec recenti tempore. Cum vero ab
hoc somno evigilabunt, simul omnes quod promissum est ac-
cepturi sunt.

1830 53, 6. *Non poterant credere,* quia hoc Isaias propheta prae- 337
dixit [Io 12, 39; Is 6, 10]; hoc autem propheta praedixit, quia 346
Deus hoc futurum esse praescivit. Quare autem non poterant
si a me quaeratur, cito respondeo: Quia nolebant; malam
quippe eorum voluntatem praevidit Deus, et per prophetam
praenuntiavit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam
causam, inquis, dicit propheta, non voluntatis eorum. Quam
causam dicit propheta? Quia *dedit illis Deus spiritum com-* 345
punctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, et
excaecavit oculos eorum, et induravit cor eorum [Is 6, 9 10;
Io 12, 40; Rom 11, 8]. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse
respondeo. Sic enim excaecat, sic obdurat Deus, deserendo
et non adiuvando; quod occulto iudicio facere potest, iniquo
non potest.

1831 67, 2. Denarius quidem ille aequalis est omnibus, quem 612
paterfamilias iis, qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus,

---

1827. ML 35, 1718. 1828. ML 35, 1747. 1829. ML 35, 1751.
1830. ML 35, 1776. 1831. ML 35, 1812.

non in eo discernens qui minus et qui amplius laborarunt
[Mt 20, 9]; quo utique denario vita significatur aeterna, ubi
amplius alio nemo vivit, quoniam vivendi non est diversa in
aeternitate mensura. Sed multae mansiones [Io 14, 2] diversas
meritorum in una vita aeterna significant dignitates.

308 74, 1. Apostolica vox est: *Nemo dicit Dominus Iesus nisi* 1832
in Spiritu Sancto [1 Cor 12, 3]. Et quis Dominum Iesum, nisi
qui eum diligit, dicit, si eo modo dicit, quo apostolus intellegi
voluit? Multi enim voce dicunt, corde autem et factis negant. . . .
Nemo itaque *dicit Dominus Iesus* animo, verbo, facto, corde,
ore, opere, *nemo dicit Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto.*

263 79, 1. Haec est laus fidei, si quod creditur non videtur. 1833
Nam quid magnum est si creditur quod videtur, secundum
illam eiusdem Domini sententiam, quando discipulum arguit
dicens: *Quia vidisti, credidisti; beati qui non vident, et credunt*
[Io 20, 29]?

438 80, 3. *Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum* 1834
vobis [Io 15, 3]. Quare non ait: mundi estis propter baptismum
quo loti estis, sed ait: *propter verbum quod locutus sum vobis,*
nisi quia et in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, et
quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et
fit sacramentum, etiam ipsum tamquam visibile verbum. Nam
456 et hoc utique dixerat, quando pedes discipulis lavit: *Qui lotus*
est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus [Io 13, 10].
447 Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat,
nisi faciente verbo; non quia dicitur, sed quia creditur?
Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus
manens.

308 81, 3. Ne quisquam putaret saltem parvum aliquem fructum 1835
posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset: *Hic fert*
fructum multum [Io 15, 5], non ait: quia sine me parum potestis
facere, sed: *nihil potestis facere* [ib.]. Sive ergo parum, sive
multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

393 82, 4. Quod ait etiam de Patre: *Maneo in eius dilectione* 1836
394 [Io 15, 10], illa scilicet accipienda est, qua dilexit eum Pater.
Sed numquid et hic gratia intellegenda est, qua Pater diligit
Filium, sicut gratia est qua nos diligit Filius, cum simus nos
filii gratia, non natura, Unigenitus autem natura, non gratia?
An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita
sane. Nam dicendo: *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos*
423 [ib. 9], gratiam mediatoris ostendit. *Mediator* autem *Dei et*
hominum, non in quantum Deus, sed in quantum *homo,* est
Christus Iesus [1 Tim 2, 5]. Et profecto secundum id quod

1832. ML 35, 1827. 1833. ML 35, 1837. 1834. ML 35, 1840.
1835. ML 35, 1841. 1836. ML 35, 1844.

homo est, de illo legitur: *Et Iesus proficiebat sapientia et
aetate et gratia apud Deum et homines* [Lc 2, 52].
1837 86, 2. Si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse 129
nos praesciverat, simul etiam praescisset quod eum nos fuisse-
mus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni; nisi
forte dicendus est bonus qui non elegit bonum. Quid ergo
elegit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt,
qui boni non essent, nisi electi essent. *Alioquin gratia iam* 340
non est gratia [Rom 11, 6], si praecessisse contendimus merita.
1838 96, 3. Etsi non iis [catechumenis] fidelium sacramenta pro- 457
duntur, non ideo fit quod ea ferre non possunt, sed ut ab
iis tanto ardentius concupiscantur, quanto iis honorabilius
occultantur.
1839 99, 7. Cur ergo non credamus quod etiam de Filio pro- 171
cedat Spiritus Sanctus, cum Filii quoque ipse sit Spiritus?
Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem se
repraesentans discipulis suis insufflasset dicens: *Accipite Spiri-
tum Sanctum* [Io 20, 22]. Quid enim aliud significavit illa in-
sufflatio, nisi quod procedat Spiritus Sanctus et de ipso?
1840 99, 8[1]. A quo autem habet Filius ut sit Deus (est enim 171
de Deo Deus), ab illo habet utique ut etiam de illo procedat 172
Spiritus Sanctus; ac per hoc Spiritus Sanctus, ut etiam de
Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre.
9. Hic utcumque etiam illud intellegitur, quantum a talibus, 173
quales nos sumus, intellegi potest, cur non dicatur natus esse,
sed potius procedere Spiritus Sanctus: quoniam si et ipse
Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod ab-
surdissimum est; filius quippe nullus est duorum, nisi patris
et matris. Absit autem, ut inter Deum Patrem et Deum
Filium tale aliquid suspicemur.
1841 106, 4. Quod Deus dicitur universae creaturae, etiam 2
omnibus gentibus, antequam in Christum crederent, non omni 91
modo esse potuit hoc nomen ignotum. Haec est enim vis
verae divinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti non
omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis,
in quibus natura nimium depravata est, universum genus hu- 87
manum Deum mundi huius fatetur auctorem. In hoc ergo,
quod fecit hunc mundum caelo terraque conspicuum, et
antequam imbuerentur in fide Christi, notus omnibus genti-
bus Deus.
1842 108, 5. *Ut sint et ipsi sanctificati in veritate* [Io 17, 19]. 394
Quod quid est aliud quam ‚in me', secundum id quod veritas
est Verbum illud in principio Deus? In quo et ipse filius 386

---

[1] Hunc locum rettulit Augustinus in De Trin. 15, 27, 48.
1837. ML 35, 1851. 1838. ML 35, 1875. 1839. ML 35, 1889.
1840. ML 35, 1890. 1841. ML 35, 1910. 1842. ML 35, 1916.

hominis sanctificatus est ab initio creationis suae, quando
385 Verbum factum est caro; quia una persona facta est Verbum
et homo. Tunc ergo sanctificavit se in se, hoc est, hominem
se in Verbo se; quia unus Christus Verbum et homo, sancti-
ficans hominem in Verbo.
208 110, 7. Cum vero noverimus bonorum omnium creatorem 1843
410 reparandis angelis malis nihil gratiae contulisse, cur non potius
intellegimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa,
199 quanto erat natura sublimior?
287 118, 5. Quid est, quod omnes noverunt, signum Christi 1844
455 nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur sive fronti-
bus credentium, sive ipsi aquae ex qua regenerantur, sive
478 oleo quo chrismate unguntur, sive sacrificio quo aluntur, nihil
eorum rite perficitur.
542 124, 5. Cogitur homo tolerare [hanc vitam] etiam remissis 1845
peccatis, quamvis, ut in eam veniret miseriam, primum fuerit
causa peccatum. Productior est enim poena quam culpa; ne
parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena. Ac per
hoc vel ad demonstrationem debitae miseriae, vel ad emenda-
tionem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae,
temporaliter hominem detinet poena et quem iam ad dam-
nationem sempiternam reum non detinet culpa.

In epistulam Ioannis ad Parthos tractatus, 416.

316 Tr. 1, n. 6. Non potest homo, quamdiu carnem portat, 1846
291 nisi habere vel levia peccata; sed ista levia quae dicimus
noli contemnere. Si contemnis, quando appendis, expavesce,
293 quando numeras. Levia multa faciunt unum grande; multae
guttae implent flumen; multa grana faciunt massam. Et quae
spes est? Ante omnia confessio; ne quisquam se iustum putet,
et ante oculos Dei qui videt quod est, erigat cervicem homo
qui non erat et est. Ante omnia ergo confessio, deinde
532 dilectio; quia de caritate quid dictum est? *Caritas cooperit
multitudinem peccatorum* [1 Petr 4, 8]. Iam videamus si ipsam
caritatem commendat, propter subrepentia delicta; quia sola
caritas exstinguit delicta.
478 3, 5. *Et vos unctionem habebitis a Sancto, ut ipsi vobis* 1847
437 *manifesti sitis* [1 Io 2, 20]. Unctio spiritualis ipse Spiritus
Sanctus est, cuius sacramentum est in unctione visibili.
334 4, 7. *Et omnis qui habet spem hanc in ipso, castificat semet-* 1848
329 *ipsum, sicut et ipse castus est* [1 Io 3, 3]. Videte quemad-
modum non abstulit liberum arbitrium, ut diceret *castificat
semetipsum*. Quis nos castificat nisi Deus? Sed Deus te no-

1843. ML 35, 1924. 1844. ML 35, 1950. 1845. ML 35, 1972.
1846. ML 35, 1982. 1847. ML 35, 2000. 1848. ML 35, 2009.

lentem non castificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuam
Deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de
illo qui venit ut inhabitet te.

1849 8, 1. Opera misericordiae, affectus caritatis, sanctitas pie- 244
tatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis, semper haec
tenenda sunt . . . quia intus sunt omnes istae virtutes quas
nominavi. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exer-
citus est imperatoris, qui sedet intus in mente tua. Quomodo
enim imperator per exercitum suum agit quodque placet, sic
Dominus Iesus Christus incipiens habitare in interiore ho-
mine nostro, id est, in mente per fidem [cf. Eph 3, 17], utitur
istis virtutibus quasi ministris suis.

De gestis Pelagii, 417.

1850 C. 1, n. 3. Admonemur adiutoriorum esse genera duo. 330
Alia quippe sunt sine quibus illud ad quod adiuvant effici non
potest; sicut sine navi navigat nemo, nemo sine voce loquitur,
nemo sine pedibus graditur, nemo sine luce contuetur, et
multa huiusmodi; unde est etiam illud, quod nemo sine Dei
gratia recte vivit. Alia vero sunt adiutoria quibus sic ad-
iuvamur, ut, etiam si desint, possit alio modo fieri propter
quod ea requirimus; sicut illa sunt quae commemoravi: tribula
ad fruges terendas, paedagogus ad puerum ducendum, me-
dicamentum humana arte confectum ad recipiendam salutem,
et cetera talia.

1851 14, 33. Ipsum quippe gratiae nomen, et eius nominis in- 340
tellectus aufertur, si non gratis datur, sed eam qui dignus
est accipit. An forte quis dicet apostolo me facere iniuriam,
quia eum gratia dignum fuisse non dico? Immo tunc facio
et illi iniuriam et mihi poenam, si quod dicit ipse non credo.
An ille gratiam non ita definivit, ut eam sic gratis appellatam
quod daretur ostenderet? Nempe ipse dixit: *Si autem gratia,
iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia*
[Rom 11, 6].

De gratia Christi et de peccato originali, 418.

Lib. I. De gratia Christi.

1852 C. 12, n. 13. Haec autem gratia, qua *virtus in infirmitate* 325
perficitur [2 Cor 12, 9], praedestinatos et *secundum propositum* 326
vocatos [Rom 8, 28] ad summam perfectionem glorificationem-
que perducit. Qua gratia agitur, non solum ut facienda no-

1849. ML 35, 2035.
1850. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha. 1902), 53; ML 44, 321.
1851. CV 42, 89; ML 44, 340. 1852. CV 42, 136; ML 44, 367.

verimus, verum etiam ut cognita faciamus; nec solum ut dili-
genda credamus, verum etiam ut credita diligamus.

324
325 24, 25. Convertit Deus et transtulit indignationem eius 1853
326 [Assueri, cf. Esth 15, 11] in lenitatem. Quis autem non videat
multo maius esse indignationem a contrario in lenitatem con-
vertere atque transferre, quam cor neutra affectione prae-
occupatum, sed inter utramque medium in aliquid declinare?
Legant ergo et intellegant, intueantur atque fateantur, non
lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna et oc-
culta, mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus
hominum, non solum veras revelationes, sed bonas etiam
voluntates.

329 25, 26. Non solum enim Deus posse nostrum donavit 1854
atque adiuvat, sed etiam *velle et operari operatur in nobis*
334 [Phil 2, 13], non quia nos non volumus, aut nos non agimus,
sed quia sine ipsius adiutorio nec volumus aliquid boni, nec
agimus.

350 29, 30. Item in eodem libro *[De libero arbitrio]* alio loco: 1855
«Ut, quod per liberum», inquit [Pelagius], «homines facere
308 iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam». Tolle
,facilius', et non solum plenus, verum etiam sanus est sensus. . . .
Quem sensum redarguit qui dicit: *Sine me nihil potestis facere*
[Io 15, 5].

334
348 47, 52. Sed quia ista quaestio, ubi de arbitrio voluntatis 1856
et Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis,
ut, quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia
videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium
putetur auferri; potest Pelagius ita se latebris obscuritatis huius
involvere, ut etiam his quae a sancto Ambrosio conscripta
posuimus consentire se dicat.

Lib. II. De peccato originali.

415 C. 24, n. 28. In causa duorum hominum, quorum per 1857
unum venumdati sumus sub peccato, per alterum redimimur
a peccatis, per unum praecipitati sumus in mortem, per
alterum liberamur ad vitam, quoniam ille nos in se perdidit
faciendo voluntatem suam, non eius a quo factus est, iste
nos in se salvos fecit non faciendo voluntatem suam, sed eius
a quo missus est [Io 4, 34; 5, 30]; in horum ergo duorum
423 hominum causa proprie fides christiana consistit. *Unus est
enim Deus, et unus mediator Dei et hominum homo Christus
Iesus* [1 Tim 2, 5], quoniam *non est aliud nomen sub caelo datum*

1853. CV 42, 145; ML 44, 373. 1854. CV 42, 146; ML 44, 373.
1855. CV 42, 149; ML 44, 375. 1856. CV 42, 163; ML 44, 383.
1857. CV 42, 186; ML 44, 398.

hominibus, in quo oportet salvos fieri nos [Act 4, 12], et in illo definivit Deus *fidem omnibus, suscitans illum a mortuis* [Act
17, 31]. Itaque sine ista fide, hoc est, sine fide unius mediatoris 265
Dei et hominum hominis Christi Iesu, sine fide, inquam, resurrectionis eius, quam Deus omnibus definivit, quae utique sine incarnatione eius ac morte non potest veraciter credi; sine fide ergo incarnationis et mortis et resurrectionis Christi,
nec antiquos iustos, ut iusti essent, a peccatis potuisse mun- 425
dari et Dei gratia iustificari, veritas christiana non dubitat.... Et ipsorum enim corda eadem mundabantur mediatoris fide, et *diffundebatur* in iis *caritas per Spiritum Sanctum* [Rom 5, 5], qui *ubi vult spirat* [Io 3, 8], non merita sequens, sed etiam
ipsa merita faciens. Non enim Dei gratia gratia erit ullo 340
modo, nisi gratuita fuerit omni modo.

Sermo ad Caesariensis ecclesiae plebem, 418.

1858 6. [Salutem homo] non potest habere nisi in ecclesia catho- 47
lica. Extra catholicam ecclesiam totum potest praeter salutem.
Potest habere honorem, potest habere sacramenta, potest 450
cantare alleluia, potest respondere Amen, potest evangelium tenere, potest in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti fidem habere et praedicare, sed nusquam nisi in ecclesia catholica salutem poterit invenire.

Contra sermonem Arianorum, 418.

1859 8. Filius Dei dicitur crucifixus et sepultus, quamvis haec 400
non in divinitate ipsa, qua est Unigenitus Patri coaeternus,
sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus. ... Hanc 385
unitatem personae Christi Iesu Domini nostri sic ex natura 392
utraque constantem, divina scilicet atque humana, ut quaelibet earum vocabulum etiam alteri impertiat, et divina humanae et humana divinae, beatus ostendit apostolus [Phil 2, 5—8].

1860 16. Est in homine simile quiddam, quamvis nequaquam 144
illius Trinitatis, quae Deus est, excellentiae comparandum.... Dictum est: *ad imaginem nostram* [Gn 1, 26]. Quod ex persona ipsius Trinitatis rectissime accipitur. Tria itaque ista in hominis anima cogitemus: memoriam, intellegentiam, voluntatem; ab his tribus fit omne quod facimus.

De adulterinis coniugiis, 419.

1861 L. 1, c. 9, n. 9. Quemadmodum igitur si dixerimus: Qui- 572
cumque mulierem a marito praeter causam fornicationis di- 573
missam duxerit, moechatur, procul dubio verum dicimus; nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimissam duxerit, ab hoc crimine absolvimus, sed utrosque moechos esse minime dubitamus; ita eum, qui praeter causam fornicationis uxorem dimiserit et aliam duxerit, moechum pronuntiamus; nec ideo tamen eum, qui propter causam fornicationis dimiserit et alteram duxerit, ab huius peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius, moechos tamen esse cognoscimus.

1858. CV 53 (ed. M. Petschenig, 1910), 174; ML 43, 695.
1859. ML 42, 688. 1860. ML 42, 695.
1861. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 356; ML 40, 456.

470 1, 26, 33. Catechumenis ergo in huius vitae ultimo con- 1862
473 stitutis, seu morbo seu casu aliquo si compressi sint, ut, quamvis adhuc vivant, petere sibi tamen baptismum vel ad interrogata respondere non possint, prosit iis quod eorum in fide christiana iam nota voluntas est, ut eo modo baptizentur, quo modo baptizantur infantes, quorum voluntas adhuc nulla patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos, qui
454 timidius agunt quam nobis videtur agi oportere. ... Baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiverint, ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est usus. Sed non solum incredibile est nec in fine vitae huius baptizari catechumenum velle, verum etiam, si voluntas eius incerta est, multo satius est nolenti dare quam volenti negare, ubi velit an nolit sic non apparet, ut tamen credibilius sit eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum ea sacramenta percipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire.

572 2, 4, 4. *Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit* 1863
573 *cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro* [Rom 7, 3]. Haec verba apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desiverit. Esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licite itaque dimittitur coniux ob causam fornicationis; sed manet vinculum pudoris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob hanc causam fornicationis.

475 2, 16, 16. Si a catechumeno factum est [homicidium], baptis- 1864
547 mate abluitur, et, si a baptizato, paenitentia et reconciliatione
527 sanatur.

Quaestiones in Heptateuchum, 419.

212 L. 2 (In Ex.), q. 21. Insunt enim rebus corporeis per 1865
omnia elementa mundi quaedam occultae seminariae rationes,

1862. CV 41, 380; ML 40, 469. 1863. CV 41, 385, ML 40, 473.
1864. CV 41, 401; ML 40, 482.
1865. CV 28, 3 (ed. I. Zycha, 1895), 102; ML 34, 602.

quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis,
prorumpunt in species debitas suis modis et finibus. Et sic
non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores,
sicut nec agricolae segetum vel arborum vel quorumque in
terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverint
praebere quasdam visibiles opportunitates et causas, ut illa
nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc angeli
invisibiliter; Deus vero solus unus creator est, qui causas 190
ipsas et rationes seminarias rebus insevit.

1866 3 (In Lev.), 57. Illis sacrificiis [veteris legis] unum hoc sacri- 514
ficium significabatur, in quo vera fit remissio peccatorum, a 520
cuius tamen sacrificii sanguine in alimentum sumendo non 501
solum nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes ex-
hortantur, qui volunt habere vitam.

De nuptiis et concupiscentia, 419/20.

1867 L. 1, c. 10, n. 11. Quoniam sane non tantum fecunditas, 568
cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum
est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum com-
mendatur fidelibus coniugatis, unde dicit apostolus: *Viri, diligite
uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam* [Eph 5, 25];
huius procul dubio sacramenti res est, ut mas et femina 570
conubio copulati quamdiu vivunt inseparabiliter perseverent, 572
nec liceat, excepta causa fornicationis, a coniuge coniugem
dirimi [Mt 5, 32]. . . . Quod si quisquam fecerit, non lege huius 579
saeculi, ubi interveniente repudio sine crimine conceditur cum
aliis alia copulare conubia, quod etiam sanctum Moysen 576
Dominus, propter duritiam cordis illorum, Israelitis permisisse
testatur, sed lege evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa
si alteri nupserit [Mt 19, 8 9]. . . . Ita manet inter viventes
quiddam coniugale, quod nec separatio nec cum altero co-
pulatio possit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non
ad vinculum foederis; sicut apostatae anima, velut de coniugio 445
Christi recedens, etiam fide perdita, sacramentum fidei non
amittit, quod lavacro regenerationis accepit.

1868 1, 11, 12. Quibus vero placuit ex consensu ab usu carnalis 571
concupiscentiae in perpetuum continere, absit ut vinculum
inter illos coniugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis
ea pacta secum inierunt, quae carius concordiusque servanda
sunt, non voluptariis corporum nexibus, sed voluntariis af-
fectibus animorum. Neque enim fallaciter ab angelo dictum
est ad Ioseph: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*

1866. CV 28, 3, 290; ML 34, 704.
1867. CV 42 (ed. C. F. Urba et I. Zycha, 1902), 222; ML 44, 420.
1868. CV 42, 224; ML 44, 420.

[Mt 1, 20]. Coniux vocatur ex prima desponsationis fide, quam
concubitu nec cognoverat nec fuerat cogniturus.

568 1, 17, 19. In nuptiis tamen bona nuptialia diligantur: proles, 1869
fides, sacramentum. Sed proles, non ut nascatur tantum, verum
etiam ut renascatur; nascitur namque ad poenam nisi re-
nascatur ad vitam. Fides autem, non qualem habent inter
se etiam infideles zelantes carnem. . . . Sacramentum vero,
quod nec separati et adulterati amittunt, coniuges concorditer
casteque custodiant.

303 1, 18, 20. Propter hanc [concupiscentiam] fit, ut etiam de 1870
iustis et legitimis nuptiis filiorum Dei, non filii Dei, sed filii
saeculi generentur; quia et ii qui generant, si iam regenerati
sunt, non ex hoc generant quod filii Dei sunt, sed ex quo
adhuc filii saeculi.

302 1, 23, 25. Concupiscentia, quae solo sacramento regenera- 1871
305 tionis expiatur, profecto peccati vinculum generatione traicit
in posteros, nisi ab illo et ipsi regeneratione solvantur. Nam
ipsa quidem concupiscentia iam non est peccatum in regene-
ratis, quando illi ad illicita opera non consentitur, atque ut
ea perpetrent, a regina mente membra non dantur. . . . Sed
quia modo quodam loquendi peccatum vocatur quod et
peccato facta est et peccatum, si vicerit, facit, reatus eius
valet in generato; quem reatum Christi gratia per remissionem
omnium peccatorum in regenerato, si ad mala opera ei quodam
modo iubenti non oboediat, valere non sinit.

305 1, 24, 27. Ipse ille licitus honestusque concubitus non 1872
potest esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod rationis
est, non libidinis. . . . Ex hac concupiscentia carnis, tamquam
filia peccati, et quando illi ad turpia consentitur, etiam pecca-
302 torum matre multorum, quaecumque nascitur proles, originali
est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista
397 concupiscentia virgo concepit; propterea quando nasci est in
carne dignatus, sine peccato solus est natus.

297 1, 26, 29. Sicut eorum peccatorum, quae manere non pos- 1873
sunt, quoniam cum fiunt praetereunt, reatus tamen manet, et,
nisi remittatur, in aeternum manebit; sic illius [concupiscentiae],
quando remittitur, reatus aufertur. Hoc est enim non habere
peccatum, reum non esse peccati. Nam si quisquam, verbi
gratia, fecerit adulterium, etiamsi numquam deinceps faciat,
reus est adulterii, donec reatus ipsius indulgentia remittatur.
Habet ergo peccatum, quamvis illud quod admisit iam non
sit, quia cum tempore quo factum est praeteriit.

1869. CV 42, 231; ML 44, 424.
1870. CV 42, 232; ML 44, 425.
1871. CV 42, 237; ML 44, 428.
1872. CV 42, 239; ML 44, 429.
1873. CV 42, 241; ML 44, 430.

1874 1, 33, 38. Eodem lavacro regenerationis et verbo sancti- 475
ficationis omnia prorsus mala hominum regeneratorum mun-
dantur atque sanantur, non solum peccata quae omnia nunc
remittuntur in baptismo, sed etiam quae posterius humana
ignorantia vel infirmitate contrahuntur, non ut baptisma quoties
peccatur toties repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit,
ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet pecca- 522
torum venia fidelibus impetretur.

1875 2, 11, 24. Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, 442
quod erat tunc signaculum iustitiae fidei, ad significationem
purgationis valebat et parvulis originalis veterisque peccati,
sicut et baptismus ex illo valere coepit ad innovationem
hominis, ex quo est institutus.

1876 2, 26, 43. Non sunt nuptiae causa peccati, quod trahitur 581
a nascente, et expiatur in renascente; sed voluntarium peccatum 302 304
hominis primi originalis est causa peccati. . . . 27, 44. Quid
est ergo quod [Iulianus] quaerit a nobis: Per quid peccatum in-
venitur in parvulo, utrum per voluntatem, an per nuptias, an
per parentes? . . . 45. Ad omnia ista huic respondet apostolus,
qui neque voluntatem arguit parvuli, quae propria in illo
nondum est ad peccandum; neque nuptias in quantum nuptiae 570
sunt, quae habent a Deo non solum institutionem, verum
etiam benedictionem; neque parentes in quantum parentes
sunt, invicem licite atque legitime ad procreandos filios con-
iugati; sed: *Per unum,* inquit, *hominem peccatum in hunc mun-
dum intravit, et per peccatum mors; et ita in omnes homines
pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [Rom 5, 12].

1877 2, 28, 48. «Si peccatum», inquit, «ex voluntate est, mala 302
voluntas quae peccatum facit; si ex natura, mala natura.» 304
Cito respondeo: Ex voluntate peccatum est. Quaerit forte,
utrum et originale peccatum? Respondeo: Prorsus et originale
peccatum; quia et hoc ex voluntate primi hominis seminatum
est, ut et in illo esset et in omnes transiret.

De anima et eius origine, 419/20.

1878 L. 1, c. 9, n. 11. Non baptizatis parvulis nemo promittat 306
inter damnationem regnumque caelorum quietis vel felicitatis 470
cuiuslibet atque ubilibet quasi medium locum. Hoc enim iis 307
etiam haeresis pelagiana promisit.

1879 2, 3, 6. Unde, obsecro, credis esse animam, non unius- 222
cuiusque nostrum dico, sed primam primo illi homini datam?
Si ex nihilo, et factam tamen insufflatamque a Deo, id credis
quod ego.

1874. CV 42, 250; ML 44, 435. 1875. CV 42, 276; ML 44, 450.
1876. CV 42, 297; ML 44, 461. 1877. CV 42, 303; ML 44, 464.
1878. ML 44, 481. 1879. ML 44, 497.

585 2, 4, 8. Illud quod rectissime et valde salubriter credit 1880
[Vincentius Victor], iudicari animas cum de corporibus exierint,
600 antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam
601 redditis corporibus iudicari, atque in ipsa in qua hic vixerunt
carne torqueri sive gloriari; hoc itane tandem ipse nesciebas?
Quis adversus evangelium tanta obstinatione mentis obsurduit,
ut in illo paupere qui post mortem ablatus est in sinum
Abrahae, et in illo divite cuius in inferno cruciatus exponitur
[Lc 16, 22 sqq], ista non audiat vel audita non credat?

470 3, 9, 12. Noli credere, nec dicere, nec docere, infantes 1881
antequam baptizentur morte praeventos pervenire posse ad
originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse catholicus.

470 4, 11, 16. Quod apertissime apostolum video docuisse, 1882
simpliciter teneo: ex uno homine omnes homines ire in
condemnationem qui nascuntur ex Adam [Rom 5, 18], nisi ita
renascantur in Christo, sicuti instituit ut renascantur, antequam
128 corpore moriantur, quos praedestinavit ad aeternam vitam
135 misericordissimus gratiae largitor; qui est et illis quos prae-
destinavit ad aeternam mortem iustissimus supplicii retributor;
306 non solum propter illa, quae volentes adiciunt, verum etiam
130 si infantes nihil adiciant, propter originale peccatum. Haec
est in illa quaestione definitio mea, ut occulta opera Dei
habeant suum secretum, salva fide mea.

Contra duas epistulas Pelagianorum, 420.

301 L. 1, c. 2, n. 5. Quis autem nostrum dicat, quod primi 1883
hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere?
300 Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quae in paradiso
fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam; propter
308 quod natura humana divina indiget gratia.

425 1, 7, 12. Dicimus vel ante legem vel tempore veteris 1884
testamenti a peccatis fuisse liberatos . . . per sanguinem ipsius
redemptoris, qui est *unus mediator Dei et hominum homo
Christus Iesus* [1 Tim 2, 5]. Isti autem inimici gratiae Dei,
quae data est pusillis et magnis per Iesum Christum Dominum
nostrum, ideo dicunt antiquos homines Dei perfectae fuisse
iustitiae, ne Christi incarnatione, passione, resurrectione, cuius
265 fide salvi facti sunt, credantur eguisse.

535 1, 9, 15. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, 1885
aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam
faceret si hoc posset impune permitti. Nam sic profecto in
ipsa intus voluntate peccat qui non voluntate sed timore
non peccat.

1880. ML 44, 498. 1881. ML 44, 516. 1882. ML 44, 533.
1883. ML 44, 552. 1884. ML 44, 555. 1885. ML 44, 558.

1886 1, 13, 26. Dicimus baptisma dare omnium indulgentiam 355
peccatorum, et auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant iterum resecanda peccata.

1887 1, 13, 27. Haec [concupiscentia] etiamsi vocatur peccatum, 305
non utique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur; sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit.

1888 1, 14, 28. Multi baptizati fideles sunt sine crimine; sine 316
peccato autem in hac vita neminem dixerim, quantalibet 350
Pelagiani, quia haec dicimus, adversum nos inflentur et disrumpantur insania; non quia aliquid peccati remanet quod in baptismate non remittatur, sed quia a nobis in huius vitae 548
infirmitate manentibus cotidie fieri non quiescunt, quae fideliter 458
orantibus et misericorditer operantibus cotidie remittantur.

1889 1, 18, 36. Nec ex Dei potentia vel in malum vel in 295
bonum invitum aliquem cogi [respondemus]; sed Deo deserente 344
pro meritis ire in malum, et Deo adiuvante sine meritis con- 340
verti ad bonum. Non enim est homo bonus si nolit; sed gratia Dei etiam ad hoc adiuvatur ut velit; quoniam non inaniter scriptum est: *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari pro bona voluntate* [Phil 2, 13], et: *Praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX].

1890 1, 19, 37. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit* 308
me traxerit eum [Io 6, 44]. Non enim ait: duxerit, ut illic aliquo modo intellegamus praecedere voluntatem. Quis trahitur, si iam volebat? Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur 334
ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis 333
hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

1891 1, 21, 39. Hoc vos non vultis inimici huic gratiae, ut 425
eadem gratia Iesu Christi salvi facti credantur antiqui; sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur; et ante legem dicitis salvos factos esse natura, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet et in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius.

1892 2, 3, 5. Libellus eius [Caelestii [1]] catholicus dictus est, quia 59
et hoc catholicae mentis est, si qua forte aliter sapit, quam 63
veritas exigit, non ea certissime definire, sed detecta ac demonstrata respuere. Non enim haereticis, sed catholicis apostolus loquebatur, ubi ait: *Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit* [Phil 3, 15]. Hoc in illo factum esse putabatur, quando se litteris beatae memoriae papae Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit.

[1] Caelestius Zosimo papae libellum fidei obtulerat, in quo de exsistentia peccati originalis se adhuc dubitare et instrui velle perfidus confitebatur.

1886. ML 44, 562. 1887. ML 44, 563. 1888. ML 44, 563.
1889. ML 44, 567. 1890. ML 44, 568. 1891. ML 44, 569.
1892. ML 44, 574.

329 2, 9, 21. Multa Deus facit in homine bona, quae non 1893
facit homo; nulla vero facit homo, quae non facit Deus ut faciat homo. . . . Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere nec perficere; quia, ut incipiamus, dictum est: *Misericordia eius praeveniet me* [Ps 58, 11]; ut perficiamus, dictum est: *Misericordia eius subsequetur me* [Ps 22, 6].

350 4, 10, 27. Illud iam tertium videamus, quod non minus in 1894
istis [Pelagianis] omne Christi membrum et totum eius corpus exhorret, quia contendunt esse in hac vita vel fuisse iustos
316 nullum habentes omnino peccatum. Qua praesumptione apertissime orationi dominicae contradicunt, in qua omnia membra Christi *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 21] veraci corde et cotidianis vocibus clamant.

Contra adversarium legis et prophetarum, 420.

10 L. 1, c. 17, n. 35. Sicut autem Deus unus et verus creator 1895
bonorum est et temporalium et aeternorum, ita idem ipse auctor est amborum testamentorum, quia et novum in vetere est figuratum et vetus in novo est revelatum.

73 1, 20, 39. Sane de apocryphis iste [adversarius] posuit testi- 1896
monia, quae sub nominibus apostolorum Andreae Ioannisque conscripta sunt. Quae si illorum essent, recepta essent ab ecclesia, quae ab illorum temporibus per episcoporum successiones certissimas, usque ad nostra et deinceps tempora, perseverat.

11 2, 7, 26. Finis autem legis quis est? Ad hoc non ego, sed 1897
apostolus ipse respondeat: *Finis enim legis,* inquit, *Christus, ad iustitiam omni credenti* [Rom 10, 4]. Finis perficiens, non interficiens. Finis quippe dicitur propter quem fiunt omnia
12 quaecumque aliquo fiunt officio. . . . Quemadmodum scientia quae nunc est, *evacuabitur,* sicut idem dicit apostolus, cum venerit illa quam dicit *facie ad faciem* [1 Cor 13, 11 12]: sic et ista quae in umbris tradita erant Iudaeis in vetere testamento, necesse fuit evacuari revelatione testamenti novi.

Contra Iulianum, 421.

L. 1, c. 6, n. 21 22 26. Fragm. S. Ioannis Chrysostomi, v. 1228 sq.

84 1, 7, 30. Convinceris undique: luce clariora sunt testimonia 1898
tanta sanctorum [de peccato originali]. In quorum conventum

1893. ML 44, 586. 1894. ML 44, 629. 1895. ML 42, 623.
1896. ML 42, 626. 1897. ML 42, 653. 1898. ML 44, 661.

te introduxerim conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius.... Hic est et Constantinopolitanus Ioannes.... Hic est Basilius.... Hic sunt et ceteri, quorum te movere debeat tanta consensio. Non est ista, sicut stilo maledico scribis, «conspiratio perditorum». In ecclesia catholica doctrinae sanae studiis claruerunt; spiritualibus armis muniti et accincti strenua contra haereticos bella gesserunt; perfuncti fideliter suae dispensationis laboribus in pacis gremio dormierunt. . . . 31. Ecce quo te introduxi, conventus sanctorum istorum non est multitudo popularis; non solum filii, sed et patres ecclesiae sunt.

1899 2, 10, 33. Sancti ac beati et in divinorum eloquiorum 302
pertractatione clarissimi sacerdotes, Irenaeus, Cyprianus, Re- 84
ticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes [Chrysostomus], Basilius, quibus addo presbyterum velis nolis Hieronymum, ut omittam eos qui nondum dormierunt, adversus vos proferunt de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sententiam, unde nemo eruit, nisi quem 397
sine lege peccati repugnante legi mentis virgo concepit. 34. . . . Quod invenerunt in ecclesia, tenuerunt; quod didi- 78
cerunt, docuerunt; quod a patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos iudices aliquid agebamus et apud eos acta est causa nostra.

1900 2, 10, 37. Isti [patres] episcopi sunt, docti, graves, sancti, 84
veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quae tria bona iudici tribuisti, non potes invenire quod spernas. . . . Talibus post apostolos sancta ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit.

1901 3, 18, 35. Bonus est Deus, iustus est Deus; potest aliquos 134
sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. Nullum 306
meritum malum octo dierum infans de propriis peccatis habebat; quare damnaretur, nisi circumcideretur, si ex origine non trahebat?

1902 4, 3, 16. Sed acerbissimi gratiae huius inimici exempla 350
nobis opponitis impiorum, quos dicitis alienos a fide abundare 308
virtutibus, in quibus sine adiutorio gratiae solum est naturae bonum, licet superstitionibus mancipatum, qui solis libertatis ingenitae viribus et misericordes crebro et modesti et casti inveniuntur et sobrii. Haec dicens, ecce iam et illud quod gratiae Dei tribueras abstulisti, ipsum scilicet voluntatis effectum. . . . Quanto satius, si te impios ita laudare delectat, 312
ut non audiens dicentem scripturam: *Qui dicit impium iustum esse, maledictus erit in populo et odibilis in gentibus* [Prv 24, 24],

---

1899. ML 44, 697. 1900. ML 44, 700. 1901. ML 44, 721.
1902. ML 44, 744.

etiam virtutibus veris eos praedices abundare: quanto, inquam, satius haec ipsa in iis dona Dei esse fatereris.

308 4, 3, 17. Sed absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit 1903
312 iustus. Absit autem ut sit iustus vere, nisi vivat ex fide. *Iustus* enim *ex fide vivit* [Rom 1, 17]. Quis porro eorum, qui se christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit diabolo mancipatum?

312 4, 3, 21. Noveris itaque non officiis, sed finibus a vitiis 1904
287 discernendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est, finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare convincitur. Quae tu non attendens, fines ab officiis separasti et virtutes veras
288 officia sine finibus appellandas esse dixisti. . . . Quidquid autem boni fit ab homine, et non propter hoc fit propter quod fieri debere vera sapientia praecipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

309 4, 3, 25. Sed ad hoc eos [infideles] in die iudicii cogitationes 1905
312 suae defendent, ut tolerabilius puniantur, quia *naturaliter quae legis sunt* utcumque *fecerunt*, *scriptum* habentes *in cordibus opus legis* [Rom 2, 14 15] hactenus, ut aliis non facerent quod perpeti nollent; hoc tamen peccantes, quod, homines sine fide, non ad eum finem ista opera rettulerunt, ad quem referre debuerunt.

126 4, 8, 44. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum* 1906
a Patre meo [Io 6, 66]. Omnes ergo qui salvi fiunt et in agnitionem veniunt veritatis [1 Tim 2, 4], eo volente salvi fiunt, eo volente veniunt; quia et qui nondum, sicut parvuli, utuntur voluntatis arbitrio, eo volente regenerantur, quo creante generantur, et qui iam utuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subveniente, a quo *praeparatur voluntas* [Prv 8, 35: LXX], velle non possunt.

345 5, 3, 12. Cum ergo dicitur homo tradi desideriis suis, inde 1907
fit reus, quia desertus a Deo cedit iis atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est [2 Petr 2, 19], et fit ei peccatum consequens, praecedentis poena peccati. [Varia exempla afferuntur; deinde:] Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquido apparet occulto iudicio Dei fieri perversitatem cordis, ut non audiatur quod verum dicitur, et inde peccetur et sit ipsum peccatum praecedentis etiam poena peccati.

306 5, 11, 44. Quis dubitaverit parvulos non baptizatos, qui 1908
solum habent originale peccatum nec ullis propriis aggra-

1903. ML 44, 745. 1904. ML 44, 749. 1905. ML 44, 751.
1906. ML 44, 760. 1907. ML 44, 790. 1908. ML 44, 809.

vantur, in damnatione omnium levissima futuros? Quae qualis et quanta erit, quamvis definire non possim, non tamen audeo dicere, quod iis ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret.

1909 5, 11, 45. Nec credendum est et ante datam circumcisionem 440
famulos Dei, quandoquidem iis inerat mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento eius opitulatos fuisse parvulis suis; quamvis quid illud esset aliqua necessaria causa scriptura latere voluerit. Nam et sacrificia eorum legimus, quibus utique sanguis ille figurabatur, qui solus tollit peccatum mundi.

1910 6, 13, 40. Dixisse me affirmas, quod gratia non perfecte 355
hominem novum faciat. Non hoc dico, attende quod dico. Gratia perfecte hominem novum facit; quandoquidem et ad corporis immortalitatem plenamque felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfecte innovat hominem, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum ad liberationem attinet ab omnibus malis et ab omni corruptione mortalitatis, qua nunc corpus aggravat animam.

1911 6, 16, 49. Tu autem, qui putas quod, si malum esset con- 305
cupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planius ita dicitur: omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis.

1912 6, 19, 60. Dixi sane: «Quomodo manent peccata reatu, 297
quae praeterierunt actu, sic e contrario fieri potest, ut concupiscentia maneat actu et praetereat reatu» [v. n. 1873]. . . . Ego enim de concupiscentia dixi, quae est *in membris repugnans legi mentis* [Rom 7, 23], quamvis reatus eius in omnium peccatorum remissione transierit; sicut e contrario sacrificium idolis factum, si deinceps non fiat, praeteriit actu, sed manet reatu, nisi per indulgentiam remittatur.

Enchiridion, sive De fide, spe et caritate, 421.

1913 7. Fides credit, spes et caritas orant. Sed sine fide esse 268
non possunt, ac per hoc et fides orat. Propterea quippe dictum est: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* [Rom 10, 14.] 8. Quid autem sperari potest quod non creditur? Porro aliquid etiam quod non speratur credi potest. Quis namque fidelium poenas non credit impiorum? Nec sperat tamen.

1914 32. Si nullus dicere Christianus audebit: Non miserentis 308
est Dei, sed volentis est hominis, ne apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dictum intellegatur: *Non*

1909. ML 44, 809. 1910. ML 44, 844. 1911. ML 44, 850.
1912. ML 44, 858. 1913. ML 40, 234; S (= Scheel) 3.
1914. ML 40, 248; S 22.

volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei [Rom 9, 16], ut
327 totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et praeparat
328 adiuvandam et adiuvat praeparatam. Praecedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia; quae autem non praecedit ipsa, in iis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis: et *Misericordia eius praeveniet me* [Ps 58, 11] et *Misericordia eius subsequetur me* [Ps 22, 6]. Nolentem praevenit, ut velit; volentem subsequitur, ne frustra velit.

409 33. *Fuimus enim et nos natura filii irae, sicut et ceteri* 1915
[Eph 2, 3]. In hac ira cum essent homines per originale peccatum, tanto gravius et perniciosius, quanto maiora vel plura insuper addiderant, necessarius erat mediator, hoc est, re-
416 conciliator, qui hanc iram sacrificii singularis, cuius erant umbrae omnia sacrificia legis et prophetarum, oblatione placaret.

397 41. Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentiae semi- 1916
natus sive conceptus et ideo nullum peccatum originaliter
393 trahens, Dei quoque gratia Verbo Patris unigenito, non gratia
385 Filio, sed natura, in unitate personae modo mirabili et in-
398 effabili adiunctus atque concretus et ideo nullum peccatum et ipse committens; tamen propter *similitudinem carnis peccati* [Rom 8, 3], in qua venerat, dictus est et ipse peccatum, sacri-
419 ficandus ad diluenda peccata. . . . Ait [apostolus]: *Eum qui non noverat peccatum*, id est Christum, *pro nobis peccatum fecit* [2 Cor 5, 21] Deus, cui reconciliandi sumus, hoc est, sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum, ut nos iustitia; nec nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum.

410 61. Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo 1917
etiam pro angelis fit, quidquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur a malo, quoniam cum iis quodam modo redit in gratiam, post inimicitias quas inter homines et sanctos angelos peccata fecerunt, et ex ipsa hominum redemptione ruinae illius angelicae detrimenta reparantur.

475 64. Excepto baptismatis munere, quod contra originale 1918
303 peccatum donatum est, ut, quod generatione attractum est, regeneratione detrahatur (et tamen activa quoque peccata, quaecumque corde, ore, opere commissa invenerit, tollit), hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis renovatio, in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus;
316 ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis aetatis, quantalibet praepolleat fecunditate iustitiae, sine peccatorum remissione
291 non agitur. . . . Neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quamdiu in hac mortali vivitur, inveniri posse

1915. ML 40, 248; S 23. 1916. ML 40, 252; S 28.
1917. ML 40, 261; S 39. 1918. ML 40, 262; S 40.

dicimus sine crimine; *peccatum* autem *si dixerimus quia non habemus,* ut ait tantus apostolus, *nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est* [1 Io 1, 8].

1919 65. Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis re- 522
mittendis in sancta ecclesia Dei misericordia desperanda est agentibus paenitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem paenitentiae, ubi tale commissum est, ut is 531
qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam considerenda est mensura temporis quam doloris.

1920 69. Tale aliquid [ignem] etiam post hanc vitam fieri in- 587
credibile non est, et utrum ita sit quaeri potest, et aut inveniri aut latere nonnullos fideles per ignem quemdam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari.

1921 71. De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine 548
quibus haec vita non ducitur, cotidiana fidelium oratio satis- 316 458
facit. Eorum est enim dicere: *Pater noster qui es in caelis* [Mt 6, 9], qui iam Patri tali regenerati sunt ex aqua et Spiritu [Io 3, 5]. Delet omnino haec oratio minima et cotidiana peccata.

1922 84. Resurrecturam tamen carnem omnium quicumque nati 599
sunt hominum atque nascentur et mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

1923 89. Quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut 600
igne liquesceret, aut contereretur in pulverem, aut confunderetur in massam, et eam vellet artifex rursus ex illius materiae quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quae particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterat, eam mirabili et ineffabili celeritate restituet, nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues, an quidquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur, curante artificis providentia ne quid indecens fiat.

1924 93. Mitissima sane omnium poena erit eorum, qui praeter 306
peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt; et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque tolerabiliorem ibi 595
habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

1925 95. Tunc [in caelo] non latebit quod nunc latet, cum de 130
duobus parvulis unus esset assumendus per misericordiam, 343
alius per iudicium relinquendus, in quo is qui assumeretur

1919. ML 40, 262; S 41. 1920. ML 40, 265; S 44.
1921. ML 40, 265; S 45. 1922. ML 40, 272; S 54.
1923. ML 40, 273; S 55. 1924. ML 40, 275; S 57.
1925. ML 40, 275; S 58.

agnosceret quid sibi per iudicium deberetur, nisi misericordia subveniret; cur ille potius quam iste fuerit assumptus, cum causa una esset ambobus; cur apud quosdam non factae sint virtutes, quae, si factae fuissent, egissent illi homines paenitentiam, et factae sint apud eos qui non fuerant credituri. Apertissime namque Dominus dicit: *Vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida: quia, si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paeni-*
332 *tentiam egissent* [Mt 11, 21]. Nec utique Deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse, si vellent.

333 98. Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum malas 1926
hominum voluntates quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit.

126 103. Cum audimus et in sacris litteris legimus, quod velit 1927
omnes homines salvos fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimae Dei voluntati aliquid derogare, sed ita intellegere quod scriptum est: *Qui omnes homines vult salvos fieri* [1 Tim 2, 4], tamquam diceretur nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit, non quod nullus sit hominum nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus fiat, nisi quem velit; et ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit.... Aut certe sic dictum est: *Qui omnes homines vult salvos fieri,* non quod nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse paenitentiam si fecisset; sed ut ‚omnes homines' omne genus humanum intellegamus per quascumque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos....

281 104. Etiam primum hominem Deus in ea salute, in qua 1928
conditus erat, custodire voluisset, eumque opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, ubi iam non solum peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum
120 esse praescisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est, peccaturum esse praesciebat, ad hoc potius praeparavit voluntatem suam, ut bene ipse faceret etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non evacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

406 108. Cum factus est Adam, homo scilicet rectus, mediatore 1929
non opus erat. Cum vero genus humanum peccata longe

1926. ML 40, 277; S 60. 1927. ML 40, 280; S 64.
1928. ML 40, 281; S 65. 1929. ML 40, 282; S 67.

separaverunt a Deo, per mediatorem, qui solus sine peccato 397
natus est, vixit, occisus est, reconciliari nos oportebat Deo 409
usque ad carnis resurrectionem in vitam aeternam; ut humana superbia per humilitatem Dei argueretur ac sanaretur, et demonstraretur homini quam longe a Deo recesserat, cum per
incarnatum Deum revocaretur et exemplum oboedientiae per 412
hominem Deum contumaci homini praeberetur; et Unigenito
suscipiente formam servi, quae nihil ante meruerat, fons gratiae 414
panderetur et carnis etiam resurrectio redemptis promissa in ipso redemptore praemonstraretur; et per eamdem naturam quam se decepisse laetabatur, diabolus vinceretur.

1930 109. Tempus autem quod inter hominis mortem et ultimam 586
resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquaeque digna est vel requie vel aerumna,
pro eo quod sortita est in carne cum viveret. 110. Neque 587 588
negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium 520
relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynae in ecclesia fiunt. Sed iis haec prosunt, qui, cum viverent, ut haec sibi postea possint prodesse meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus ut non ei prosint ista post mortem; est vero talis in bono, ut ista non requirat, et est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum ex hac vita transierit, adiuvari.

1931 111. Post resurrectionem, facto universo completoque iudicio, 608
suos fines habebunt civitates duae, una scilicet Christi, altera 609
diaboli; una bonorum, altera malorum; utraque tamen et angelorum et hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit ulla esse peccandi, vel ulla condicio moriendi; istis in aeterna
vita vere feliciterque viventibus, illis infeliciter in aeterna 594
morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam utrique
sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio praestabilius, in 612
miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt. 595

1932 112. Frustra itaque nonnulli, immo quam plurimi, aeternam 594
damnatorum poenam et cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non cre-
dunt. . . . Sed poenas damnatorum certis temporum intervallis 596
existiment, si hoc iis placet, aliquatenus mitigari. Etiam sic
quippe intellegi potest manere in illis ira Dei [Io 3, 36], hoc 591
est, ipsa damnatio (haec enim vocatur ira Dei, non divini animi perturbatio), ut in ira sua, hoc est, manente ira sua, non tamen contineat miserationes suas; non aeterno supplicio finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus.

1930. ML 40, 283; S 68. 1931. ML 40, 284; S 69.
1932. ML 40, 284; S 69.

274 117. Iam porro caritas, quam duabus istis, id est, fide ac 1933
spe, maiorem dixit apostolus [1 Cor 13, 13], quanto in quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim quaeritur, utrum quisque sit homo bonus, non quaeritur quid
275 credat, aut speret, sed quid amet. Nam qui recte amat,
271 procul dubio recte credit et sperat; qui vero non amat, inaniter credit, etiamsi sint vera quae credit; inaniter sperat, etiamsi ad veram felicitatem doceantur pertinere quae sperat, nisi et hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit ut amet. . . . Ipsa est autem fides Christi, quam commendat apostolus, *quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6], et quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quaerit ut inveniat,
318 pulsat ut aperiatur ei [Mt 7, 7]. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam sine Dei dono, id est, sine Spiritu Sancto, per quem *diffunditur caritas in cordibus nostris* [Rom 5, 5], iubere lex poterit, non iuvare; et praevaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei caritas.

De cura pro mortuis gerenda, 421.

588 C. 1, n. 3. In Machabaeorum libris [2 Mach 12, 43] legimus 1934
oblatum pro mortuis sacrificium. Sed et si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parva est universae ecclesiae quae in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in precibus sacerdotis, quae Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

284 15, 18. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quae hic 1935
aguntur, quae necessarium est eos nosse et quos necessarium est ea nosse, non solum praesentia vel praeterita, verum etiam futura Spiritu Dei revelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetae, dum hic viverent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quae illis esse revelanda Dei providentia iudicabat.

De gratia et libero arbitrio, 426/7.

308 C. 5, n. 12. Ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur boni 1936
aliquid posse, continuo, cum dixisset [Paulus]: *Gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi,* subiunxit
329 atque ait: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum* [1 Cor 15, 10], id est, non solus, sed gratia Dei mecum, ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo. Ut
314 autem de caelo vocaretur, et tam magna et efficacissima

1933. ML 40, 286; S 72.
1934. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 623; ML 40, 593.
1935. CV 41, 651; ML 40, 606. 1936. ML 44, 889.

vocatione converteretur [cf. Act 9, 1 sqq], gratia Dei erat sola; quia merita eius erant magna, sed mala.

1937 6, 14. *Superest,* inquit, *mihi corona iustitiae, quam reddet* 308
mihi Dominus in illa die iustus iudex [2 Tim 4, 8]. Cui redderet 367
coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iustitiae, nisi praecessisset gratia quae iustificat impium?

1938 7, 16. *Bonum,* inquit, *certamen certavi, cursum consummavi,* 308
fidem servavi [2 Tim 4, 7]. Primo ista bona opera, si non ea 327
praecessissent cogitationes bonae, nulla essent. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat; ait enim scribens ad Corinthios: *Non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis, tamquam ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est* [2 Cor 3, 5].

1939 13, 25. Numquid natura erit gratia? Nam et hoc Pelagiani 339
ausi sunt dicere, gratiam esse naturam, in qua sic creati sumus, 349
ut habeamus mentem rationalem, qua intellegere valeamus, facti ad imaginem Dei, ut dominemur piscibus maris et volucribus caeli et omnibus pecoribus quae repunt super terram. Sed non haec est gratia, quam commendat apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum impiis et infidelibus certum est nobis esse communem; gratia vero per fidem Iesu Christi eorum tantummodo est, quorum est ipsa fides.

1940 14, 29. Si fides liberi est tantummodo arbitrii, nec datur 314
a Deo, propter quid pro iis, qui nolunt credere, oramus ut 342
credant? Quod prorsus faceremus inaniter, nisi rectissime 333
crederemus etiam perversas et fidei contrarias voluntates omnipotentem Deum ad credendum posse convertere.

1941 16, 32. Certum est nos mandata servare, si volumus; sed 341
quia *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX], ab illo 313
petendum est ut tantum velimus, quantum sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus; sed ille facit 329
ut velimus bonum. . . . Certum est nos facere cum facimus; sed ille facit ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati.

1942 17, 33. Quamvis parva et imperfecta, non deerat [caritas 327
Petro], quando dicebat Domino: *Animam meam pro te ponam* 328
[Io 13, 37]; putabat enim se posse quod se velle sentiebat. Et quis istam etsi parvam dare coeperat caritatem, nisi ille qui praeparat voluntatem et cooperando perficit quod operando incipit? Quoniam ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens [Phil 1, 6]. . . . Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, et sic volumus ut

1937. ML 44, 890. 1938. ML 44, 891. 1939. ML 44, 896.
1940. ML 44, 898. 1941. ML 44, 900. 1942. ML 44, 901.

faciamus, nobiscum cooperatur; tamen sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.

281 18, 37. Haec omnia praecepta dilectionis, id est caritatis, 1943
311 quae tanta et talia sunt, ut quidquid se putaverit homo facere bene, si fiat sine caritate, nullo modo fiat bene; haec ergo praecepta caritatis inaniter darentur hominibus, non habentibus liberum voluntatis arbitrium.

De correptione et gratia, 426/7.

364 C. 6, n. 9. Si autem iam regeneratus et iustificatus in 1944
malam vitam sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere: Non accepi, quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio.

264 7, 11. Si, sicut veritas loquitur, nemo liberatur a dam- 1945
natione, quae facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, et tamen ab hac damnatione non se liberabunt, qui poterunt dicere non se audisse evangelium Christi, cum *fides ex auditu* sit [Rom 10, 17], quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt: Perseverantiam non accepimus? Iustior enim videtur excusatio dicentium: Non accepimus perseverantiam, quoniam potest
318 dici: Homo, in eo quod audieras et tenueras, in eo perseverares si velles; nullo modo autem dici potest: Id quod non audieras, crederes si velles.

129 7, 12. Ac per hoc, et qui evangelium non audierunt, et 1946
qui, eo audito, in melius commutati, perseverantiam non acceperunt, et qui, evangelio audito, venire ad Christum, hoc est, in eum credere noluerunt, quoniam ipse dixit: *Nemo venit*
306 *ad me, nisi ei datum fuerit a Patre meo* [Io 6, 66], et qui per aetatem parvulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lavacro regenerationis absolvi, quo tamen
133 non accepto mortui perierunt; non sunt ab illa conspersione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem.

127 7, 13. Quicumque ab illa originali damnatione ista divinae 1947
gratiae largitate discreti sunt, non est dubium quod et procuratur iis audiendum evangelium; et cum audiunt, credunt;
321 et in *fide quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6] usque in finem perseverant; et si quando exorbitant, correpti emendantur, et quidam eorum, etsi ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant redeunt; et nonnulli, accepta gratia, in qualibet aetate, periculis huius vitae mortis celeritate subtrahuntur.

1943. ML 44, 903. 1944. ML 44, 921. 1945. ML 44, 923.
1946. ML 44, 923. 1947. ML 44, 924.

1948 7, 14. Quicumque enim electi, sine dubio etiam vocati; 131
non autem quicumque vocati, consequenter electi. Illi ergo
electi, ut saepe dictum est, qui *secundum propositum vocati,*
qui etiam praedestinati atque praesciti [Rom 8, 28 sq]. Horum 337
si quisquam perit, fallitur Deus; sed nemo eorum perit, quia
non fallitur Deus.

1949 7, 16. *Scivit Dominus qui sunt eius* [2 Tim 2, 19]. Horum 321
fides, *quae per dilectionem operatur* [Gal 5, 6], profecto aut
omnino non deficit, aut, si qui sunt quorum deficit, reparatur
antequam vita ista finiatur, et, deleta quae intercurrerat ini-
quitate, usque in finem perseverantia deputatur. Qui vero 133
perseveraturi non sunt, ac sic a fide christiana et conversatione
lapsuri sunt, ut tales eos vitae huius finis inveniat, procul
dubio nec illo tempore, quo bene pieque vivunt, in istorum
numero computandi sunt. Non enim sunt a massa illa per-
ditionis praescientia Dei et praedestinatione discreti; et ideo 131
nec *secundum propositum vocati* [Rom 8, 28]; ac per hoc nec
electi; sed in iis vocati, de quibus dictum est: *Multi vocati;*
non in iis de quibus dictum est: *Pauci vero electi* [Mt 20, 16]. . . .
8, 17. Hic si a me quaeratur, cur iis Deus perseverantiam 130
non dederit, quibus eam qua christiane viverent dilectionem
dedit, me ignorare respondeo.

1950 10, 27. Angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur 203
diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugae facti 208
sunt. Refugientes tamen eius bonitatem, qua beati fuerunt,
non potuerunt eius effugere iudicium, per quod miserrimi
effecti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in 207
veritate steterunt, eamque de suo casu numquam futuro cer- 609
tissimam scire meruerunt.

1951 10, 28. Quia vero per liberum arbitrium Deum deseruit 302
[Adam], iustum iudicium Dei expertus est, ut cum tota sua
stirpe, quae in illo adhuc posita tota cum illo peccaverat,
damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia Dei libe- 128
rantur, a damnatione utique liberantur, qua iam tenentur ob-
stricti. Unde etiam si nullus liberaretur, iustum Dei iudicium
nemo iuste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione 132
pereuntium, in suo vero numero multi liberantur, gratia fit,
gratis fit, gratiae sunt agendae quia fit, ne quis velut de suis
meritis extollatur, sed omne os obstruatur, et *qui gloriatur, in
Domino glorietur* [1 Cor 1, 31].

1952 11, 29. Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Immo 331
vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quae 234
de bonitate sui conditoris acceperat; neque enim ea bona
et ille suis meritis comparaverat, in quibus prorsus nullum

1948. ML 44, 924. 1949. ML 44, 925. 1950. ML 44, 932.
1951. ML 44, 933. 1952. ML 44, 933.

patiebatur malum. Sancti vero in hac vita, ad quos pertinet
liberationis haec gratia, in malis sunt, ex quibus clamant ad
Deum: *Libera nos a malo* [Mt 6, 13]. Ille in illis bonis Christi
morte non eguit, istos a reatu et hereditario et proprio illius
230 Agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat eo adiutorio,
quod implorant isti cum dicunt: *Video aliam legem in membris
meis* etc. [Rom 7, 23—25.] . . . Ille vero nulla tali rixa de se
ipso adversus se ipsum tentatus atque turbatus in illo beati-
tudinis loco sua secum pace fruebatur.

378 11, 30. Deus ergo naturam nostram, id est, animam ratio- 1953
381 nalem carnemque hominis Christi suscepit, susceptione sin-
gulariter mirabili vel mirabiliter singulari, ut nullis iustitiae
suae praecedentibus meritis Filius Dei sic esset ab initio quo
esse homo coepisset, ut ipse et Verbum quod sine initio est
396 una persona esset. . . . Neque enim metuendum erat, ne isto
ineffabili modo in unitatem personae a Verbo Deo natura
humana suscepta per liberum voluntatis peccaret arbitrium,
cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis a Deo ita
suscepta nullum in se motum malae voluntatis admitteret.

331 11, 31. Istam gratiam non habuit homo primus, qua num- 1954
334 quam vellet esse malus; sed sane habuit, in qua, si permanere
vellet, numquam malus esset, et sine qua etiam cum libero
arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamen per liberum
arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus esse voluit
308 sine sua gratia, quam reliquit in eius libero arbitrio. Quoniam
liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum
344 est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono. Quod adiutorium si
homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset
330 bonus; sed deseruit et desertus est. Tale quippe erat ad-
iutorium, quod desereret cum vellet et in quo permaneret si
vellet, non quo fieret ut vellet.

330 11, 32. Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem, 1955
331 in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum; dederat ad-
iutorium, sine quo in ea non posset permanere si vellet; ut
334 autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo per-
318 manere si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset
et sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod vellet.
Sed quia noluit permanere, profecto eius culpa est, cuius me-
208 ritum fuisset, si permanere voluisset; sicut fecerunt angeli
207 sancti, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem
liberum arbitrium steterunt ipsi et huius permansionis debitam
mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis
plenitudinem, qua iis certissimum sit semper se in illa esse
326 mansuros. . . . Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in
332

1953. ML 44, 934. 1954. ML 44, 935. 1955. ML 44, 935.

bono recipiendo et perseveranter tenendo, non solum posse
quod volumus, verum etiam velle quod possumus. Quod non
fuit in homine primo; unum enim horum in illo fuit, alterum
non fuit.

1956 12, 33. Quapropter bina ista quid inter se differant, dili- 332
genter et vigilanter intuendum est: posse non peccare et non 231
posse peccare, posse non mori et non posse mori, bonum
posse non deserere et bonum non posse deserere. Potuit enim
non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum
non deserere. . . . Prima ergo libertas voluntatis erat, posse 608
non peccare: novissima erit multo maior, non posse peccare;
prima immortalitas erat, posse non mori: novissima erit multo
maior, non posse mori; prima erat perseverantiae potestas, 318
bonum posse non deserere: novissima erit felicitas perseve- 319
rantiae, bonum non posse deserere.

1957 12, 34. Itemque ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud 330
est adiutorium sine quo aliquid non fit, et aliud est adiutorium
quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus vivere, nec
tamen, cum adfuerint alimenta, iis fit ut vivat qui mori voluerit.
Ergo adiutorium alimentorum est sine quo non fit, non quo
fit ut vivamus. At vero beatitudo, quam non habet homo, cum
data fuerit, continuo fit beatus. Adiutorium est enim non
solum sine quo non fit, verum etiam quo fit propter quod
datur. Quapropter hoc adiutorium et quo fit est et sine quo
non fit: quia, et si data fuerit homini beatitudo, continuo fit
beatus, et si data numquam fuerit, numquam erit.

1958 12, 38. Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni voluit 320
Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui iis
non solum dat adiutorium quale primo homini dedit, sine quo
non possint perseverare si velint, sed in iis etiam operatur et
velle. . . . Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, 333
ut divina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur, et
ideo quamvis infirma non tamen deficeret neque adversitate
aliqua vinceretur.

1959 13, 39. Haec de his loquor, qui praedestinati sunt in re- 131
gnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur iis 132
quisquam nec minuatur ex iis; non de his qui, cum annun-
tiasset et locutus esset, *multiplicati sunt super numerum* [Ps 39, 6].
Ipsi enim vocati dici possunt, non autem electi, quia non
secundum propositum vocati [Rom 8, 28].

1960 13, 42. Hi vero qui non pertinent ad hunc praedestina- 132
torum numerum, . . . pro meritis iustissime iudicantur. Aut
enim iacent sub peccato, quod originaliter generatione traxe- 303
runt, et cum illo hereditario debito hinc exeunt, quod non est

1956. ML 44, 936. 1957. ML 44, 936. 1958. ML 44, 939.
1959. ML 44, 940. 1960. ML 44, 942.

regeneratione dimissum; aut per liberum arbitrium alia in-
super addiderunt: arbitrium, inquam, liberum, sed non libera-
tum. . . . Aut gratiam Dei suscipiunt, sed temporales sunt,
344 nec perseverant; deserunt et deseruntur. Dimissi enim sunt
320 libero arbitrio, non accepto perseverantiae dono, iudicio Dei
iusto et occulto.

334 14, 43. Sic velle seu nolle in volentis aut nolentis est 1961
potestate, ut divinam voluntatem non impediat nec superet
potestatem. Etiam de his enim, qui faciunt quae non vult,
facit ipse quae vult.

126 14, 44. Et quod scriptum est, quod *vult omnes homines* 1962
salvos fieri [1 Tim 2, 4], nec tamen omnes salvi fiunt, multis
quidem modis intellegi potest, ex quibus in aliis opusculis
nostris aliquos commemoravimus [v. n. 1457 1735 1906 1927],
sed hic unum dicam. Ita dictum est: *Omnes homines vult salvos*
fieri, ut intellegantur omnes praedestinati; quia omne genus
hominum in iis est.

333 14, 45. Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui 1963
in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit [Ps 134, 6], et
qui etiam illa *quae futura sunt fecit* [Is 45, 11: LXX], humanas
voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult,
quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult,
cum vult, facit, . . . sine dubio habens humanorum cordium
quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem.

126 15, 47. Potest etiam sic intellegi, quod *omnes homines Deus* 1964
vult salvos fieri [1 Tim 2, 4], quoniam nos facit velle, sicut
misit Spiritum Filii sui clamantem: Abba, Pater [Gal 4, 6], id
est, nos clamare facientem.

Retractationes, 426/7.

222 L. 1, c. 1, n. 3. Sine controversia ergo quaedam originalis 1965
regio beatitudinis animi Deus ipse est, qui eum non quidem
de se ipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit
corpus e terra. Nam quod attinet ad eius originem, qua fit
ut sit in corpore, utrum de illo uno sit, qui primum creatus
est, quando *factus est homo in animam vivam* [Gn 2, 7; 1 Cor
15, 45], an similiter ita fiant singulis singuli, nec tunc sciebam
nec adhuc scio.

808 1, 8 (9)[1], 6. Ecce tam longe antequam Pelagiana haeresis 1966
exstitisset, sic disputavimus, velut iam contra illos disputaremus.

[1] Indicatur intra ( ) numerus editionis ML, quando ab edit. CV differt.
1961. ML 44, 942. 1962. ML 44, 943.
1963. ML 44, 943. 1964. ML 44, 945.
1965. CV 36 (ed. P. Knoell, 1902), 16; ML 32, 587.
1966. CV 36, 45; ML 32, 598.

Cum enim bona dicerentur ex Deo, id est, et magna, et media, et minima, in mediis quidem bonis invenitur liberum voluntatis arbitrium, quia et male illo uti possumus. . . . Et quia omnia bona, sicut dictum est, et magna, et media, et minima ex Deo sunt, sequitur, ut ex Deo sit etiam bonus usus liberae voluntatis, quae virtus est et in magnis numeratur bonis.

1967 1, 8 (9), 6. Ad miseriam iustae damnationis pertinet igno- 300
rantia et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis suae; nec ab isto malo quisquam nisi Dei gratia liberatur. Quam miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damna- 307
tione descendere, negantes originale peccatum, quamvis ignorantia et difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus Deus esset.

1968 1, 9 (10), 2. Quod vero dixi: «Illud autem lumen . . . si 347
velint» [v. n. 1539], non putent novi haeretici Pelagiani se- 314
cundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines hoc posse, si velint; sed *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX] et tantum augetur munere caritatis, ut possint. Quod hic ideo dictum non est, quoniam praesenti necessarium non erat quaestioni.

1969 1, 12 (13), 5. Illud quod in parvulis dicitur originale pec- 304
catum, cum adhuc non utantur arbitrio voluntatis, non absurde vocatur etiam voluntarium, quia ex prima hominis mala voluntate contractum factum est quodam modo hereditarium. Non itaque falsum est quod dixi: «Usque adeo peccatum voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium» [v. n. 1549].

1970 1, 12 (13), 6. Item alio loco: «Prius, inquam, isti sequendi 256
sunt, qui unum summum et solum colendum esse dicunt; si apud hos veritas non eluxerit, tunc demum migrandum» [v. n. 1551]. Quod ita potest videri dictum, quasi de huius religionis veritate dubitaverim; dixi autem sicut ei congruebat ad quem scribebam. Sic enim dixi: «Si apud hos veritas non eluxerit», nihil dubitans quod apud eos elucesceret.

1971 1, 13 (14), 2. *Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum* [1 Cor 607
13, 12]. Qui hoc invenerunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit via fidei quam tenemus, et quo credendo cupimus pervenire. Sed quinam sint illi beatissimi, qui iam sunt in ea possessione quo ducit haec via, magna quaestio est. Et angeli quidem sancti quod ibi sint, 207
nulla quaestio est; sed de sanctis hominibus iam defunctis, 586
utrum ipsi dicendi sint iam in illa possessione consistere, merito quaeritur. Iam enim corpore quidem corruptibili, quo

1967. CV 36, 46; ML 32, 598. 1968. CV 36, 48; ML 32, 599.
1969. CV 36, 60; ML 32, 604. 1970. CV 36, 61; ML 32, 604.
1971. CV 36, 67; ML 32, 606.

anima gravatur, exuti sunt, sed adhuc *exspectant* etiam ipsi *redemptionem corporis* sui [Rom 8, 23], et *caro* eorum *requiescit in spe* [Ps 15, 9], nondum in futura incorruptione clarescit. Sed utrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, *facie ad faciem*, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando requirere.

304 1, 14 (15), 2. Item quod dixi: «Nusquam scilicet nisi in 1972
voluntate esse peccatum» [v. n. 1558], possunt Pelagiani pro se dictum putare, propter parvulos, quos ideo negant habere originale peccatum, quod iis in baptismo remittatur, quia nondum arbitrio voluntatis utuntur. Quasi vero peccatum, quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est reatu eius implicatos et ob hoc poenae obnoxios detineri, umquam esse potuit nisi ex voluntate, qua voluntate commissum est, quando
305 divini praecepti est facta transgressio. . . . Concupiscentiae reatus in baptismate solvitur, sed infirmitas manet; cui, donec sanetur, omnis fidelis qui bene proficit, studiosissime reluctatur. Peccatum autem, quod nusquam est nisi in voluntate, illud praecipue intellegendum est, quod iusta damnatio consecuta est: hoc enim *per unum hominem intravit in mundum* [Rom 5, 12].

294 1, 14 (15), 4. Itemque definitio peccati qua diximus: 1973
«Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat et unde liberum est abstinere» [ib.], propterea verum est, quia id definitum est quod tantummodo peccatum est, non quod etiam poena peccati. Nam quando tale est ut idem sit et poena peccati, quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte, si pia est, ut oret auxilium? In tantum enim libera est, in quantum liberata est, et in tantum appellatur voluntas.

340 1, 22 (23), 2. Non est gratia si eam merita ulla praecedant, 1974
ne iam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum, reddatur potius meritis quam donetur.

De haeresibus, 428.

Haer. 46. De Manichaeis, v. K 768 sqq. *1974**
69. De Donatistis, v. K 774 sqq.

292 82. Iovinianistas quoque apud istum repperi, quos iam no- 1975
veram. A Ioviniano quodam monacho ista haeresis orta est aetate nostra, cum adhuc iuvenes essemus. Hic omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse
431 ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariae
582 destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem

1972. CV 36, 72; ML 32, 608. 1973. CV 36, 75; ML 32, 609.
1974. CV 36, 108; ML 32, 621. 1975. ML 42, 45.

etiam sanctimonialium et continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus caelibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adaequabat.

1976 88. In id etiam progrediuntur [Pelagiani], ut dicant vitam 350
iustorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum, et 316
ex his ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et ruga [Eph 5, 27], quasi non sit Christi ecclesia, quae toto terrarum orbe clamat ad Deum: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12]. Parvulos etiam negant, secundum 307
Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod iis oporteat secunda nativitate dimitti; sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt iis extra regnum quidem Dei, sed tamen aeternam et beatam quamdam vitam suam.

Tractatus adversus Iudaeos, 428.

1977 9, 13. *Ab oriente sole usque in occidentem* etc. [Mal 1, 11]. 512
Quid ad haec respondetis? Aperite oculos tandem aliquando 516
et videte ab oriente sole usque in occidentem, non in uno, sicut vobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum; non cuilibet Deo, sed ei qui ista prae- 519
dixit, Deo Israel. . . . Nec in uno loco, sicut vobis praeceptum erat in terrena Ierusalem, sed in omni loco, usque in ipsam Ierusalem. Nec secundum ordinem Aaron, sed se- 515
cundum ordinem Melchisedech.

De praedestinatione sanctorum, 428/9.

1978 C. 2, n. 3. Non receditur ab ea sententia, quam Pelagius 351
ipse in episcopali iudicio Palaestino, sicut eadem gesta testantur [De gest. Pelag. c. 14], damnare compulsus est: gratiam Dei secundum merita nostra dari; si non pertinet ad Dei 314
gratiam quod credere coepimus, sed illud potius, quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus, ac per hoc, initium fidei nostrae priores damus Deo, ut retribuatur nobis et supplementum eius, et si quid aliud fideliter poscimus.

1979 2, 4. Apostolus ait: *Vobis donatum est pro Christo, non* 314
solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo [Phil 1, 29]. Utrumque ostendit Dei donum, quia utrumque

1976. ML 42, 48. 1977. ML 42, 61. 1978. ML 44, 961. 1979. ML 44, 962.

dixit esse donatum. Nec ait: ut plenius et perfectius credatis in eum, sed: *ut credatis in eum.* Nec se ipsum misericordiam consecutum dixit, ut fidelior, sed ut fidelis esset [cf. 1 Cor 7, 25], quia sciebat non se initium fidei suae priorem dedisse Deo et retributum sibi ab illo eius augmentum; sed ab eo se factum fidelem, a quo et apostolus factus est. Nam scripta sunt etiam fidei eius initia, suntque ecclesiastica celebri lectione notissima.
333 Aversus quippe a fide quam vastabat, eique vehementer adversus, repente est ad illam gratia potentiore conversus.

314 2, 5. Et ideo commendans istam gratiam, quae non datur 1980
secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: *Non quia idonei sumus,* inquit, *cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est* [2 Cor 3, 5]. Attendant hic et verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei
248 coeptum et ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non
260 videat prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim raptim, quamvis celerrime credendi voluntatem quaedam cogitationes antevolent, moxque illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur; necesse est tamen ut omnia quae creduntur praeveniente cogitatione credantur. Quamquam et ipsum credere nihil aliud est, quam cum assensione cogitare.

314 3, 7. *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem et* 1981
accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [1 Cor 4, 7.] Quo
352 praecipue testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis et per illam nos impetrari Dei dona, quibus temperanter et iuste et pie vivamus in hoc saeculo.

339 5, 10. Posse habere fidem, sicut posse habere caritatem, 1982
naturae est hominum; habere autem fidem, quemadmodum habere caritatem, gratiae est fidelium. Illa itaque natura, in qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem; ipsa vero fides discernit ab infideli
314 fidelem. Ac per hoc ubi dicitur: *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7] quisquis audet dicere: Habeo ex me ipso fidem, non ergo accepi, profecto contradicit huic apertissimae veritati, non quia credere vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanae, sed in electis *praeparatur voluntas a Domino* [Prv 8, 35: LXX].

126 8, 14. Sicut integre loquimur, cum de aliquo litterarum 1983
magistro, qui in civitate solus est, dicimus: Omnes iste hic litteras docet; non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicumque ibi litteras discit; ita recte dicimus:

1980. ML 44, 962. 1981. ML 44, 964. 1982. ML 44, 968. 1983. ML 44, 971.

Omnes Deus docet venire ad Christum; non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. . . . Hos omnes docet venire ad Christum Deus [cf. Io 6, 45]; hos enim *omnes vult salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4].

1984 8, 16. Fides igitur, et incohata et perfecta, donum Dei 314
est: et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, 343
omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet, qui credit ex uno omnes isse in condemnationem, sine dubitatione iustissimam: ita ut nulla Dei esset iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur.

1985 9, 18. Quid est verius quam praescisse Christum, qui et 128 129
quando et quibus locis in eum fuerant credituri? Sed utrum, 337
praedicato sibi Christo, a se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos praescierit an etiam praedestinaverit Deus, quaerere atque disserere tunc necessarium non putavi. Proinde quod dixi: «Tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui in eum fuerant credituri» [Ep. 102, 14; v. n. 1427], potest etiam sic dici: Tunc voluisse hominibus apparere Christum, et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso *ante mundi constitutionem* [Eph 1, 4].

1986 10, 19. Item quod dixi: «Salutem religionis huius nulli 129
umquam defuisse qui dignus fuit, et dignum non fuisse cui 347
defuit» [Ep. 102, 15; ML 33, 376]: si discutiatur et quaeratur unde quisque sit dignus, non desunt qui dicant: voluntate humana; nos autem dicimus: gratia vel praedestinatione divina. Inter gratiam porro et praedestinationem hoc tantum interest, quod praedestinatio est gratiae praeparatio, gratia vero iam ipsa donatio.

1987 16, 32. [Deus] ea vocatione praedestinatos vocat, quam 131
distinxit apostolus, dicens, *ipsis vocatis Iudaeis et Graecis* praedicare se *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam* [1 Cor 1, 23 sq]. Sic enim ait: *ipsis autem vocatis,* ut illos ostenderet non vocatos, sciens esse quamdam certam vocationem eorum. *qui secundum propositum vocati sunt, quos* ante *praescivit et praedestinavit conformes imaginis Filii sui* [Rom 8, 28 sq].

1988 17, 34. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea 128
praedestinatione, in qua Deus sua futura facta praescivit; electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id, quod praedestinavit, implevit. Quos enim praedestinavit, ipsos et vocavit,
illa scilicet vocatione secundum propositum: non ergo alios, 131

1984. ML 44, 972. 1985. ML 44, 974. 1986. ML 44, 974.
1987. ML 44, 983. 1988. ML 44, 986.

sed quos praedestinavit, ipsos et vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos et iustificavit, nec alios, sed quos praedestinavit, vocavit, iustificavit, ipsos et glorificavit [Rom 8, 30]. . . . Eligendo ergo facit *divites in fide,* sicut *heredes regni* [Iac 2, 5]. Recte quippe in iis hoc eligere dicitur, quod ut in iis faciat, eos eligit.

351 18, 36. «Praesciebat ergo», ait Pelagianus, «qui futuri essent 1989
sancti et immaculati per liberae voluntatis arbitrium, et ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua praescientia, qua tales futuros esse praescivit, elegit. Elegit ergo», inquit, «antequam essent, praedestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque praescivit; utique ipse non fecit, nec se facturum,
129 sed illos futuros esse praevidit.» Intueamur ergo verba apostoli . . .: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati* [Eph 1, 4]. Non ergo quia futuri eramus, sed *ut essemus.* Nempe certum est, nempe manifestum est, ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse prae-
130 destinans ut tales per gratiam eius essemus. . . . *Ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suae, secundum bonam voluntatem suam* [ib. 9]. In hoc mysterio voluntatis suae posuit divitias gratiae suae secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram; quae bona esse non posset, nisi ipse, secundum bonam voluntatem suam, ut bona fieret subveniret.

129 19, 38. Non enim quia credidimus, sed ut credamus, elegit 1990
nos, ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit: *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi* [Io 15, 16]. Nec
131 quia credidimus, sed ut credamus, vocamur, atque illa vocatione, quae sine paenitentia est, id prorsus agitur et peragitur, ut credamus.

131 19, 39. Deus igitur operatur in cordibus hominum, voca- 1991
tione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, ut non inaniter audiant evangelium, sed eo audito convertantur et credant.

De dono perseverantiae, 428/9.

320 C. 1, n. 1. Asserimus ergo donum Dei esse perseverantiam 1992
qua usque in finem perseveratur in Christo. Finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est
321 ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, non perseverasse utique dicitur, et verissime dicitur. . . . Sed ne quisquam reluctetur et dicat: Si ex quo fidelis quisque factus est, vixit, verbi gratia, decem annos et

1989. ML 44, 987. 1990. ML 44, 988. 1991. ML 44, 989.
1992. ML 45, 993.

eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos
perseveravit? Non contendo de verbis, si et illa perseverantia
putatur esse dicenda, tamquam temporis sui, hanc certe de
qua nunc agimus perseverantiam, qua in Christo perseveratur
usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non
perseveraverit usque in finem.

1993 6, 10. De illa enim perseverantia loquimur, qua perseve- 321
ratur usque in finem, quae si data est, perseveratum est usque
in finem; si autem non est perseveratum usque in finem, non
est data. . . . Perseverantiam usque in finem quoniam non
habet quisquam nisi qui perseverat usque in finem, multi eam
possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est,
ne forte, cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in
eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem. Hoc 320
ergo Dei donum suppliciter emereri potest, sed cum datum 342
fuerit, amitti contumaciter non potest.

1994 7, 15. Prorsus in hac re non operosas disputationes ex- 342
spectet ecclesia, sed attendat cotidianas orationes suas. Orat,
ut increduli credant; Deus ergo convertit ad fidem. Orat, ut
credentes perseverent; Deus ergo donat perseverantiam usque
in finem. Haec Deus facturum se esse praescivit: ipsa est 127
praedestinatio sanctorum quos *elegit in Christo ante constitutionem mundi* etc. [Eph 1, 4 sqq.]

1995 9, 21. Ex duobus itaque parvulis originali peccato pariter 343
obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur; et ex duobus 130
aetate iam grandibus impiis, cur iste ita vocetur ut vocantem
sequatur, ille autem aut non vocetur aut non ita vocetur;
inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem piis, cur huic 320
donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei.

1996 9, 22. Ut enim non dicam, quam sit possibile Deo aversas 333
et adversas in fidem suam hominum convertere voluntates, et
in eorum cordibus operari, ut nullis adversitatibus cedant nec
ab illo aliqua superati tentatione discedant; cum possit et
quod ait apostolus facere, ut non eos permittat tentari super
id quod possunt [1 Cor 10, 13]: ut ergo id non dicam, certe
poterat illos Deus praesciens esse lapsuros, antequam id fieret, 123
auferre de hac vita. An eo redituri sumus, ut adhuc disputemus, quanta absurditate dicatur iudicari homines mortuos
etiam de his peccatis, quae praescivit eos Deus perpetraturos
fuisse, si viverent? Quod ita abhorret a sensibus christianis
aut prorsus humanis, ut id etiam refellere pudeat.

1997 9, 23. Falsum est igitur et secundum ea mortuos iudicari, 306
quae facturi essent si ad viventes evangelium perveniret. Et

1993. ML 45, 999. 1994. ML 45, 1002. 1995. ML 45, 1004.
1996. ML 45, 1005. 1997. ML 45, 1006.

si hoc falsum est, non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes, hoc in iis eo merito fieri, quia
praescivit eos Deus, si viverent praedicatumque illis fuisset
evangelium, infideliter audituros. Restat igitur ut solo peccato
originali teneantur obstricti, et propter hoc solum eant in
129 damnationem; quod videmus aliis eamdem habentibus causam
non nisi per Dei gratuitam gratiam regeneratione donari.

129 11, 25. Quod in his videmus, quorum liberationem bona 1998
eorum merita nulla praecedunt, et in his, quorum damnationem
utrisque communia originalia sola praecedunt; hoc et in
maioribus fieri nequaquam omnino cunctemus, id est, non
putantes vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel
134 nisi suis meritis quemquam puniri.

340 13, 33. Unde satis dilucide ostenditur et incohandi et 1999
usque in finem perseverandi gratiam Dei non secundum me-
320 rita nostra dari, sed dari secundum ipsius secretissimam eamdemque iustissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem, quoniam, *quos praedestinavit* ipsos *et vocavit* [Rom 8, 30],
131 vocatione illa, de qua dictum est: *Sine paenitentia sunt dona*
321 *et vocatio Dei* [Rom 11, 29]. Ad quam vocationem pertinere
nullus est homo ab hominibus certa asseveratione dicendus,
329 nisi cum de hoc saeculo exierit. . . . Nos ergo volumus, sed
Deus in nobis operatur et velle; nos ergo operamur, sed Deus
in nobis operatur et operari pro bona voluntate. Hoc nobis
expedit et credere et dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit
humilis et submissa confessio et detur totum Deo.

127 14, 35. Haec est praedestinatio sanctorum, nihil aliud: 2000
praescientia scilicet et praeparatio beneficiorum Dei, quibus
133 certissime liberantur quicumque liberantur. Ceteri autem ubi
nisi in massa perditionis iusto divino iudicio relinquuntur?
Ubi Tyrii relicti sunt et Sidonii, qui etiam credere potuerunt,
si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam ut crederent
non erat iis datum, etiam unde crederent est negatum.

282 16, 39 Sunt etiam qui propterea vel non orant, vel frigide 2001
orant, quoniam Domino dicente didicerunt, scire Deum quid
nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo. Num propter
tales huius sententiae veritas deserenda, aut ex evangelio de-
129 lenda putabitur? Immo cum constet alia Deum danda etiam
342 non orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus praeparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex
se ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum
est igitur, ne, dum timemus ne tepescat hortatio, exstinguatur
oratio, accendatur elatio.

1998. ML 45, 1008. 1999. ML 45, 1012. 2000. ML 45, 1014.
2001. ML 45, 1017.

2002 17, 41. Videte iam a veritate quam sit alienum, negare 320
donum Dei esse perseverantiam usque in finem huius vitae,
cum vitae huic quando voluerit ipse det finem; quem si dat 321
ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in
finem. Sed mirabilior et fidelibus evidentior largitas bonitatis 128
Dei est, quod etiam parvulis, quibus oboedientia non est illius
aetatis ut detur, datur haec gratia.

2003 17, 42. Ii qui solum initium fidei et usque in finem per- 352
severantiam sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona
esse non putent, neque ad haec habenda atque retinenda
Deum operari nostras cogitationes et voluntates, cetera vero
ipsum dare concedunt, cum ab illo impetrantur credentis fide;
cur ad ipsa cetera exhortationem, eorumque ceterorum prae-
dicationem definitione praedestinationis non metuunt impediri?
An forte nec ipsa dicunt praedestinata? Ergo nec dantur a
Deo, aut ea se daturum esse nescivit. Quodsi et dantur et ea 127
se daturum esse praescivit, profecto praedestinavit.

2004 19, 50. Isti tales tantique doctores [Cypr., Ambr., Greg. Naz.] 84
dicentes non esse aliquid de quo tamquam de nostro, quod
nobis Deus non dederit, gloriemur, nec ipsum cor nostrum
et cogitationes nostras in potestate nostra esse, et totum dantes 314
Deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, ut permansuri 308
convertamur ad eum, ut id quod bonum est nobis quoque
videatur bonum, et velimus illud, ut honoremus Deum et re-
cipiamus Christum, ut ex indevotis efficiamur devoti et religiosi,
ut in ipsam Trinitatem credamus, et confiteamur etiam voce
quod credimus: haec utique gratiae Dei tribuunt, Dei munera
agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur.

2005 21, 55. Videant tamen ii, quibus amantibus me ingratus 340
esse non debeo, qui praeter hoc quod in quaestionem venit,
omnia mea, sicut scribitis, se profitentur amplecti: videant,
inquam, utrum in primi libri posterioribus partibus eorum
duorum quos mei episcopatus initio, antequam pelagiana
haeresis appareret, ad Simplicianum Mediolanensem episcopum
scripsi, remanserit aliquid quo vocetur in dubium, gratiam Dei
non secundum merita nostra dari, et utrum ibi non satis 314
egerim, etiam initium fidei esse donum Dei, et utrum ex iis
quae ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, etsi non sit
expressum, etiam usque in finem perseverantiam non nisi ab 320
eo donari, qui nos praedestinavit in suum regnum et gloriam.

2006 23, 64. *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda* nostra, 314
clamantem: Abba, Pater [Gal 4, 6]. Et hic quid est *clamantem*
nisi clamare facientem, tropo illo quo dicimus laetum diem
qui laetos facit? . . . Ubi intellegimus et hoc ipsum esse

2002. ML 45, 1018. 2003. ML 45, 1019. 2004. ML 45, 1025.
2005. ML 45, 1027. 2006. ML 45, 1032.

donum Dei, ut veraci corde et spiritualiter clamemus ad Deum.
Attendant ergo quomodo falluntur qui putant esse a nobis,
non dari nobis, ut petamus, quaeramus, pulsemus.

Opus imperfectum contra Iulianum, 429/30.

302 L. 1, c. 48. «Fuit», inquit [Ambrosius, In Luc. 7, 234], «Adam, 2007
et in illo fuimus omnes; periit Adam, et in illo omnes per-
ierunt.» Sed peccatis, inquis, alienis non utique perire de-
303 buerunt. Aliena sunt, sed paterna sunt, ac per hoc iure
410 seminationis atque germinationis et nostra sunt. Quis ab hac
perditione liberat, nisi qui venit quaerere quod perierat? In
130 iis ergo, quos liberat, amplectamur misericordiam; in iis autem,
quos non liberat, agnoscamus iudicium occultissimum quidem,
sed sine ulla dubitatione iustissimum.

349 2, 146. Hoc est occultum et horrendum virus haeresis 2008
vestrae, ut velitis gratiam Christi in exemplo eius esse, non
in dono eius, dicentes quia per eius imitationem fiunt iusti,
non per subministrationem Spiritus Sancti ut eum imitentur
adducti.

355 2, 165. Non per solam peccatorum dimissionem iustificatio 2009
239 ista confertur, nisi auctoribus vobis. Iustificat quippe impium
Deus, non solum dimittendo quae mala facit, sed etiam do-
nando caritatem, ut declinet a malo et faciat bonum per
Spiritum Sanctum.

304 4, 104. Omnes qui nondum nati nihil per proprias volun- 2010
tates agere poterant boni vel mali, in uno potuisse peccare,
in quo per rationem seminis erant, quando ille propria volun-
tate peccatum illud grande peccavit, naturamque in se vitiavit,
397 mutavit, obnoxiavit humanam, excepto uno homine, qui ex
ipso quidem semine, non tamen seminali ratione procreatus
est, si potes, intellege; si non potes, crede.

232 5, 1. Neque secundum christianam cogitatis fidem, qualis 2011
sit factus Adam, qui universis generibus animarum vivarum
nomina imposuit: quod excellentissimae fuisse indicium sa-
pientiae in saecularibus etiam litteris legimus. . . . Et quis
dubitet Christianus, eos qui in hoc saeculo erroribus aerumnis-
que plenissimo ingeniosissimi apparent, quorum tamen cor-
ruptibilia corpora aggravant animas, si illius ingenio com-
parentur, distare longe amplius quam celeritate a volucribus
testudines distant?

608 5, 61. Tam magnum est bonum [necessitas boni], ut sanctis 2012
servaretur ad praemium; quos itidem oblitus es, sicut Deum.
Neque enim tunc sine virtute vivemus, quando nobis con-

2007. ML 45, 1071. 2008. ML 45, 1202. 2009. ML 45, 1212.
2010. ML 45, 1401. 2011. ML 45, 1432. 2012. ML 45, 1498.

cedetur, ne a Domino aliquando recedere possimus, quoniam nec velle poterimus. Ita enim nobis certum erit bonum, quo *semper,* ut promissum est, *cum Domino erimus* [1 Thess 4, 16]; ut ab eo recedere non velimus, nec velle possimus.

2013 6, 22. Natura quippe rationalis quanto est ipsa superior, 208
tanto ruina eius peior, et peccatum eius quanto incredibilius, tanto est damnabilius. Ideo angelus irreparabiliter cecidit, quoniam cui plus datur, plus exigitur ab eo [cf. Lc 12, 48]. . . .
Ipse primus Adam naturae tam excellentis fuit, quoniam vitiata 298
non fuit, ut peccatum eius tam longe maius ceterorum peccatis esset, quam longe melior ipse ceteris fuit; unde et poena 299
eius, quae peccatum eius continuo subsecuta est, tam grandis apparuit, ut continuo etiam teneretur necessitate moriendi,
cuius erat in potestate non mori, et de loco tantae felicitatis 234
foras continuo mitteretur, et a ligno vitae continuo vetaretur.
Hoc autem quando factum est, in lumbis eius erat genus 302
humanum. . . . Omnes itaque filii Adae in illo adspersi sunt contagione peccati et mortis condicione devincti.

S. INNOCENTIUS I, PAPA 401—417.

Epistulae.

2014 Ep. 2 [ad Victricium, scripta a. 404], c. 3, n. 6. Si maiores 57
causae in medium fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

*2014** *2, 8, 11. De baptismo haereticorum, v. DB 94.*

2015 2, 13, 15. Item quae Christo spiritaliter nupserunt, et velari 523
a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint vel se 580
clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam paenitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de saeculo recesserit.
Si enim de omnibus haec ratio custoditur, ut, quaecumque 572
vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendae paenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex iis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quae ante immortali se sponso coniunxerat, et postea ad humanas nuptias transmigravit!

*2015** *6 [ad Exuperium, a. 405], 2, 5 6. De reconciliatione in articulo mortis, v. DB 95.*
6, 7, 13. De canone s. scripturae, v. DB 96.
17 [ad Rufum, a. 414], 5, 10 De baptismo Paulianistarum, v. DB 97.
25 [ad Decentium, a. 416] 3, 6. De confirmatione, v. DB 98.
25, 8, 11. De extrema unctione, v. DB 99.
29 [ad episcopos africanos, a. 417], 1. De primatu Rom. Pont., v. DB 100.
29, 6. De gratia, v DB 132.

2013. ML 45, 1553. 2014. ML 20, 473. 2015. ML 20, 478

307 30 [ad conc. milev., a. 417], 5. Illud vero, quod eos [Pelagianos] 2016
470 vestra fraternitas asserit praedicare, parvulos aeternae vitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducaverint carnem Filii hominis, et biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis [Io 6, 54]. Qui autem hanc iis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum praedicant hos habere quod in eos creditur nonnisi baptismate conferendum.

575 36 [ad Probum, a. ?]. Statuimus, fide catholica suffragante, 2017
illud esse coniugium, quod erat primitus gratia divina fundatum; conventumque secundae mulieris, priore superstite nec
572 divortio eiecta, nullo pacto posse esse legitimum.

S. COELESTINUS I, PAPA 422—432.

Epistulae.

57 Ep. 17 [episcopis et presbyteris euntibus ad synodum ephesinam, 2018
scripta a. 431]. Auctoritatem sedis apostolicae custodiri debere mandamus. Si quidem instructiones quae vobis traditae sunt hoc loquantur, et interesse conventui debeatis, ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis iudicare debeatis, non subire certamen.

*21 [ad episcopos Galliarum, a. 431], 3—13. De gratia Dei «Indiculus», 2018**
v. DB 129 sqq.

MARIUS MERCATOR, † post 451.

Commonitorium adversus haeresim Pelagii et Caelestii, 431/2.

307 5. Ausus [est Caelestius] palam publiceque his verborum 2019
sententiis eiusdem sensum passim disseminare per populos, id est: Adam mortalem factum, qui, sive peccaret sive non peccaret, fuisset moriturus. Quoniam peccatum Adae ipsum solum laesit et non genus humanum. Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante praevaricationem. Quoniam neque per mortem Adae omne genus hominum moritur, quia neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit. Quoniam infantes, etiamsi non baptizentur, habent vitam aeternam. Quae quinque capitula unam im-
350 piissimam et nefandam sententiam generant. Adiecit praeterea, posse esse hominem sine peccato et facile Dei mandata

---

2016. ML 20, 592; 33, 785. 2017. ML 20, 602.
2018. ML 50, 503. 2019. ML 48, 114; 45, 1681.

servare: quoniam ante Christi adventum fuerunt homines sine peccato, et quoniam lex sic mittit ad regnum caelorum, sicut evangelium.

PAULUS OROSIUS, fin. saec. IV.—saec. V.

Liber apologeticus, 415.

2020 19. Mea semper haec est fidelis atque indubitata sententia, 347
Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est
ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiae suae dona
largitur, verum etiam universis in hoc mundo gentibus propter
longanimem sui aeternamque clementiam subministrare, non, 349
ut tu [Pelagius] asseris cum discipulo tuo Caelestio, cui iam apud africanam synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono et in libero arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam, sed speciatim cotidie per tempora, per dies, per momenta, per atomos et cunctis et singulis ministrare.

S. HILARIUS ARELATENSIS, ca 400—449.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 226.)

2021 2. Consentiunt [Massilienses] omnem hominem in Adam 352
periisse, nec inde quemquam posse proprio arbitrio liberari. Sed id conveniens asserunt veritati vel congruum praedicationi, ut, cum prostratis et numquam suis viribus surrecturis annuntiatur obtinendae salutis occasio, eo merito quo voluerint et crediderint a suo morbo se posse sanari, et ipsius fidei augmentum et totius sanitatis suae consequantur effectum. Ceterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quemquam sibi sufficere posse consentiunt; neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita et supplici voluntate, unumquemque aegrotum velle sanari. Quod enim dicitur: *Crede et salvus eris* [Act 16, 31; cf. Mc 16, 16], unum horum exigi asserunt, aliud offerri; ut propter id quod exigitur, si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Unde consequens putant, exhibendam ab eo fidem, cuius naturae id voluntate conditoris concessum est; et nullam ita depravatam vel exstinctam putant, ut non debeat vel possit se velle sanari; propter quod vel sanetur quis a sua vel, si noluerit, cum sua aegritudine puniatur. Nec negari gratiam, si prae-

2020. CV 5 (ed. C. Zangemeister, 1882), 633; ML 31, 1188.
2021. CV 57 (ed. A. Goldbacher, 1911), 469; ML 33, 1008.

cedere dicatur talis voluntas, quae tantum medicum quaerat, non autem quidquam ipsa iam valeat. . . . . 3. Cum autem dicitur iis, quare aliis vel alicubi praedicetur, vel non praedicetur, vel nunc praedicetur quod aliquando paene omnibus, sicut nunc aliquibus gentibus non praedicatum sit: dicunt id praescientiae esse divinae, ut eo tempore, et ibi et illis veritas annuntiaretur, vel annuntietur, quando et ubi praesciebatur esse credenda.

352 4. Ceterum praescientiam et praedestinationem vel propo- 2022
situm ad id valere contendunt, ut eos praescierit vel praedestinaverit vel proposuerit eligere, qui fuerant credituri; nec de hac fide posse dici: *Quid habes quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7], cum in eadem natura remanserit, licet vitiata, quae prius sana ac perfecta donata sit. . . . Unde illam praescientiam sic accipiunt, ut propter fidem futuram praesciti sint intellegendi nec cuiquam talem dari perseverantiam, a qua non permittatur praevaricari, sed a qua possit sua voluntate deficere et infirmari.

PAULINUS MEDIOLANENSIS.

Vita S. Ambrosii.

541 39. Causas criminum, quae illi confitebatur, nulli nisi Do- 2023
mino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint quam accusatores apud homines. Nam et secundum apostolum circa huiusmodi hominem confirmanda caritas est; quia ipse sui accusator est, nec exspectat accusatorem, sed praevenit; ut confitendo suum allevet ipse delictum, ne habeat quod adversarius criminetur.

S. PROSPER AQUITANUS, † ca 463.

Epistula ad S. Augustinum, 428/9.

(Inter epp. *S. Aug.* ep. 225.)

352 4. Quidam vero horum [Massiliensium] in tantum a Pela- 2024
gianis semitis non declinant, ut, cum ad confitendam eam Christi gratiam, quae omnia praeveniat merita humana, cogantur, ne, si meritis redditur, frustra gratia nominetur, ad condicionem hanc velint uniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec exsistentem, liberi arbitrii et rationalem gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni ac mali et ad cognitionem Dei et ad oboedientiam

2022. CV 57, 472; ML 33, 1009. 2023. ML 14, 40.
2024. CV 57, 460; ML 51, 70; 33, 1004.

mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire, per naturalem scilicet facultatem, petendo, quaerendo, pulsando: ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono naturae bene usus ad istam salvantem gratiam initialis gratiae ope meruerit pervenire.

2025 5. Cumque inter haec innumerabilium illis multitudo obi- 307
citur parvulorum, qui utique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine iudicio Dei secernuntur, ut ante discretionem boni ac mali de usu vitae istius auferendi, alii per regenerationem inter caelestis regni assumantur heredes, alii sine baptismo inter mortis perpetuae transeant debitores: tales aiunt perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis maioribus, si ad activam servarentur aetatem, scientia divina praeviderit.

Responsiones ad capitula obiectionum Gallorum, 431/2.

2026 Resp. ad obi. 3. Sicut bona opera ad inspiratorem eorum 139
Deum, ita mala ad eos sunt referenda qui peccant. Non 344
enim relicti sunt a Deo, ut relinquerent Deum; sed reliquerunt et relicti sunt et ex bono in malum propria voluntate mutati sunt, atque ab hoc licet fuerint renati, fuerint iustificati, ab eo tamen, qui illos tales praescivit, non sunt praedestinati.

2027 6. Iustificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, 369
nullo praecedente bono merito, accipit donum, quo dono acquirat et meritum: ut, quod in illo incohatum est per gratiam 368
Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrii; numquam remoto adiutorio Dei, sine quo nec proficere nec permanere in bono quisquam potest.

2028 7. Cum autem dubium non sit, donum Dei esse perseve- 320
rantiam in bono usque ad finem, quam istos, ex eo ipso quod 321
non perseveraverunt, non habuisse manifestum est, non est calumniandum Deo, quare istis non dederit quod aliis dedit; sed confitendum est et misericorditer eum dedisse quod dedit, 343
et iuste non dedisse quod non dedit, ne, quemadmodum ex libero arbitrio oritur causa labendi, ita ex ipso oriri videatur et standi; cum illud humano fiat opere, hoc divino impleatur ex munere.

2029 11. Cum vero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis 344
[Rom 1, 24] aut obduratos legimus aut relictos, magnis peccatis

2025. CV 57, 461; ML 51, 71; 33, 1004. 2026. ML 51, 159; 45, 1835.
2027. ML 51, 161; 45, 1836. 2028. ML 51, 161; 45, 1836.
2029. ML 51, 167; 45, 1839.

suis hoc ipsos meruisse profitemur, quia talia eorum crimina praecesserunt, ut ipsi sibi poena fieri debuerint, quae iis etiam supplicium verteret in reatum.

125 Sentenția super capitulum 8. Item qui dicit, quod non 2030
omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum, durius loquitur, quam loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiae Dei, *qui et omnes vult salvos fieri,* atque *in agnitionem veritatis venire* [1 Tim 2, 4], et voluntatis suae propositum in iis implet, quos praescitos praedestinavit, praedestinatos vocavit, vocatos iustificavit, iustificatos glorificavit [Rom 8, 30]; . . . ut et qui salvantur, ideo salvi sint,
140 quia illos voluit Deus salvos fieri, et qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.

Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum, 431/2.

413 Resp. ad obi. 1. Contra vulnus originalis peccati, quo in 2031
Adam omnium hominum corrupta et mortificata natura est et unde omnium concupiscentiarum morbus inolevit, verum et potens ac singulare remedium est mors Filii Dei Domini nostri
398 Iesu Christi, qui liber a mortis debito et solus absque peccato
419 pro peccatoribus et debitoribus mortis est mortuus. Quod ergo ad
422 magnitudinem et potentiam pretii et quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi.

295 10. Detestanda et abominanda opinio, quae Deum cuius- 2032
quam malae voluntatis aut malae actionis credit auctorem; cuius praedestinatio numquam extra bonitatem, numquam extra iustitiam est. . . . Plane praedestinavit iudicium suum, quo unicuique retributurus est prout gessit, sive bonum, sive malum. Quod iudicium futurum omnino non esset, si homines Dei voluntate peccarent.

337 12. Hi autem, de quibus dicitur: *Ex nobis exierunt, sed non* 2033
139 *fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum* [1 Io 2, 19], voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia praesciti sunt casuri, non sunt praedestinati. Essent autem praedestinati, si essent reversuri et in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc praedestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

Liber contra collatorem, 433/4.

340 C. 3, n. 1. Quomodo autem non advertis, te in illud dam- 2034
natum incidere, quod velis nolis convinceris dicere gratiam

2030. ML 51, 172; 45, 1841. 2031. ML 51, 177; 45, 1844.
2032. ML 51, 182; 45, 1846. 2033. ML 51, 184; 45, 1847.
2034. ML 51, 222; 45, 1805. In hoc tomo 45 numeri capitum iidem sunt, non autem ceteri.

Dei secundum merita nostra dari; cum aliquid praecedere boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequantur, affirmas? Non enim nullius meriti haberi potest 314
petentis fides, quaerentis pietas, pulsantis instantia; praecipue cum omnes eiusmodi et accipere et invenire et intrare dicantur. In quo superfluum, immo impium est, sic velle meritis ante gratiam exsistentibus locum facere, ut non ex toto verum sit quod ait Dominus: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, attraxerit eum* [Io 6, 44], quod nullatenus diceretur, si cuius- 325
quam sine Dei illuminatione esset credenda conversio, aut ullo modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere.

2035 7, 2. Veritas dicit: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit* 326
me, traxerit eum [Io 6, 44]. Si ergo nemo venit nisi attractus, 322
omnes qui quocumque modo veniunt, attrahuntur. Trahit itaque ad Deum contemplatio elementorum, omniumque quae in iis sunt, ordinatissima pulchritudo. *Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur* [Rom 1, 20]. . . . Et quis perspicere aut enarrare possit, per quos affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quae fugiebat sequatur; quae oderat, diligat; quae fastidiebat, esuriat; ac subito commutatione mirabili, quae clausa ei fuerant, fiant aperta; quae onerosa, sint levia; quae amara, sint dulcia; quae obscura, sint lucida?

2036 9, 3. Naturae enim humanae in illa universalis praevari- 300
cationis ruina nec substantia erepta est nec voluntas; sed 301
lumen decusque virtutum, quibus fraude invidentis exuta est. Perditis autem per quae ad aeternam atque inamissibilem corporis animique incorruptionem poterat pervenire, quid ei remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam, quae tota est damnationis et poenae? Propter quod natos in Adam renasci oportet in Christo, ne in illa quis inveniatur generatione, quae periit.

2037 13, 3. Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam 311
habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem sed animalem, non caelestem sed terrenam, non christianam sed diabolicam, non a Patre luminum sed a principe tenebrarum, dum et ipsa quae non haberent nisi dante Deo subdunt ei qui primus recessit a Deo.

2038 18, 3. [Profitemur] quod liberum arbitrium, naturaliter homini 301
inditum, maneat in natura, sed qualitate et condicione mutata per *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Iesum* [1 Tim 2, 5], qui ipsam voluntatem ab eo, quod perverse volebat, 415
avertit et in id, quod ei bonum esset velle, convertit.

2035. ML 51, 230; 45, 1809. 2036. ML 51, 237; 45, 1812.
2037. ML 51, 248; 45, 1818. 2038. ML 51, 265; 45, 1827.

Expositio Psalmorum, 433.

403 Ps 103, v. 19. *Sol cognovit occasum suum.* Christus agnovit 2039
passionem suam. Occasus Christi passio Christi est. Sed numquid sol sic occidit ut non oriatur? *Numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?* [Ps 40, 9.] Quid est autem: *agnovit occasum suum,* nisi: placuit ei ut moreretur? Voluntate enim suscepit crucem et mortem; et sicut aliena sunt ab eius notitia quae ipsi non placent, ita ea quae voluntati ipsius congruunt novit atque cognoscit.

418 132, 2. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam,* 2040
barbam Aaron. Per Aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos, qui veri pontificis sacramentum, non in alieni generis hostia, sed in oblatione corporis et sanguinis sui solus implevit: idem sacerdos, idem victima, propitiator et propitiatio, omniumque
427 mysteriorum quibus nuntiabatur effector; qui mortuus, sepultus,
185 resuscitatus, ascendit in caelos, naturam humanam super omne nomen exaltans et mittens Spiritum Sanctum, cuius unctio omnem ecclesiam penetraret.

Liber sententiarum ex S. Augustino, ca 450.

312 106. Omnis infidelium vita peccatum est, et nihil est bonum 2041
sine summo bono. Ubi enim deest agnitio aeternae et incommutabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus.

[?] De vocatione omnium gentium, medio saec. V.

312 L. 1, c. 7. Etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitiis 2042
reluctari, huius tantum temporis vitam steriliter ornavit, ad veras autem virtutes aeternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est, nec placere ullus Deo sine Deo potest.

322 1, 8. Cum verbum Dei per ministerium praedicantium 2043
324 auribus carnis infertur, miscetur operatio potentiae divinae cum sono vocis humanae, et qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque firmavit affectum.

340 1, 17. Quodsi et ad illos dirigas mentis intuitum, qui, 2044
369 longam agentes in flagitiis et sceleribus aetatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitae fine renovantur, et sine ullo suffragio bonorum operum in regni caelestis consortium transferuntur, quo intellectu divinum iudicium comprehendes, nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera; et sicut

---

2039. ML 51, 294. 2040. ML 51, 381.
2041. ML 51, 441; 45, 1868. 2042. ML 51, 653.
2043. ML 51, 656. 2044. ML 51, 669.

nulla sunt tam detestanda facinora, quae possint gratiae arcere donum, ita nulla posse tam praeclara opera exsistere, quibus hoc quod gratis tribuitur per retributionis iudicium debeatur? Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi nec misericordiae Dei humanorum operum praerogativa succumberet, si iustificatio quae fit per gratiam meritis praecedentibus deberetur, ut non munus largientis sed merces esset operantis.

2045 1, 24. Abunde, quantum arbitror, his testimoniis, quamvis 314
et alia documenta aggregari potuerint, demonstratum est fidem, 340
qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eam-
que nullis meritis praecedentibus tribui, sed ad hoc donari, 366
ut principium possit esse meritorum, et, cum ipsa data fuerit
non petita, ipsius iam petitionibus bona cetera consequantur.

2046 2, 17. Quodsi forte, quemadmodum quasdam gentes non 347
olim in consortium filiorum Dei novimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquae nationes quibus nondum gratia salvatoris illuxit, non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo evangelium quod non audierunt audient atque suscipient. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quae desuper omnibus semper hominibus est praebita, non negatur.

2047 2, 29. Universitati hominum, quod abunde probavimus, ita 347
multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper et consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua iustitia gloriari, cum et illos propria nequitia demergat ad poenam et istos Dei gratia perducat ad gloriam.

LEPORIUS.

Libellus emendationis, ad episcopos Galliae, ca 418.

2048 3. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Iesum 375
Christum unicum Filium Dei, qui ante saecula natus ex Patre 377
est, novissimo tempore de Spiritu Sancto et Maria semper
virgine factum hominem, Deum natum; et confitentes utram- 387
que substantiam Deum atque hominem inseparabilem pia fidei
credulitate suscipimus, et ex tempore susceptae carnis sic
omnia dicimus, quae erant Dei, transisse in hominem, ut
omnia quae erant hominis in Deum venirent et hac intelle-
gentia Verbum factum sit caro, non ut conversione aut muta- 382
bilitate aliqua coeperit esse quod non erat, sed ut potentia
divinae dispensationis Verbum Patris, numquam a Patre dis-

2045. ML 51, 679. 2046. ML 51, 704. 2047. ML 51, 715.
2048. ML 31, 1224. Idem locus citatur a Cassiano: De Incarn. Chr. 1, 5; CV 17, 242 sqq; ML 50, 25 sqq.

cedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit uni-
381 genitus secreto illo mysterio quo ipse novit (nostrum namque
est credere, illius nosse).

393 6. In hoc maxime fides nostra consistit, ut credamus unicum 2049
Filium Dei, non adoptivum sed proprium, non phantasticum
419 sed verum, non temporarium sed aeternum, pro nobis omnia
404 secundum carnem fuisse perpessum.... 10. Ut autem et hinc
72 cordatissimos quidem efficit; quando autem aliquid historice gestum ex sacris litteris nobis affertur, tunc illam quae ex historia utilitatem nascitur aucupari decet, ut scripturam divinitus inspiratam unde cumque nos et servare et iuvare appareat.

346 4, 2. Cum ait [Deus] peccatoribus: *Adhuc habebis auxilium,* in 2097
spem ac fiduciam erigit, licet multis et inevitabilibus culpis sint impliciti, reservari tamen bonitatis et humanitatis reliquias, nec quidquam obstare quominus et illi quoque serventur, si velint redire ad meliora et decentiora et eius legibus consentanea.

188 4, 2. Deus enim est principium universorum, ipse sine prin- 2098
94 cipio, et omnia ab ipso ortum habent; ortus autem ipse est et

---

2095. MG 69, 1268. 2096. MG 70, 192.
2097. MG 70, 920. 2098. MG 70, 924.

γέγονεν ὑπ' οὐδενός, ἀλλ' ἔστιν ὤν τε καὶ ἐσόμενος. Τοῦτο γὰρ ὄνομα αὐτῷ.

2099 4, 2. Μορφοῦταί γε μὴν ἐν ἡμῖν ὁ Χριστός, ἐνιέντος ἡμῖν 354
τοῦ Ἁγίου Πνεύματος θείαν τινὰ μόρφωσιν δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης. Οὕτω γάρ, οὕτω ταῖς ἡμετέραις ἐμπρέπει ψυχαῖς ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ἀναμορφοῦντος ἡμᾶς, ὡς ἔφην, τοῦ Ἁγίου Πνεύματος δι' ἁγιασμοῦ πρὸς αὐτόν.

In Ioelem commentarius, ante 428.

2100 32. Δέδοται γὰρ ἡμῖν ὡς ἐν ὑετῷ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τοῦ 455 459
ἁγίου βαπτίσματος, ὡς ἐν σίτῳ γε μὴν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς καὶ 493
ὡς ἐν οἴνῳ τὸ αἷμα· προσεπενήνεκται δὲ καὶ ἡ τοῦ ἐλαίου 476
χρεία, συντελοῦσα πρὸς τελείωσιν τοῖς δεδικαιωμένοις ἐν Χριστῷ 482
διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

In Matthaeum commentarius, post 428.

2101 C. 26, v. 27. Δεικτικῶς δὲ εἶπε· «Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα», 486
καί· «Τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα» [Mt 26, 26 28], ἵνα μὴ νομίσῃς
τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα, ἀλλὰ διά τινος ἀρρήτου τοῦ πάντα 489
ἰσχύοντος Θεοῦ μεταποιεῖσθαι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ
τὸ ἀληθὲς τὰ παρενηνεγμένα, ὧν μετασχόντες τὴν ζωοποιὸν 508
καὶ ἁγιαστικὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ εἰσδεχόμεθα.

---

genitus a nemine, sed est qui est, et qui futurus est. Hoc enim est nomen ei.

2099 4, 2. Formatur in nobis Christus, inferente nobis Spiritu Sancto 354
divinam aliquam formam per sanctificationem et iustitiam. Ita enim, ita in animabus nostris lucet character substantiae Dei et Patris, reformante nos, ut dixi, Spiritu Sancto per sanctificationem in ipsum.

2100 32. Data est nobis ceu in pluvia aqua vivens sacri baptismatis, 455
et tamquam in frumento panis vivus, et tamquam in vino sanguis. 459 493
Accessit item usus olei, qui per sacrum baptisma in Christo iusti- 476
ficatis ad consummationem conferret. 482

2101 26, 27. Demonstrative autem dixit: *Hoc est corpus meum*, et: 486
Hic est sanguis meus, ne figuram esse arbitreris ea quae videntur,
sed arcana ratione aliqua transformari ab omnipotente Deo in 489
corpus et sanguinem Christi vere oblata, quorum participes effecti 508
vivificam et santificantem Christi virtutem suscipimus.

2099. MG 70, 936.
2100. Pusey 1, 331; MG 71, 373.
2101. MG 72, 452.

[?] In Marcum commentarius[1].

552 Τούτοις [Mc 6, 13] παραπλήσια καὶ ὁ Λουκᾶς ἐξέθετο· τὸ 2102
δὲ «ἤλειφον ἐλαίῳ» μόνος ἔφη ὁ Μάρκος, ᾧ καὶ Ἰάκωβος ἐν τῇ καθολικῇ τὰ ὅμοια λέγει· «Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; κτλ.» [Iac 5, 14 15.] Τὸ ἔλαιον καὶ κόπους ἰᾶται, καὶ φωτὸς αἴτιον καὶ ἱλαρότητος ὑπάρχει. Σημαίνει οὖν τὸ ἀλειφόμενον ἔλαιον καὶ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔλεον, καὶ τὴν ἴασιν τοῦ νοσήματος καὶ τῆς καρδίας τὸν φωτισμόν· ὅτι γὰρ ἡ εὐχὴ τὸ πᾶν ἐνήργει, παντί που δῆλον· τὸ δὲ ἔλαιον, ὥς γε οἶμαι, σύμβολον τούτων ὑπῆρχε.

In Lucam commentarius, post 428.

403 C. 22, v. 42. Ἦν μὲν γὰρ οὐκ ἀβούλητον αὐτῷ [Χριστῷ] 2103
τὸ παθεῖν, φορτικόν γε μὲν ἑτέρως, διά τε τὴν ἀδοξίαν καὶ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς τὸν ὄλεθρον. . . . Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν μὴ ὑποστῆναι τὸ πάθος, εἵλετο αὐτό, συνευδοκοῦντος αὐτῷ
402 τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ὡς εἶναι τῆς μὲν ἀνθρωπείας φύσεως
390 τὸ εἰς θορύβους εὔκολον· τῆς δὲ θείας, τὸ ἐφ' ἅπασιν ἄθραυστον. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ θανάτου παρεισδῦσα μνήμη ταράττει τὸν Ἰησοῦν· ἡ δὲ τῆς θεότητος δυναμις κεκινημένον εὐθὺς χειροῦται τὸ πάθος, καὶ μεταμορφοῖ πρὸς εὐτολμίαν.

In Ioannem commentarius, post (vel ca) 428.

232 L. 1, c. 9 (in Io. 1, 9). Ὁ προπάτωρ Ἀδάμ, οὐκ ἐν χρόνῳ, 2104
καθάπερ ἡμεῖς, τὸ εἶναι σοφὸς ἀποκερδάνας ὁρᾶται, ἀλλ' ἐκ

---

552 6, 13. His [Mc 6, 13] similia etiam Lucas exposuit; *ungebant* 2102
oleo, solus dixit Marcus, quibus verbis et Iacobus in catholica similia dicit: *Infirmatur quis in vobis?* etc. Oleum et defatigationem medetur, et luminis principium ac gaudii exsistit. Significat igitur unctio olei et misericordiam Dei et morbi remedium et cordis illuminationem. Quod enim oratio omnia operatur, cuique manifestum est; oleum vero, ut opinor, symbolum est istorum.

403 22, 42. Certe non erat ei [Christo] involuntaria passio; ceteroqui 2103
etiam gravis, propter ignominiam, et propter iudaicae synagogae ruinam. . . . Sed quia passionem iam vitare non oportebat, hanc
402 subire decrevit, conspirante secum Deo et Patre; ita ut humanae
390 quidem naturae fuerit perturbationis commotio, divinae autem in omnibus constantia. Mortis quidem praesens imago Iesum turbat, sed deitatis virtus commotam ilico sedat passionem et ad confidentiam transfert.

232 1, 9 (1, 9). Primus pater Adam, non in tempore, sicut nos, 2104
sapientiam consecutus esse videtur, sed statim a primis ortus sui

---

[1] Iste commentarius probabilissime Victori Antiocheno (saec. V) attribuendus est.

2102. *J. A. Cramer*, Catenae Graecorum Patrum I, Oxford 1840, 340.
2103. MG 72, 921. 2104. P (= Pusey) 1, 111; MG 73, 128.

πρώτων εὐθὺς τῶν τῆς γενέσεως χρόνων τέλειος ἐν συνέσει φαίνεται, τὸν δοθέντα τῇ φύσει παρὰ Θεοῦ φωτισμὸν ἀθόλωτον ἔτι καὶ καθαρὸν διασῴζων ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκαπήλευτον ἔχων τῆς φύσεως τὸ ἀξίωμα.

2105 1, 9 (1, 9). Ὅτι δὲ λίαν ἐστὶν ἀτοπώτατον προϋπάρχειν 223
μὲν οἴεσθαι τὴν ψυχήν, ἐκ προγενεστέρων δὲ ἁμαρτημάτων εἰς τὰ ἐκ γῆς καταπέμπεσθαι σώματα νομίζειν αὐτήν, διὰ τῶν ὑπεζευγμένων ἐννοιῶν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἡμῖν ἀποδεῖξαι πειρασόμεθα. [Sequuntur 24 argumenta.]

2106 1, 9 (1, 12). Μέτοχοι γὰρ αὐτοῦ [τοῦ Θεοῦ] γεγονότες διὰ 358
τοῦ Πνεύματος, κατεσφραγίσθημεν εἰς ὁμοιότητα τὴν πρὸς
αὐτόν, καὶ εἰς τὸ ἀρχέτυπον τῆς εἰκόνος ἀναβαίνομεν σχῆμα, 356
καθ' ἥνπερ ἡμᾶς καὶ πεποιῆσθαί φησιν ἡ θεία γραφή [Gn 1, 26].
Μόγις γὰρ οὕτω τὸ ἀρχαῖον τῆς φύσεως ἀνακομισάμενοι κάλλος,
καὶ πρὸς τὴν θείαν ἐκείνην ἀναμορφωθέντες φύσιν, κρείττους
ἐσόμεθα τῶν ἐκ παραβάσεως ἡμῖν συμβεβηκότων κακῶν. Οὐκοῦν 353
ἀναβαίνομεν εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀξίωμα διὰ Χριστόν, ἀλλ' οὐ 359
κατ' ἐκεῖνον ἀπαραλλάκτως ἐσόμεθα καὶ ἡμεῖς υἱοὶ Θεοῦ, ἀλλ'
ὡς πρὸς ἐκεῖνον διὰ τῆς κατὰ μίμησιν χάριτος· ὁ μὲν γάρ 393
ἐστιν Υἱὸς ἐκ Πατρὸς ὑπάρχων ἀληθινός, θετοὶ δὲ ἡμεῖς ὡς
ἐκ φιλανθρωπίας, ὡς ἐν χάριτος μοίρᾳ λαμβάνοντες τὸ «Ἐγὼ
εἶπα· θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες» [Ps 81, 6]. Ἡ μὲν
γὰρ πεποιημένη καὶ δούλη κτίσις καλεῖται πρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν
νεύματι γυμνῷ καὶ θελήσει τοῦ Πατρός· ὁ δὲ Υἱὸς καὶ Θεὸς 154
καὶ Κύριος οὐκ ἐν τοῖς θελήμασι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, οὐδὲ
ὅσον εἰς τὸ βεβουλῆσθαι μόνον, αὐτὸ τὸ εἶναι Θεὸς καὶ Υἱὸς

---

temporibus perfectus in intellegentia ostenditur, illuminationem a Deo naturaliter datam illibatam et puram in se ipso servans, et integram habens naturae dignitatem.

2105 1, 9 (1, 9). Quod autem absurdissimum sit putare animam 223
ante corpus exsistere, et ob praecedentia peccata in terrena corpora ipsam demitti, ex subiunctis argumentis quantum in nobis est demonstrare conabimur. [Sequuntur 24 argumenta.]

2106 1, 9 (1, 12). Participes eius [Dei] facti per Spiritum, signati 358
sumus in similitudinem cum ipso, et in exemplar imaginis ascen- 356
dimus, secundum quam nos factos esse ait divina scriptura. Sic
enim tandem vetere naturae pulchritudine recuperata, et ad divinam illam naturam reformati, superabimus mala quae ex prae-
varicatione nobis contigerunt. Igitur ascendimus ad supernaturalem 353
dignitatem per Christum; non autem erimus filii Dei sicut ille, 359
absque discrimine, sed per gratiam qua illum imitamur: est enim 393
Filius ex Patre exsistens genuinus, nos vero adoptivi ex benignitate,
accipientes tamquam gratiam hoc: *Ego dixi: dii estis et filii Excelsi omnes.* Facta enim et serva creatura vocatur ad supernaturalia
solo nutu ac voluntate Patris; Filius vero, Deus et Dominus, non 154
decreto Dei et Patris, nec solum quia voluit, habet unde sit Deus

---

2105. P 1, 116; MG 73, 133. 2106. P 1, 133; MG 73, 153.

κεκτήσεται, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας ἀναλάμψας τοῦ Πατρός, τὸ ἴδιον αὐτῆς ἀγαθὸν κατὰ φύσιν ἐπάγεται.

165 1, 9 (1, 13). Εἰ γὰρ [τὸ Πνεῦμα] μήτε Θεὸς κατὰ φύσιν, ᾧ 2107
182 οὗτοι, μήτε μὴν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἴδιον αὐτοῦ, καὶ διὰ
τοῦτο οὐσιωδῶς ἐνυπάρχον αὐτῷ, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτόν,
καὶ τῆς τῶν πεποιημένων ὁμοφυΐας οὐκ ἀπῳκισμένον, πῶς οἱ
δι' αὐτοῦ γεννηθέντες ἡμεῖς ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι λεγόμεθα
[Io 1, 13]; Ἢ γὰρ ὅτι ψεύδεται πάντως ἐροῦμεν ὁ εὐαγγελιστής,
ἤ, εἴπερ ἐστὶν ἀληθής, ἔχει δὲ οὕτω, καὶ οὐχ ἑτέρως, Θεὸς
ἔσται καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα· οὗ δὴ καὶ μετίσχειν
358 διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀξιούμενοι, «θείας τε φύσεως
ἀποτελούμεθα κοινωνοί» [2 Petr 1, 4], καὶ ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι
λεγόμεθα, καὶ θεοὶ διὰ τοῦτο χρηματίζομεν, οὐ χάριτι μόνον
357 εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνιπτάμενοι δόξαν, ἀλλ' ὡς ἤδη καὶ Θεὸν
ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἐνοικοῦντα καὶ ἐναυλιζόμενον, κατὰ τὸ ἐν
τῷ προφήτῃ κείμενον, ὅτι «Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω» [Lv 26, 12; 2 Cor 6, 16].

570 2, 1 (2, 1). Πανηγύρεως τῆς ἐπὶ γάμῳ τελουμένης [cf. Io 2108
2, 1 sqq], δῆλον δὲ δήπου πάντως ὅτι σεμνῶς, πάρεστι μὲν τοῦ σωτῆρος ἡ μήτηρ, κεκλημένος δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς οἰκείοις συναφικνεῖται μαθηταῖς, θαυματουργήσων μᾶλλον ἤπερ συνεστιασόμενος, ἔτι τε πρὸς τούτῳ καὶ αὐτὴν ἁγιάσων τῆς ἀνθρώπου γενέσεως τὴν ἀρχήν· ὅσον δὲ ἧκεν εἰς τὴν σάρκα φαμέν.

356 2, 1 (3, 5). Οὐ συνιέντα τὸν ἄνθρωπον [τὸν Νικόδημον] 2109
καθ' ὃν ἔδει τρόπον, τί ἂν βούλοιτο σημαίνειν τὸ ἄνωθεν γεν-

---

et Filius, sed ex ipsa substantia Patris effulgens, proprium eius substantiae bonum secundum naturam accipit.

165 1, 9 (1, 13). Si [Spiritus] nec Deus est natura, nec ex Deo proprius 2107
182 eius Spiritus et ideo substantialiter in eo exsistens, sed ab eo diversus et a natura rerum factarum non remotus, quomodo nos, qui per ipsum nati sumus, ex Deo nati dicimur? Aut enim evangelistam plane mentiri fatebimur, aut, si verax est et ita habet et non aliter, Spiritus erit Deus et ex Deo secundum naturam; cuius participatione
358 donati per fidem in Christum et *efficimur divinae consortes naturae,*
et ex Deo nati esse dicimur, et propterea dii nuncupamur, non
357 gratia tantum ad supernam gloriam evecti, sed iam habentes Deum
in nobis inhabitantem atque commorantem, iuxta illud prophetae: *Inhabitabo in illis et inambulabo.*

570 2, 1 (2, 1). Cum nuptiae celebrarentur [cf. Io 2, 1 sqq], caste ni- 2108
mirum et honeste, adest quidem mater servatoris, sed et ipse cum discipulis suis invitatus venit, non tam epulaturus quam ut miraculum faceret, ac praeterea generationis humanae principium sanctificaret, quod ad carnem nimirum attinet.

856 2, 1 (3, 5). Cum homo [Nicodemus] non intellegeret quonam modo 2109
oporteret et quid significaret oportere nasci desuper, apertiore eum

---

2107. P 1, 136; MG 73, 157. 2108. P 1, 200; MG 73, 224.
2109. P 1, 218; MG 73, 244.

νηθῆναι δεῖν [cf. Io 3, 3], σαφεστέροις ἐκπαιδεύει μαθήμασι, γυμνοτέραν δὲ αὐτῷ παρατίθησι τοῦ μυστηρίου τὴν γνῶσιν. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν διὰ Πνεύματος ἀναγέννησιν ἄνωθεν ἀπεκάλει, τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας τὸ Πνεῦμα δεικνύς, δι' οὗ «τῆς θείας φύσεως γινόμεθα κοινωνοί» [2 Petr 1, 4].

2110 2, 1 (3, 5). Πνεύματι μὲν γὰρ ἁγιάζεται τοῦ ἀνθρώπου τὸ 447
πνεῦμα, ὕδατι δὲ αὖ πάλιν ἡγιασμένῳ τὸ σῶμα. Ὅνπερ γὰρ τρόπον τὸ ἐν τοῖς λέβησιν ἐκχεόμενον ὕδωρ ταῖς τοῦ πυρὸς ὁμιλῆσαν ἀκμαῖς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἀναμάττεται, οὕτω διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ πρὸς θείαν τινὰ καὶ ἀπόρρητον μεταστοιχειοῦται δύναμιν, ἁγιάζει τε λοιπὸν τοὺς ἐν οἷς ἂν γένοιτο.

2111 4, 4 (6, 70). «Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνώκαμεν ὅτι 261
σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ» [Io 6, 69]. . . . Καὶ πιστεύειν γὰρ καὶ ἐγνωκέναι φασί, συνενεγκόντες ἄμφω κατὰ ταὐτόν. Ἔδει γὰρ καὶ πιστεύειν καὶ νοεῖν· καὶ οὐκ ἐπείπερ ἐστὶ πίστει παραδεκτὰ τὰ θειότερα, διὰ τοῦτο χρὴ πάντως τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐρεύνης ὁλοκλήρως ἀποφοιτᾶν, πειρᾶσθαι δὲ μᾶλλον καὶ γοῦν εἰς μετρίαν ἀναβαίνειν γνῶσιν, τὴν ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν [1 Cor 13, 12]. Εὖ δὲ δὴ πάλιν οὐ 258
πρότερον ἐγνωκέναι φασίν, εἶτα πιστεύειν, ἀλλὰ προθέντες τὴν πίστιν, δευτέραν τὴν γνῶσιν ἐπάγουσι. Μετὰ γὰρ τὴν πίστιν ἡ γνῶσις, καὶ οὐ πρὸ τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον· «Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε» [Is 7, 9]. Προκατα- 259
τεθείσης γὰρ ἐν ἡμῖν κρηπῖδός τινος δίκην τῆς ἀπεριεργάστου

edocet doctrina et nudiorem mysterii scientiam ei exponit. Dominus enim noster Iesus Christus regenerationem, quae per Spiritum est, desuper esse praedicabat, ostendens supremae omnium substantiae Spiritum esse, per quem *efficimur divinae consortes naturae.*

2110 2, 1 (3, 5). Spiritu enim sanctificatur hominis spiritus, aqua 447
vero sanctificata corpus. Quemadmodum enim infusa lebetibus aqua, si admoveatur igni vehementi, vim eius concipit, ita Spiritus efficacitate sensibilis aqua ad divinam quamdam et ineffabilem vim transformatur, omnesque demum in quibus fuerit sanctificat.

2111 4, 4 (6, 70). *Et nos credidimus et cognovimus quia tu es Christus* 261
sanctus Dei. . . . Nam et credere et scire se aiunt, ambo in unum et idem conferentes. Oportebat enim et credere et intellegere; neque ex eo quod res divinae fide percipiuntur, idcirco ab earum indagine in totum cessandum est, sed conandum potius ut ad mediocrem saltem earum notitiam evehamur, quae sit tamquam in speculo et aenigmate, sicuti Paulus ait. Rursus autem optime 258
dicunt non primum se cognovisse, deinde credere; sed, praemissa fide, cognitionem secundo loco inserunt. Fidem enim sequitur cognitio, non antecedit, iuxta illud: *Si non credideritis, non intellegetis.* Fide quippe simplici nec curiosa, basis instar constituta, 259

2110. P 1, 219; MG 73, 244. 2111. P 1, 574; MG 73, 628.

πίστεως, ἐποικοδομεῖται λοιπὸν ἡ γνῶσις κατὰ βραχύ, καὶ «εἰς μέτρον ἡλικίας» [Eph 4, 13] ἡμᾶς ἀναφέρουσα τῆς ἐν Χριστῷ, καὶ «εἰς ἄνδρα τέλειον» καὶ πνευματικόν.

599 6 (8, 51). Πάντες ἀναβιώσονται, καὶ εἰς ζωὴν εἰσαῦθις 2112
ἀναδραμοῦνται, πιστοί τε καὶ ἄπιστοι. Μερικὴ γὰρ καὶ οὐδαμῶς ἡ ἀνάστασις, ἀλλ' ἴση τοῖς ὅλοις, κατά γε τὸν ἐν τῷ χρῆναι πάντας ἀναβιῶναι λόγον.

221 9 (13, 18). Χρῆναι δὲ οἶμαι μάλιστα δὴ πάντων ἐκεῖνο 2113
διασκεπτομένους ὁρᾶν, ὅτι τοῖς λογικοῖς τῶν κτισμάτων ἰδίας προαιρέσεως ἀπένειμε τὰς ἡνίας ὁ πάντων δημιουργός, καὶ αὐτοκελεύστοις ἀφῆκεν ἰέναι ῥοπαῖς, ἐφ' ὅπερ ἂν ἕκαστος βούλοιτο τυχὸν ἔχειν ἄριστα δοκιμάσας τὸν τρόπον. . . . Οὕτως πεποίηται κατὰ τὴν ἀρχὴν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, τουτέστιν ὁ
140 Ἀδάμ. . . . Οὕτως ἐπελέξατο τὸν Ἰούδαν, καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτὸν ἀνέμιξε μαθηταῖς, ἐπιτηδείως ἔχοντα δηλονότι πρὸς ἀκολούθησιν ἐν ἀρχαῖς. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ βραχὺ πειράζων ὁ Σατανᾶς ταῖς αἰσχροκερδίαις προσεχειρώσατο, νικηθέντα τῷ πάθει, καὶ προδότην δι' αὐτὸ γεγονότα, λοιπὸν ἀπεώσατο. Οὐδὲν οὖν ἄρα πρὸς τὸν ἐπιλεξάμενον.

166 9 (14, 17). Ὅτι δὲ θεῖόν τε τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτεροούσιον, 2114
ὡς πρὸς αὐτόν τέ φημι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, οὐδενὶ μὲν οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων ὑπάρχειν ἀμφίβολον, καὶ ἀναγκαῖος
165 δὲ ἡμᾶς ἀναπείσει λόγος. Εἰ γὰρ οὐκ εἶναί τις αὐτό φησιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, πῶς ἂν εἴη Θεοῦ μέτοχος ἡ κτίσις
357 ἔτι λαβοῦσα τὸ Πνεῦμα; Κατὰ τίνα δὲ τρόπον ναοὶ Θεοῦ χρηματιοῦμεν καὶ ἐσόμεθα, κτιστὸν ἢ ἀλλογενὲς κομιζόμενοι

superaedificatur deinceps cognitio, quae paulatim *in mensuram aetatis* Christi et *in virum perfectum* ac spiritalem nos effert.

599 6 (8, 51). Omnes reviviscent et in vitam rursus regredientur, 2112
et fideles et infideles. Minime enim particularis est resurrectio, sed aequalis omnibus, quia dictum est omnes reviviscere oportere.

221 9 (13, 18). Considerantibus maxime, puto, videndum est crea- 2113
torem universi tribuisse rationalibus creaturis proprias libertatis habenas et permisisse ut irent spontaneo motu quo quisque vellet, quippe qui hunc optimum esse modum existimaret. . . . Sic factus
140 est initio primus homo, id est, Adam. . . . Sic elegit Iudam et sanctis discipulis eum adscripsit, cum idoneum sectatorem se praestaret initio. Sed postquam paulatim tentans Satanas ad turpe lucrum adduxit, victum passione et propterea traditorem factum dimisit. Nihil igitur ad eum qui elegit.

166 9 (14, 17). Spiritum divinum esse et non diversae substantiae 2114
a Patre et Filio nemini recte sentienti dubium esse puto, et ne-
165 cessaria ratio nos convincet. Si quis enim ex substantia Dei esse negat, quomodo creatura erit particeps Dei, accepto Spiritu? Quo-
357 modo templa Dei nuncupabimur et erimus, creatum vel alienigenum

2112. P 2, 115; MG 73, 917. 2113. P 2, 358; MG 74, 129.
2114. P 2, 469; MG 74, 260.

Πνεῦμα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸ ἐκ Θεοῦ; Πῶς δὲ «θείας φύσεως κοινωνοί» [2 Petr 1, 4], κατὰ τὰς τῶν ἁγίων φωνάς, οἱ «Πνεύματος μέτοχοι» [Hebr 6, 4], εἰ τοῖς γενητοῖς ἐναρίθμιόν ἐστι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τῆς θείας φύσεως πρόεισιν;

2115 9 (14, 20). Πρόδηλον οὖν ἄρα καὶ πᾶσιν οἶμαι διαφανές, 415
ὅτι τούτων ἕνεκα δὴ μάλιστα τῶν αἰτιῶν, Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ
κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Μονογενής, ἵνα
δηλονότι κατακρίνῃ μὲν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, νεκρώσῃ
δὲ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ τὸν θάνατον, καὶ υἱοὺς ἡμᾶς ἀποδείξῃ
Θεοῦ, πρὸς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀξίωμα τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς 353
ἀναγεννήσας ἐν Πνεύματι. Ἦν γὰρ δήπου καὶ μάλα καλῶς,
κατὰ τουτονὶ τὸν τρόπον ἀνακεφαλαιώσασθαι πάλιν καὶ εἰς
τὸ ἀρχαῖον ἀναλαβεῖν τὸ διολισθῆσαν γένος, τουτέστι, τὸ ἀνθρώπινον.

2116 10, 2 (15, 1). Αὐτὸς ὁ σωτήρ· «Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα», 484
φησί, «καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ»
[Io 6, 56]. Ἐν γὰρ δὴ τούτῳ μάλιστα κατιδεῖν ἄξιον, ὡς οὐ
κατὰ σχέσιν τινὰ μόνην, τὴν ἐν διαθέσει νοουμένην, ἐν ἡμῖν
ἔσεσθαί φησιν ὁ Χριστός, ἀλλὰ καὶ κατὰ μέθεξιν ἤτοι φυσικήν.
Ὥσπερ γὰρ εἴ τις κηρὸν ἑτέρῳ συναναπλέξας κηρῷ καὶ πυρὶ 509
συγκατατήξας, ἕν τι τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἐργάζεται, οὕτω διὰ τῆς
μεταλήψεως τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ τιμίου αἵματος,
αὐτὸς μὲν ἐν ἡμῖν, ἡμεῖς δὲ αὖ πάλιν ἐν αὐτῷ συνενούμεθα.
Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως ζωοποιηθῆναι δύνασθαι τὸ φθείρεσθαι

---

sumentes Spiritum, non autem illum qui ex Deo est? Quomodo *naturae divinae consortes*, secundum sanctorum voces, qui *Spiritus participes* sunt, si inter res factas computetur, non autem ex divina natura ad nos provenit?

2115 9 (14, 20). Manifestum est igitur et cunctis, ut opinor, liquet 415
eas maxime ob causas Unigenitum, cum Deus sit et ex Deo
secundum naturam exsistat, factum esse hominem, ut nimirum
damnaret peccatum in carne et morte sua mortem destrueret,
nosque Dei filios efficeret, ex terrena condicione ad dignitatem 353
supra naturam regeneratos in Spiritu. Hoc enim utique modo
licebat instaurare et in pristinum statum revocare lapsum genus,
hoc est, humanum.

2116 10, 2 (15, 1). Servator ipse: *Qui manducat meam carnem,* in- 484
quit, *et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.* Hic
enim animadvertere est operae pretium, Christum non dicere se
dumtaxat in nobis futurum secundum relationem quamdam af-
fectualem, sed et per participationem vere naturalem. Ut enim, 509
si quis ceram cerae indutam igne simul liquaverit, unum quid ex
ambobus efficit, ita per corporis Christi et pretiosi sanguinis
participationem ipse quidem in nobis, nos autem rursus in eo
simul unimur. Neque enim aliter vivificari potest quod natura

---

2115. P 2, 482; MG 74, 273. 2116. P 2, 542; MG 74, 341

πεφυκός, εἰ μὴ συνεπλάκη σωματικῶς τῷ σώματι τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, τουτέστι τοῦ Μονογενοῦς.

275 10, 2 (15, 12). Εἰ γὰρ ἁπάσης τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐν- 2117
τολῆς τὴν πλήρωσιν ἡ εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπη τηρεῖ καὶ ἐργάζεται,
πῶς οὐ λίαν ἀξιοθαύμαστος ὁ ταύτην ὅτι μάλιστα κατορθοῦν
ἐπιχειρῶν ἀλοιδορήτως τε καὶ ἀνυπαιτίως, ὅτε πασῶν, ὡς ἔπος
277 εἰπεῖν, τῶν ἀρετῶν ἐναπόκειται τὸ κεφάλαιον; Δευτέρα γὰρ
τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἡ εἰς ἀλλήλους ἐστί, καὶ πᾶσα τῆς εἰς
Θεὸν εὐσεβείας ἡ δύναμις ὡς ἐν ἑνὶ τούτῳ συμπεραιοῦται λόγῳ,
«ἐν τῷ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν» [Gal 5, 14].

294 11, 9 (17, 12). Οὐδὲ γὰρ οἰησόμεθά ποτε, κατὰ θεῖόν τε 2118
295 καὶ ἄμαχον κρῖμα τὸν προδότην ἐν μαθηταῖς τῇ τοῦ θηρεύοντος
ἐναλῶναι παγίδι, καὶ βρόχων εἴσω γενέσθαι διαβολικῶν· ἢ
γὰρ ἂν ὑπάρχοι καὶ ἀνυπαίτιος, ψήφῳ τὸ νικᾶν παραχωρήσας
τῇ ἄνωθεν. Κρίματι γὰρ τῷ παρὰ Θεοῦ τίς ἀντιστήσεται;
Νυνὶ δὲ κατάκριτος βδελυρός τε καὶ ἐν ἀμείνοσιν εἰ μηδόλως
ἐγεννήθη [cf. Mt 26, 24]. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἐξ οἰκείων γὰρ
τοῦτο παθὼν θελημάτων, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης τῆς παρά τινος
ὁ δείλαιος ἐξελέγχεται.

100 11, 9 (17, 13). Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ θεῖον, ἄπεστι δὲ 2119
παντελῶς τῶν ὄντων οὐδενός· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα καὶ διὰ
πάντων ἐρχόμενον ἔξω τε πάντων καὶ ἐν πᾶσίν ἐστι.

394 11, 9 (17, 17). Ἅγιον δὲ πᾶν ὅπερ ἂν φαίνοιτο τῆς ἐν 2120
κόσμῳ κηλῖδος ἀπηλλαγμένον, ὅπερ ἐστὶ φυσικῶς μὲν ἐν

---

sua est corruptibile, quam si corporaliter unitum sit corpori eius, qui secundum naturam suam est vita, hoc est, Unigeniti.

275 10, 2 (15 12). Si enim omnium salvatoris nostri mandatorum 2117
consummationem continet ac operatur fratrum dilectio, quomodo
non valde mirandus est qui hanc sincere et inculpate colit, cum
omnium, ut semel dicam, virtutum caput in ea contineatur? Se-
277 cunda enim est, post Dei dilectionem, in fratres caritas, et omnis
erga Deum pietatis vis hoc uno verbo quodammodo comprehen-
ditur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*

294 11, 9 (17, 12). Nec enim existimabimus umquam divino et in- 2118
295 expugnabili iudicio illum inter discipulos proditorem implicitum
fuisse diaboli retibus; alioqui enim culpa vacaret, si superno de-
creto cessisset: Dei enim iudicio quis resistet? Nunc vero dam-
natus et exsecrabilis, meliusque ei esset si natus non fuisset. Quam
ob causam? Quippe sua istud voluntate, non ex ulla necessitate,
misere passus deprehenditur.

100 11, 9 (17, 13). Non in loco est divinitas, sed a nulla re prorsus 2119
abest; implet enim omnia et per omnia vadens et extra omnia et
in omnibus est.

394 11, 9 (17, 17). Sanctum est quidquid cernitur a mundi sordibus 2120
immune, quod quidem est in Christo naturaliter sicut in Patre;

2117. P 2, 577; MG 74, 384. 2118. P 2, 701; MG 74, 521.
2119. P 2, 705; MG 74, 525. 2120. P 2, 716; MG 74, 537.

Χριστῷ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Πατρός, εἰσποιητὸν δὲ καὶ χάριν
εἰσκεκριμένον ἐν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, διά τε τοῦ κατὰ ἁγιασμοῦ
καὶ τῆς ἐν βίῳ φαιδρότητος καὶ ἐπιεικείας.

2121 12, 1 (20, 23). Κατὰ τίνα τοιγαροῦν ἄρα τρόπον τε καὶ 521
λόγον τὸ μόνῃ πρέπον ἀξίωμα τῇ θείᾳ φύσει τοῖς ἑαυτοῦ
μαθηταῖς περιέθηκεν ὁ σωτήρ; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέ-
ποντος ὁ ἐν Πατρὶ Λόγος, ἔδρα δὲ τοῦτο καὶ σφόδρα καλῶς.
Ὤιετο γὰρ δεῖν τοὺς τὸ θεῖόν τε καὶ δεσποτικὸν ἔχοντας ἐν
ἑαυτοῖς ἤδη Πνεῦμα, καὶ τοῦ διαφεῖναι τάς τινων ἁμαρτίας
εἶναι κυρίους, καὶ ὧνπερ ἂν βούλωνται κρατεῖν, τοῦ ἐνοικι-
σθέντος αὐτοῖς Ἁγίου Πνεύματος ἀφιέντος τε καὶ κρατοῦντος
κατὰ βούλησιν οἰκείαν, κἂν δι' ἀνθρώπων τελῆται τὸ πρᾶγμα
τυχόν. Ἀφιᾶσί γε μὴν ἁμαρτίας ἤτοι κατέχουσιν οἱ πνευματο-
φόροι κατὰ δύο τρόπους, κατά γε διάνοιαν ἐμήν. Ἢ γὰρ
καλοῦσιν ἐπὶ τὸ βάπτισμα τοὺς οἷς ἂν ἤδη καὶ τούτου τυχεῖν
ὠφείλετο διὰ τὴν τοῦ βίου σεμνότητα καὶ τὸ δεδοκιμασμένον εἰς
πίστιν, ἢ διακωλύουσί τινας καὶ τῆς θείας χάριτος ἐξείργουσιν
ἔτι οὔπω τέως γεγονότας ἀξίους· ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον
ἀφιᾶσί τε καὶ κρατοῦσιν ἁμαρτίας, ἐπιτιμῶντες μὲν ἁμαρτάνουσι
τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις, μετανοοῦσι δὲ συγγινώσκοντες.

In epistulam ad Romanos commentarius, post 428.

2122 C. 5, v. 18. Ἁμαρτωλοὶ δὲ γεγόναμεν διὰ τῆς παρακοῆς 302
τοῦ Ἀδὰμ διὰ τοιόνδε τρόπον· πεποίητο μὲν γὰρ ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ 231
καὶ ζωῇ, ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ βίος ἁγιοπρεπὴς ἐν τῷ παραδείσῳ 234

---

ascititium vero et adventitium in sanctis discipulis, sanctificatione
nimirum per gratiam, et splendore atque probitate vitae.

2121 12, 1 (20, 23). Quomodo igitur aut qua ratione servator digni- 521
tatem, quae soli naturae divinae debetur, suis discipulis attribuit?
Sane dici non potest perperam id egisse Verbum quod est in Patre,
at potius perquam recte factum ab eo putandum est. Existimabat
enim eos, qui divinum ac dominicum iam in se ipsis Spiritum
habebant, etiam remittendi peccata dominos esse debere et ea
retinendi, quae voluerint, Sancto Spiritu qui in iis inhabitat re-
mittente vel etiam retinente pro suo nutu, quamvis id per homines
forte fiat. Remittunt porro peccata vel retinent Spiritu afflati
homines, duobus, ut arbitror, modis: vel enim dignos ad baptismum
vocant, vitae nimirum gravitate et constantia fidei iam probatos
homines, vel prohibent, et a gratia divina arcent eos, qui nondum
digni sunt; vel alio quodam modo peccata remittunt ac retinent,
nempe cum filios ecclesiae peccantes corripiunt vel paenitentibus
ignoscunt.

2122 5, 18. Peccatores facti sumus per Adami inoboedientiam ratione 302
hac: creatus erat in immortalitate et vita, eiusque victus sanctus 231 234

2121. P 3, 140; MG 74, 721. 2122. P 3, 186; MG 74, 789.

τῆς τρυφῆς, ὅλος ἦν καὶ διὰ παντὸς ἐν θεοπτίαις ὁ νοῦς, ἐν
230 εὐδίᾳ δὲ καὶ γαλήνῃ τὸ σῶμα, κατηρεμούσης ἁπάσης αἰσχρᾶς
ἡδονῆς· οὐ γὰρ ἦν ἐκτόπων κινημάτων θόρυβος ἐν αὐτῷ·
300 ἐπειδὴ δὲ πέπτωκεν ὑφ' ἁμαρτίαν, καὶ κατώλισθεν εἰς φθοράν,
ἐντεῦθεν εἰσέδραμον τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν ἡδοναί τε καὶ
ἀκαθαρσίαι, ἀνέφυ δὲ καὶ ὁ ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἀγριαίνων
νόμος· νενόσηκεν οὖν ἡ φύσις τὴν ἁμαρτίαν «διὰ τῆς παρακοῆς
τοῦ ἑνός», τουτέστιν Ἀδάμ· οὕτως «ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν
οἱ πολλοί» [Rom 5, 19], οὐχ ὡς τῷ Ἀδὰμ συμπαραβεβηκότες,
οὐ γὰρ ἦσαν πώποτε, ἀλλ' ὡς τῆς ἐκείνου φύσεως ὄντες τῆς
ὑπὸ νόμον πεσούσης τὸν τῆς ἁμαρτίας.

396 6, 6. Εἰ καὶ μὴ κεκίνηται τυχὸν ἐν Χριστῷ τῆς ἁμαρτίας 2123
ὁ νόμος, διά τοι τὸ κατηυνᾶσθαι τῇ τοῦ οἰκονομοῦντος Λόγου
379 δυνάμει τε καὶ ἐνεργείᾳ, ἀλλ' οὖν ὅταν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ
τῆς σαρκὸς δοκιμάζεται φύσις, κἂν εἰ ἐν Χριστῷ νοοῖτο τυχόν,
οὐχ ἑτέραν οὖσαν παρὰ τὴν ἡμῶν εὑρήσομεν. Συνεσταυρώμεθα
τοίνυν αὐτῷ, σταυρωθείσης αὐτοῦ τῆς σαρκός, καὶ οἷον ὅλην
302 ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ τὴν φύσιν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Ἀδάμ,
ὅτε γέγονεν ἐπάρατος, ὅλη νενόσηκε τὴν ἀρὰν ἡ φύσις.

Scholia de incarnatione Unigeniti, post 428.

385 17. Homo igitur factus est vere is, per quem fecit et 2124
382 saecula Deus Pater; et non, ut nonnulli existimant, in
homine fuit, ut homo intellegatur a nobis tamquam Deum
habens inhabitantem. Nam si haec recte se habere vere
confidunt, supervacaneus esse videbitur beatus evangelista
Ioannes dicens: *Et Verbum caro factum est* [Io 1, 14]. Ubi
enim necessitas ἐνανθρωπήσεως? Aut quare incarnatum dicit

---

erat in paradiso deliciarum, mens tota et semper in Dei visione
230 erat, corpus autem in tranquillitate et quiete, absque omni turpi
voluptate; non enim erat in eo absurdorum motuum tumultus.
300 Cum vero cecidit in peccatum et corruptioni patuit, inde irrepserunt
in carnis naturam voluptates impurae, et nata est in membris
nostris saeva lex. Natura igitur morbum peccati contraxit *per
inoboedientiam unius,* id est, Adami; ita *peccatores constituti sunt
multi,* non quia cum Adamo peccaverunt, nondum enim exsistebant,
sed quia eius naturam habent, quae sub peccati legem cecidit.

396 6, 6. Etiamsi in Christo nullos habuit motus lex peccati, quia 2123
379 humanati Verbi virtute et opera sedabatur, nihilominus, si carnis
natura per se ipsa consideretur, ea vel in Christo haud alia quam
in nobis invenietur. Crucifixi itaque cum eo fuimus, quo tempore
caro eius crucifixa fuit, quae universam quodammodo in se naturam
302 continebat; sicuti etiam in Adamo, quo tempore in maledictionem
incurrit, natura universa maledictionis morbum contraxit.

2123. P 3, 192; MG 74, 796. 2124. P 6, 538; MG 75, 1391.

Deum Verbum, si non factus est caro? Vis ἐνανθρωπήσεως 379
et similem nostri eum factum esse significat, et mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, immo supra universam ipsam creaturam.

2125 26. Οὐκοῦν Θεὸς μὲν ὁ Λόγος ἦν, γέγονε δὲ καὶ ἄνθρωπος· 429
καὶ ἐπειδὴ γεγέννηται κατὰ σάρκα διὰ τὸ ἀνθρώπινον, θεοτόκος ἐστὶν ἀναγκαίως ἡ τεκοῦσα αὐτόν. Εἰ γὰρ μὴ γεγέννηκε Θεόν, μηδὲ λεγέσθω Θεὸς ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθείς· εἰ Θεὸν αὐτὸν ὀνομάζουσιν αἱ θεόπνευστοι γραφαί, ὡς Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον, ἐνανθρωπῆσαι δὲ ἦν οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διὰ γεννήσεως τῆς ἐκ γυναικός, πῶς οὐ θεοτόκος ἡ τεκοῦσα αὐτόν;

De recta fide ad Reginas, 429/30.

2126 Or. 1, c. 3. Πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντο- 188
κράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα 156
Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γεννηθέντα κατὰ 157
φύσιν ἐξ αὐτοῦ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου· καὶ γάρ ἐστι συνάναρχος κατὰ χρόνον καὶ συναΐδιος τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, σύνεδρός τε καὶ ἰσοκλεὴς αὐτῷ, καὶ ἰσότητι κατεστεμμένος τῇ 158
πρὸς πᾶν ὁτιοῦν, χαρακτὴρ γάρ ἐστι καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ [cf. Hebr 1, 3]· πιστεύομεν δὲ ὁμοίως καὶ εἰς 166
τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, οὐκ ἀλλότριον αὐτὸ τῆς θείας φύσεως καταλογιζόμενοι· καὶ γάρ ἐστιν ἐκ Πατρὸς φυσικῶς προχεόμενον 167
δι' Υἱοῦ τῇ κτίσει· νοεῖται γὰρ οὕτως μία τε καὶ ὁμοούσιος 185 148
καὶ ἐν ταυτότητι δόξης ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη Τριάς.

2125 26. Igitur Verbum quidem Deus erat, factum est autem et 429
homo, et quia natum est secundum carnem, propter humanitatem necessarium est ut quae ipsum pepererit sit θεοτόκος. Nam si non peperit Deum, certe nec dicatur Deus qui est ab ipsa progenitus; sin vero Deum ipsum divinae scripturae nominant, ut Deum hominem factum et incarnatum, homo autem aliter fieri non poterat nisi per generationem ex muliere: quomodo igitur non sit quae ipsum peperit θεοτόκος?

2126 1, 3. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium 188
visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum 156
Christum Filium eius, genitum naturaliter ex eo ante omne sae- 157
culum et tempus. Nam simul cum proprio genitore absque principio secundum tempus et coaeternus est, eiusdem sedis et aequalis 158
gloriae et aequalitate omnimoda praeditus; figura enim est et splendor substantiae eius. Credimus similiter in Spiritum Sanctum, 166
quem non alienum a divina natura reputamus; etenim est ex Patre 167
naturaliter, infusus per Filium creaturae. Ita enim intellegitur una 185
et consubstantialis et in identitate gloriae sancta et adorabilis 148
Trinitas.

2125. P 6, 556; MG 75, 1400. 2126. P 7, 156; MG 76, 1204.

409 1, 13. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἑτέρως ἦν σῴζεσθαι τὸν κόσμον, εἰ 2127
μὴ ἐν αἵματι καὶ θανάτῳ χρησίμως παραληφθέντι καὶ οἰκονομικῶς, «διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ» [Rom 3, 25], σεσώσμεθα δὲ διὰ Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖος τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι Λόγῳ ὁ τῆς σαρκώσεως τρόπος, ἵνα δικαιώσῃ μὲν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καταλλάξῃ δὲ τῷ Πατρὶ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ ἰδίου σώματος, ἵνα καὶ συζήσωμεν αὐτῷ;

Adversus Nestorium, 430.

377 L. 1, c. 1. Ἀντακούσεται δὲ πρὸς ἡμῶν· Σάρκα γενέσθαι 2128
382 φησὶν ἡ θεόπνευστος γραφὴ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, τουτέστιν ἀσυγχύτως τε καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθῆναι σαρκί·
385 οὐ γὰρ ἦν ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, καὶ γεγεννημένον ἐκ γυναικός, ἀλλ' ὥσπερ ἴδιον τῶν καθ' ἡμᾶς ἑκάστῳ τὸ αὐτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν τουτονὶ τρόπον, καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἴδιον ἦν καὶ οὐχ ἑτέρου τὸ σῶμα· οὕτω γὰρ καὶ γεγέννηται
380 κατὰ σάρκα. . . . Χρειωδεστάτη δὲ καὶ ἑτέρως τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἡ τοῦ Λόγου σάρκωσις, ἤγουν ἐνανθρώπησις ἦν. Εἰ μὴ γὰρ γεγέννηται καθ' ἡμᾶς κατὰ σάρκα, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἡμῖν μετέσχε παραπλησίως, οὐκ ἂν τὴν ἀνθρώπου φύσιν τῶν ἐν Ἀδὰμ ἀπήλλαξεν ἐγκλημάτων.

416 3, 1. Ἀνθ' ὅτου δέδιας αὐτὸν καὶ ἀρχιερέα καλεῖν διὰ τὸ 2129
ἀνθρώπινον; Καθιεροῖ γὰρ ἡμᾶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας διὰ τῆς

---

409 1, 13. Si mundus aliter quam per Christi sanguinem et mortem 2127
divina dispensatione et salutariter susceptam *propter praecedentium delictorum condonationem, quae Deus toleraverat,* salvari nequibat, per Christum autem salutem sumus consecuti, quomodo incarnationis modus Verbo, qui est ex Deo, necessarius non erat ut iustificaret per sanguinem suum illos, qui in ipsum crederent, reconciliaretque Patri per corporis sui mortem, ita ut etiam cum ipso convivamus?

377 1, 1. Is a nobis audiet: Carnem factum esse illud ex Deo 2128
382 Patre Verbum ait scriptura divinitus inspirata, hoc est, carni sine
385 confusione et secundum hypostasim unitum; neque enim alienum ab eo erat unitum illi corpus, et natum ex muliere, sed ut suum cuique nostrum proprium est corpus, eodem modo etiam Unigeniti corpus proprium illi erat et non alterius; sic namque factus est
380 etiam secundum carnem. . . . Utilissima autem et alia quoque ratione his qui versantur in terris Verbi incarnatio sive humanatio fuit. Nisi enim similiter atque nos secundum carnem fuisset natus, nisi similiter participasset iisdem, numquam hominis naturam criminibus in Adam contractis absolvisset.

416 3, 1. Qua de causa metuis eum pontificem propter humanitatem 2129
appellare? Nam et nos offert in sacrificium odoremque suavitatis

---

2127. P 7, 226; MG 76, 1292. 2128. P 6, 62; MG 76, 20.
2129. P 6, 140; MG 76, 121.

πίστεως· ἑαυτόν τε ὑπὲρ ἡμῶν ὡς εὐοσμώτατον θῦμα προκεκόμικε τῷ Πατρί.

2130 3, 3. Διαλέγεται πρὸς ἡμᾶς [Χριστός], οὐχ ὡς γυμνὸς ἔτι 392
Λόγος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, καὶ ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός. . . . Γέγονε τοίνυν ἴδια μὲν τοῦ Λόγου τὰ τῆς ἀνθρωπότητος, ἴδια δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος τὰ αὐτοῦ τοῦ Λόγου. Εἷς γὰρ οὕτω νοεῖται Χριστὸς καὶ Υἱὸς καὶ Κύριος.

2131 4, 5. «Καὶ ὁ τρώγων με», φησί, «κἀκεῖνος ζήσεται» [Io 6, 57]. 484
Ἐσθίομεν δὲ ἡμεῖς, οὐ τὴν θεότητα δαπανῶντες, ἄπαγε τῆς 508 384
δυσβουλίας, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν τοῦ Λόγου σάρκα ζωοποιὸν γεγενημένην, ὅτι γέγονεν αὐτοῦ ζῶντος διὰ τὸν Πατέρα.

2132 5, 6. Ὥστε κἂν ἐνεργεῖν ὁ Πατὴρ λέγηται τὴν τοῦ θείου 180
ναοῦ ζωοποίησιν [cf. Io 2, 19; 1 Petr 1, 21], ἐνήργηκε δι' Υἱοῦ· κἂν εἰ ὁρῷτο πάλιν ὁ Υἱὸς ἐνεργήσας, ἀλλ' οὐ δίχα τοῦ
Πατρὸς ἐν Πνεύματι. Μία γὰρ ἡ θεότητος φύσις, ἐν τρισὶν 149
ὑποστάσεσιν ἰδικαῖς νοουμένη, καὶ τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς δρωμένοις κίνησίν τε καὶ ἐνέργειαν ἔχουσα, νοητὴν δηλονότι καὶ θεοπρεπῆ.

*2132** *Anathematismi, a. 431, v. DB 113 sqq.*

Adversus nolentes confiteri s. Virginem esse deiparam.

2133 4. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος μὲν ψιλὸς Ἰησοῦς ὑπῆρξέν ποτε πρὸ 386
τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως, ἀλλ' 377
αὐτὸς ὁ Λόγος ἐν αὐτῇ τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ γενόμενος, τὸν

---

per fidem, et se ipsum Patri pro nobis tamquam odoratissimam victimam obtulit.

2130 3, 3. Nobiscum loquitur [Christus], non tamquam adhuc Verbum, 392
sed ut homo similis nobis, et qui unus iam esse intellegatur cum carne sibi unita. . . . Facta sunt igitur Verbi propria quae sunt humanitatis, et humanitatis propria quae sunt ipsius Verbi. Sic enim unus intellegitur Christus et Filius et Dominus.

2131 4, 5. *Et qui manducat me,* inquit, *et ille vivet.* Manducamus 484
autem nos, non quod ipsam divinitatem consumamus (apage ab 508
ista impietate), sed illam propriam Verbi carnem, iam vivificam 384
effectam, quia eius facta est, qui propter Patrem vivit.

2132 5, 6. Itaque etsi Pater dicatur operari divini templi [humanitatis 180
Christi] vivificationem, per Filium operatus est; rursus si videbatur Filius operari, non tamen absque Patre in Spiritu. Una enim 149
divinitatis natura in tribus propriis hypostasibus intellegitur, et in omnibus agendis motum et operationem habet, intellegibilem scilicet et Deo dignam.

2133 4. Non enim simplex homo aliquando fuit Iesus ante Dei cum 386
ipso communionem et adunationem; sed idem Verbum, in ipsam 377

2130. P 6, 153; MG 76, 137. 2131. P 6, 196; MG 76, 192.
2132. P 6, 233; MG 76, 240. 2133. MG 76, 260.

ἴδιον ναὸν ἑαυτῷ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου ἔλαβεν, καὶ προῆλθεν ἐξ αὐτῆς ἄνθρωπος μὲν ἔξωθεν θεωρούμενος, ἔν-
432 δοθεν δὲ Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινός· διὸ καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι παρθένον τὴν τεκοῦσαν τετήρηκεν, ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἁγίων γεγένηται.

Quod unus sit Christus.

385 Καὶ πῶς ἐκ δυοῖν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, εἷς ἂν 2134
νοοῖτο Χριστός; — Οὐ καθ' ἕτερον οἶμαι τρόπον ἢ καθ' ὃν ἂν
387 381 εἶεν τὰ ἀλλήλοις συνενηνεγμένα πρὸς ἕνωσιν ἀδιάτμητον καὶ
216 τὴν ὑπὲρ νοῦν, ὡς ἔφην. — Οἷον δὴ τί; — Ἆρ' οὐχ ἕνα φαμὲν τὸν καθ' ἡμᾶς νοούμενον ἄνθρωπον, καὶ μίαν αὐτοῦ φύσιν, καίτοι τὸ μονοειδὲς οὐκ ἔχοντος, συντεθειμένου δὲ μᾶλλον ἐκ δυοῖν, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος; — Φαμέν.

Contra Iulianum imperatorem, 433/41.

196 L. 2. «Ἐν ἀρχῇ γάρ», φησὶν [Μωσῆς], «ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν 2135
οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν» [Gn 1, 1]. Οὐ γάρ τοι συνάναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ, καὶ ἀγένητον, κατά τινας, ἐφίησι καὶ αὐτὸς νοεῖσθαι τὴν ὕλην . . ., χρόνῳ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν ἀρχῇ καλούσῃ
189 πρὸς γένεσιν, περιορίζει τὴν κτίσιν, ὡς ἐξ οὐκ ὄντων ἐνηνεγμένην κατὰ βούλησιν Θεοῦ, πρός γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ ἐστί.
190 2. Μάλιστα καὶ αὐτῆς τῆς θείας καταστρατεύσεται δόξης, 2136
τὸ καὶ ἑτέρους οἴεσθαι δημιουργεῖν δύνασθαι, καὶ καλεῖν εἰς

---

beatam virginem veniens, proprium sibi templum ex virginis substantia sumpsit, prodiitque ex ea homo quidem quatenus cerne-
432 batur, intrinsecus autem verus existens Deus; ideoque etiam post partum virginem conservavit genetricem suam, quod de alio nemine sanctorum factum est.

385 At quomodo ex duobus, divinitate nimirum et humanitate, unus 2134
censeatur Christus? — Non alio modo censuerim, quam quo duae
387 381 res inter se coeunt unione inseparabili atque intellectum superante,
216 ut dixi. — Exempli gratia? — Nonne unum dicimus hominem nostri similem, atque unam ipsius naturam, tametsi uniformis et simplex non sit, sed potius ex duobus compositus, anima, inquam, et corpore? — Dicimus.

196 2. *In principio,* ait [Moyses], *creavit Deus caelum et terram.* 2135
Non igitur, sicut quidam, sinit intellegi materiam simul cum Deo absque principio, et aeternam et increatam esse . . .; sed per tempus et in principio quod ad ortum vocet, definit creaturam,
189 tamquam ex nihilo adductam secundum Dei voluntatem ad esse id quod est.
190 2. Divinae gloriae maxime repugnat quod alii existimentur 2136
posse creare et vocare ad exsistentiam ea quae non erant. Non

---

2134. P 7, 364; MG 75, 1292. 2135. MG 76, 584.
2136. MG 76, 596.

ὕπαρξιν τὰ οὐκ ὄντα ποτέ. Οὐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν τὰ τῆς θείας καὶ ἀπορρήτου φύσεως ἴδια καὶ ἐξαίρετα φυσικῶς ἐνεῖναι δύνασθαί τισι τῶν παρ' αὐτοῖς γεγονότων. Ἁρμόσει δὲ μᾶλλον αὐτῇ τε καὶ μόνῃ, καὶ πρὸς εὐκλείας ἔσται τῆς ἀνωτάτω τὸ χρῆμα αὐτῇ.

2137 3. Μάλιστα μὲν ἐγκαταβεβλῆσθαί φαμεν τῇ ἀνθρώπου φύσει 91
τὴν θεογνωσίαν, καὶ παντὸς τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου πρὸς
σωτηρίαν αὐτοφυᾶ τὴν εἴδησιν ἐνεῖναί οἱ τὸν δημιουργόν. Ἦν 87
δὲ ἀπεικὸς οὐδέν, τοιαύτης λαχόντα κατασκευῆς, καὶ ὡς ἀπό γε τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, εὐταξίας τε καὶ κάλλους, καὶ τῆς ἐν τούτοις διαμονῆς, κατευθὺ τῆς ἀληθείας ἰόντα, βλέπειν ὅση τίς ἐστι τοῦ τεκτηναμένου καὶ παρενεγκόντος εἰς ὕπαρξιν, ἡ παντὸς ἐπέκεινα νοῦ σοφία καὶ δύναμις.

2138 8. Ἐξ ἁγίας παρθένου τὸ πάναγνον σῶμα λαβών, ψυχωθὲν 377
ψυχῇ νοερᾷ, προῆλθεν ἄνθρωπος [ὁ Λόγος], οὐκ ἀπολέσας τὸ 378 382
εἶναι Θεός, οὔτε μὴν τὸ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ἀποβαλὼν ἀξίωμα·
καὶ γάρ ἐστιν, ὡς ἔφην, τροπὴν οὐκ εἰδώς. . . . Παράδοξος 381
δὲ καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος. Καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ σεπτὸν ἀληθῶς μυστήριον.

Adversus anthropomorphitas.

2139 *Epistula ad Calosyrium.* Ἀκούω δὲ ὅτι εἰς ἁγιασμὸν ἀπρα- 498
κτεῖν φασιν τὴν μυστικὴν εὐλογίαν, εἰ ἀπομένοι λείψανον αὐτῆς εἰς ἑτέραν ἡμέραν. Μαίνονται δὲ ταῦτα λέγοντες· οὐ γὰρ

---

enim fas est dicere quod ea, quae divinae et ineffabilis naturae propria ac singularia sunt, aliquibus rerum ex ipsis creatarum naturaliter inesse possint. Sed hoc ei soli convenit et ad summam eius gloriam pertinet.

2137 3. Maxime dicimus Dei cognitionem humanae naturae inditam 91
esse, et omnium ad salutem utilium et necessariorum nativam
scientiam ei insevisse creatorem. Decebat eum, cui tanta praeparata 87
fuerant et, tamquam ex mundi ortu et ordine et pulchritudine et eorum perseverantia, ad veritatem recta ibat, cernere quanta sit opificis ad exsistentiam adducentis sapientia et virtus, quae omnem intellectum superat.

2138 8. Sanctissimo corpore assumpto ex sancta virgine et anima 377
intellegente animato, homo prodiit [Verbum], Dei natura non de- 378
perdita, neque propriae excellentiae abiecta dignitate: est enim, 382
ut dixi, mutationem nesciens. . . . Admirabilis et supra mentem 381
et orationem est incarnationis modus. Magnum hoc et augustum mysterium.

2139 *Ep. ad Calosyrium.* Alios etiam esse audio, qui mysticam 498
benedictionem nihil ad sanctificationem iuvare dicant, si quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Insaniunt vero qui haec asserunt,

---

2137. MG 76, 653. 2138. MG 76, 929.
2139. MG 76, 1073.

ἀλλοιοῦται Χριστός, οὐδὲ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα μεταβληθήσεται, ἀλλ' ἡ τῆς εὐλογίας δύναμις καὶ ἡ ζωοποιὸς χάρις διηνεκής ἐστιν ἐν αὐτῷ.

601 16[1]. Τὴν κρίσιν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡ 2140
θεία λέγει γραφή. Ἀνάστασις δὲ οὐκ ἔσται, μὴ αὖθις ἡμῖν ἐπιφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Οὕτω καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλός φησι, ὅτι «αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ» [1 Thess 4, 16]. «Σαλπίσει γάρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι» [1 Cor 15, 52]. Οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότος τοῦ
586 πάντων κριτοῦ, οὐδὲ ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις γέγονεν. Εἶτα πῶς οὐκ ἀπίθανον ἐννοεῖν ὅτι γέγονεν ἤδη τισὶν ἀνταπόδοσις ἢ πονηρῶν ἔργων ἢ ἀγαθῶν; Ἔστι τοίνυν παραβολῆς τρόπος ἀστείως ἐσχηματισμένος, τά τε ἐπὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ Λαζάρῳ εἰρημένα παρὰ Χριστοῦ [Lc 16, 19 sqq]. . . . Οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσαντος τοῦ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ, οὔτε ἀνάστασις γέγονεν, οὔτε πράξεως ἀντίδοσις ἠκολούθησέ τισιν, ἀλλ' ὡς ἐν εἰκόνι, τῇ παραβολῇ γέγραπται πλούσιος καὶ τρυφῶν, καὶ ἀφιλοικτείρμων, καὶ πένης ἐν ἀρρωστίᾳ, ἵνα εἰδεῖεν οἱ τὸν ἐπὶ γῆς πλοῦτον ἔχοντες, ὡς, εἰ μὴ βουληθεῖεν εἶναι χρηστοὶ καὶ εὐμετάδωτοι καὶ κοινωνικοί, καὶ ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις ἐπικουρεῖν ἕλοιντο, δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ δίκῃ περιπεσοῦνται.

---

neque enim alteratur Christus neque sanctum eius corpus immutatur, sed benedictionis vis ac facultas et vivificans gratia perpetua in ipso exsistit.

601 16[1]. Iudicium futurum esse post mortuorum resurrectionem 2140
divina dicit scriptura. Resurrectio autem non erit nisi quando Christus rursum ad nos veniet ex caelo in gloria Patris cum sanctis angelis. Sic ait sapientissimus Paulus: *Ipse Dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo. Canet enim tuba, et mortui* in Christo *resurgent incorrupti.* Cum nondum omnium iudex e caelo descenderit, nec mortuorum resurrectio
586 facta est. Quomodo ergo non absurdum arbitrabuntur iam factam esse quibusdam retributionem malorum operum vel bonorum? Est itaque parabolae ratio eleganter expressa, quam de divite et Lazaro dixit Christus. . . . Cum omnium salvator Christus nondum e caelo descenderit, nec resurrectio facta est, nec actionis retributio secuta est quibusdam, sed tamquam in imagine per parabolam descriptus est dives, deliciis affluens, immisericors, et pauper infirmus, ut scirent ii, qui divitias in terra habent, quod, si a benignitate et liberalitate abhorreant et pauperum necessitatibus subvenire noluerint, in grave et inevitabile supplicium incident.

---

[1] De interpretatione huius textus disputati cf. DTC 3, 2522.
2140. MG 76, 1104.

2141 23. Ἀσύνετοι δὲ παντελῶς οἱ καὶ αὐτόν, οὐκ οἶδ' ὅπως, 399
τὸν Χριστὸν ὑποτυπήσαντες πλημμελῆσαι δύνασθαι, διὰ τὸ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς γενέσθαι. . . . Εἰ δὲ διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν πεφόρηκεν, ἵνα, ὡς ἐν Ἀδὰμ ἀσθενήσασαν, ἐν αὐτῷ δείξει δυνατωτάτην καὶ ἁμαρτίας κρείττονα, τί μάτην περιεργάζονται ὃ δύνανται οὐχ εὑρεῖν; . . . Ὥσπερ 415
τοίνυν ἐν Ἀδὰμ κατεκρίθημεν διὰ τὴν παρακοὴν καὶ τῆς ἐντολῆς τὴν παράβασιν, οὕτως ἐν Χριστῷ δεδικαιώμεθα διὰ τὸ ἀπλημμελὲς ὁλοτρόπως καὶ τὴν εἰς ἅπαν καὶ ἀμώμητον ὑπακοήν· καὶ τὸ καύχημα τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἐν τούτῳ γέγονε.

S. PROCLUS CONSTANTINOPOLITANUS, † 446.

Orationes.

2141a Or. 6 *(de laudibus S. Mariae)*, c. 8. Μάθωμεν ποίαν ἔχει 435
ἔννοιαν τοῦ Ἰωσὴφ ἡ ἄγνοια. . . . Οὐκ ἐμνήσκετο ὅτι ναὸς ἠδύνατο γενέσθαι Θεοῦ ἡ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ [al. καθαροῦ] πεπλασμένη πηλοῦ. Οὐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ταῖς ἀχράντοις τοῦ Δεσπότου χερσί, ἐκ τοῦ παρθενικοῦ πάλιν πλάττεται παραδείσου ὁ δεύτερος Ἀδάμ. Οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ ἄρχων τῆς ξηρᾶς δημιουργεῖται ἄνευ σπορᾶς.

THEODORETUS, ca 386—ca 458.

Epistulae.

2142 Ep. 89 [Florentio]. Τὴν δέ γε δογματικὴν τῶν ἀποστόλων 80
διδασκαλίαν μέχρι τοῦ παρόντος ἀλώβητον ἐφυλάξαμεν. . . .

2141 23. Stolidi prorsus sunt qui ipsum etiam Christum, nescio quo 399
pacto, peccare potuisse affirmant, quia in forma nobis simili per incarnationem sit factus. . . . Si vero idcirco humanam naturam gestavit, ut, quae in Adam imbecilla erat, in se validissimam et peccato superiorem declararet, cur frustra id anxie requirunt quod invenire non possunt? . . . Quemadmodum in Adam condemnati 415
sumus ob inoboedientiam mandatique transgressionem, ita in Christo iustificati sumus propter omnimodam ipsius a peccato immunitatem et perfectam inculpatamque oboedientiam; et naturae humanae dignitas in illo est restituta.

2141a 6, 8. Discamus quem Iosephi ignoratio sensum habeat. . . . 435
Non meminerat potuisse eam effici Dei templum, quae ex mundo erat formata luto. Nesciebat ex virginali rursus paradiso intemeratis Domini manibus plasmari secundum Adam. Non cognoscebat terrae principem sine semine procreari.

2142 89. Dogmaticam apostolorum doctrinam ad hanc usque diem 80
retinemus intactam. . . . Haec tradidere nobis non apostoli modo 84

2141. MG 76, 1120   2141a. MG 65, 733.   2142. MG 83, 1284.

84 Ταῦτα δὲ ἡμῖν παρέδοσαν οὐ μόνον οἱ ἀπόστολοι καὶ προφῆται, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ τούτων ἑρμηνευκότες συγγράμματα, Ἰγνάτιος, Εὐστάθιος, Ἀθανάσιος, Βασίλειος, Γρηγόριος, Ἰωάννης, καὶ οἱ ἄλλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, καὶ πρὸ τούτων οἱ ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότες ἅγιοι πατέρες, ὧν τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ὡς πατρῷον κλῆρον φυλάττομεν ἄσυλον.

Graecarum affectionum curatio, 429/37.

260 Sermo 1. Εἰ δὲ τοῦ τῆς πίστεως κατηγορεῖτε προσρήματος 2143
(ἤκουσα γὰρ ὑμῶν καὶ τοῦτο λεγόντων, ὡς ἡμεῖς γε ἀπόδειξιν μὲν οὐδεμίαν τῶν ἡμετέρων δογμάτων προσφέρομεν, πιστεύειν δὲ μόνον τοῖς μαθητευομένοις παρεγγυῶμεν), μάλιστα μὲν ἄντικρυς τὴν ἡμετέραν συκοφαντεῖτε διδασκαλίαν· αὐτῶν γάρ τοι τῶν πραγμάτων τὴν μαρτυρίαν ἡμεῖς τοῖς ἡμετέροις ξυναρμόττομεν λόγοις· πάλιν δ' αὖ ὑμεῖς τοῖς ὑμετέροις βέβλησθε,
254 κατὰ τὴν παροιμίαν, πτίλοις. . . . Τίς οὕτως ἄρα ἠλίθιος, μᾶλλον δὲ ἄγαν ἐμβρόντητος, ὡς τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διδάσκοντος ἐνδοιάσαι καὶ μὴ πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις καὶ μηδὲ τοσοῦτον ἀπονεῖμαι σέβας τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ὅσον τῷ Πυθαγόρᾳ προσένεμον οἱ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας μετεσχηκότες;

256 1. Μηδεὶς τοίνυν, ὦ φίλοι, κατηγορείτω τῆς πίστεως. Καὶ 2144
γὰρ δὴ τὴν πίστιν Ἀριστοτέλης κριτήριον ἐπιστήμης ἐκάλεσεν·
259 ὁ δέ γε Ἐπίκουρος πρόληψιν διανοίας αὐτὴν ἐκάλεσε· τὴν δὲ πρόληψιν, προσλαβοῦσαν τὴν γνῶσιν, κατάληψιν γίνεσθαι.
248 Κατὰ δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον πίστις ἐστὶν ἑκούσιος τῆς ψυχῆς
249

---

et prophetae, verum ii etiam, qui horum libros interpretati sunt, Ignatius, Eustathius, Athanasius, Basilius, Gregorius, Ioannes, et reliqua orbis lumina, et ante hos sancti patres apud Nicaeam congregati, quorum fidei confessionem, velut paternam hereditatem, illibatam conservamus.

260 1. Quodsi fidei titulum accusatis (audivi enim vos hoc etiam 2143
dicentes, quod dogmatum nostrorum nullam demonstrationem proferamus, sed solam fidem insinuemus illis quos docemus), apertissime doctrinam nostram calumniamini. Nos enim rerum ipsarum testimonio sermones nostros comprobamus. Vos autem rursus hic quoque vestris, ut dici solet, pennis vosmetipsos confoditis. . . .
254 Quis erit adeo stolidus vel potius attonitus, ut Deo universorum docente dubitet, nec fidem dictis habeat, neque tantum reverentiae universorum Deo tribuat, quantum Pythagorae tribuebant qui eius disciplinae sese addixerant?

256 1. Nemo itaque vestrum, amici, fidem accuset. Quandoquidem 2144
259 Aristoteles fidem scientiae criterium appellavit; Epicurus vero anticipationem mentis eam esse asserit, anticipationem vero, acceptam cognitione, fieri comprehensionem. Ceterum, prout ipsi
248 definimus, fides est voluntaria animi assensio, vel latentis rei
249

2143. Rd (= Raeder) 19; MG 83, 805.   2144. Rd 26; MG 83, 814

ξυγκατάθεσις, ἢ ἀφανοῦς πράγματος θεωρία, ἢ περὶ τὸ ὂν στάσις καὶ κατάληψις τῶν ἀοράτων τῇ φύσει ξύμμετρος, ἢ διάθεσις 250 ἀναμφίβολος ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν κεκτημένων ἐνιδρυμένη. Δεῖται 255 μέντοι ἡ πίστις τῆς γνώσεως, καθάπερ αὖ ἡ γνῶσις τῆς πίστεως. Οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις δίχα ἂν πίστεως γένοιτο. Ἡγεῖται μέντοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ 258 πίστει ἡ γνῶσις, ἔχεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμή, ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις.

2145 4. Ἀπροσδεὴς γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεός· αἱ δὲ ἀνθρώπιναι 189 τέχναι ἀλλήλων προσδέονται. . . . Ὁ δὲ τοῦ παντὸς ποιητὴς οὔτε ὀργάνων οὔτε ὕλης δεδέηται· ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις καὶ ὕλη καὶ ὄργανα, καὶ μέντοι καὶ χρόνος καὶ πόνος, καὶ ἐπιστήμη καὶ ἐπιμέλεια, τοῦτο τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἡ βούλησις.

2146 4. Ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ [τῷ Θεῷ] καὶ ἐκ μὴ ὄντων καὶ ἐξ 222 ὄντων δημιουργεῖν· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ πάλαι πεποίηκε καὶ καθ' ἑκάστην, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν ποιεῖ. Καὶ γὰρ ἐξ ὑποκειμένων σωμάτων διαπλάττει τῶν ζῴων τὰ σώματα καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ τὰς ψυχάς, οὐχ ἅπασι τοῖς ζῴοις, ἀλλὰ μόνοις ἀνθρώποις.

2147 5. Ῥᾷστον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ [τῷ Θεῷ] προστάξαι καὶ αὐτίκα 227 πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν τῶν οἰκητόρων ἐμπλῆσαι· ἀλλ' ἵνα μὴ διαφόρους ὑπολάβωσιν εἶναι τῶν ἀνθρώπων τὰς φύσεις, ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐκείνου ζεύγους τὰ μυρία φῦλα τῶν ἀνθρώπων

---

contemplatio, vel in id quod vere est defixa cogitatio, et comprehensio invisibilium congruens naturae, vel dispositio dubii expers cre- 250 dentium animis insita. Indiget autem fides cognitione, sicut et 255 cognitio fide indiget; neque enim esse potest fides sine cognitione, neque cognitio sine fide. Cognitionem quidem fides praecedit, 258 subsequitur autem fidem cognitio; cognitionem subit appetitus, appetitum actio subsequitur.

2145 4. Nullius enim rei est indigus universorum Deus; humanae 189 vero artes aliae aliarum ope indigent . . . At rerum omnium opifex nec instrumentis nec materia indiget; sed quod aliis artificibus sunt materia et instrumenta tempusque et labor, arsque ipsa et diligentia, hoc universorum Deo est voluntas.

2146 4. Facile est illi [Deo], ut ex iis quae non sunt, et ex iis quae 222 sunt, aliquid producat; hoc enim et olim fecit, et singulis propemodum diebus facit. Nam et ex praestitutis corporibus animalium corpora effingit, et ex iis quae non sunt animas creat, non cunctorum quidem animalium, sed hominum dumtaxat.

2147 5. Illi [Deo] facillimum fuerat imperare universamque terram et 227 mare habitantibus replere. Sed ne diversas esse hominum naturas existimaret quisquam, ex una illa duorum copula innumeras pro-

---

2145. Rd 114; MG 83, 916. 2146. Rd 120; MG 83, 921.
2147. Rd 139; MG 83, 944.

226 γενέσθαι ἐκέλευσεν. Ταύτῃ τοι καὶ τὴν γυναῖκα οὐχ ἑτέρωθέν ποθεν διέπλασεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τὰς τῆς γενέσεως λαβὼν ἀφορμάς, ἵνα μηδὲ αὐτὴ φύσιν ἔχειν ἑτέραν ὑπολαμβάνουσα τὴν ἐναντίαν τοῖς ἀνδράσιν ὁδεύῃ.

285 8. Αἱ μὲν γενναῖαι τῶν νικηφόρων ψυχαὶ περιπολοῦσι τὸν 2148 οὐρανόν, τοῖς ἀσωμάτων χοροῖς ξυγχορεύουσαι· τὰ δὲ σώματα οὐχ εἷς ἑνὸς ἑκάστου κατακρύπτει τάφος, ἀλλὰ πόλεις καὶ κῶμαι ταῦτα διανειμάμεναι σωτῆρας καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων καὶ ἰατροὺς ὀνομάζουσι καὶ ὡς πολιούχους τιμῶσι καὶ φύλακας· καὶ χρώμενοι πρεσβευταῖς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, διὰ τούτων τὰς θείας κομίζονται δωρεάς· καὶ μερισθέντος τοῦ σώματος, ἀμέριστος ἡ χάρις μεμένηκεν. Καὶ τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο καὶ βραχύτατον λείψανον τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ μηδαμῇ μηδαμῶς διανεμηθέντι μάρτυρι.

De incarnatione Domini, 431/5.

378 18. Ἀλλ' ὁ τὸν ὕθλον προτιμήσας τῆς ἀληθείας Ἀπολινάριος, 2149 καὶ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων τὴν οἰκείαν προτάξας ἀδολεσχίαν, τὴν μὲν σάρκα τὸν Θεὸν Λόγον ἀνειληφέναι φησί, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ παραπετάσματι χρήσασθαι· τοῦ δὲ νοῦ μὴ δεη- 407 θῆναι, αὐτὸν δὲ ἀντὶ νοῦ γενέσθαι τῷ σώματι. Ἀλλ', ὦ βέλτιστε, εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτόν, οὐδὲ τοῦ σώματος ὁ Θεὸς Λόγος ἔχρῃζεν, ἀπροσδεὴς γάρ· ἠδύνατο δὲ καὶ μόνῳ προσ-

---

226 pagari gentes praecepit. Ob hanc quoque causam mulierem non aliunde formavit, sed ex viro illius effingendae materiam desumpsit; ne et ipsa, putans se aliam a viro habere naturam, contumacem viro se praeberet.

285 8. Generosae quidem animae triumphatorum caelum nunc ob- 2148 ambulant et angelorum choris intersunt, eorum vero corpora non singula cuiusque condunt monumenta, sed urbes et vici haec inter se partiti, illos servatores animarum corporumque et medicos appellant venerantur que tamquam urbium praesides atque custodes; et horum apud Dominum universorum interventu divina per eos munera consequuntur. Sectis eorum corporibus integra et indivisa gratia perseverat; et tenues illae ac tantillae reliquiae integro nullasque in partes dissecto martyri parem habent virtutem.

378 18. Sed qui nugas magis quam veritatem aestimat Apollinarius 2149 piisque dogmatibus suam anteponit garrulitatem, carnem quidem a Deo Verbo assumptam ait, atque hac ceu velo quodam esse usum; mente autem non indiguisse, sed ipsum vice mentis corpori 407 exstitisse. Sed, optime, dicet ei aliquis, ne corpore quidem Deus Verbum egebat, nihil enim prorsus requirit; poterat autem solo

---

2148. Rd 199; MG 83, 1012.
2149. MG 75, 1448. Hoc opusculum inter opera S. Cyrilli Alex. editur, sed Theodoretum auctorem habet.

τάγματι τὴν ἡμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν· ἀλλ' ἠθέ- 413
λησεν ἔχειν τινὰ καὶ ἡμᾶς εἰς τὸ κατορθούμενον κοινωνίαν,
οὗ χάριν λαβὼν φύσιν τὴν ἡμαρτηκυῖαν, πόνοις αὐτὴν οἰκείοις
δικαιώσας, τῶν τε πικρῶν τυράννων ἀπήλλαξεν, ἁμαρτίας καὶ
διαβόλου καὶ θανάτου, καὶ τῶν ἐπουρανίων θρόνων ἠξίωσε, καὶ
διὰ τοῦ ληφθέντος παντὶ τῷ γένει τῆς ἐλευθερίας μετέδωκεν. 422

Eranistes, dialogi, ca 447.

2150 Dial. 1. Ὀρθόδ. Ἡμεῖς δέ, καὶ λογισμοῖς εὐσεβέσι χρη- 105
σάμενοι, καὶ ταῖς ἀποφάσεσι ταῖς θείαις πιστεύοντες, αἳ βοῶσι
διαρρήδην· «Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε» [Io 1, 18], φαμὲν
αὐτοὺς [ὁρῶντας] οὐ τὴν θείαν φύσιν ἑωρακέναι, ἀλλ' ὄψεις
τινὰς τῇ σφῶν δυνάμει συμμέτρους. — Ἐραν. Οὕτως φαμέν. —
Ὀρθ. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τῶν ἀγγέλων νοήσωμεν, ἀκούοντες 107
ὅτι «καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν»
[Mt 18, 10]. Οὐ γὰρ τὴν θείαν οὐσίαν ὁρῶσι, τὴν ἀπερίγραπτον,
τὴν ἀκατάληπτον, τὴν ἀπερινόητον, τὴν περιληπτικὴν τῶν ὅλων,
ἀλλὰ δόξαν τινὰ τῇ αὐτῶν φύσει συμμετρουμένην.

2151 2. Ἐραν. Εἰς καιρὸν τὸν περὶ τῶν θείων μυστηρίων 485
ἐκίνησας λόγον· ἐντεῦθέν σοι γὰρ δείξω τοῦ δεσποτικοῦ σώ-
ματος τὴν εἰς ἑτέραν φύσιν μεταβολήν. Ἀπόκριναι τοίνυν πρὸς
τὰς ἐμὰς ἐρωτήσεις. — Ὀρθ. Ἀποκρινοῦμαι. — Ἐραν. Τί 496
καλεῖς τὸ προσφερόμενον δῶρον πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπι-
κλήσεως; — Ὀρθ. Οὐ χρὴ σαφῶς εἰπεῖν· εἰκὸς γάρ τινας 457

---

mandato nostram operari salutem. Sed tamen voluit nos quoque 413
communionem aliquam recte factorum habere; quod ut efficeret,
peccatricem assumptam naturam, eamque suis laboribus iustificatam,
acerbis expedivit tyrannis, peccato et diabolo ac morte, et caelestibus
sedibus donavit; et per eam quam ipse sumpsit humanitatem uni- 422
verso generi libertatem communicavit.

2150 1. *Orth.* Nos vero, et piis cogitationibus utentes et divinis 105
asseverationibus credentes, quae diserte affirmant, quod *Deum nemo
vidit umquam,* dicimus ipsos [videntes] non divinam naturam vidisse,
sed visiones quasdam ipsorum captui accommodatas. — *Eran.* Ita
dicimus. — *Orth.* Sic ergo de angelis intellegamus, audientes quod 107
semper vident faciem Patris vestri. Non enim vident divinam
substantiam, quae nec circumscribi nec comprehendi nec mente
percipi potest, et quae universa comprehendit, sed splendorem
quemdam ipsorum naturae accommodatum.

2151 2. *Eran.* Opportune de divinis mysteriis intulisti sermonem; 485
nam inde tibi ostendam corpus Domini in aliam mutari naturam.
Responde igitur ad meas interrogationes. — *Orth.* Respondebo. —
Eran. Quomodo appellas donum quod offertur ante sacerdotis 496
invocationem? — *Orth.* Aperte dicendum non est; verisimile est 457

2150. MG 83, 49. 2151. MG 83, 168.

ἀμυήτους παρεῖναι. — Ἐραν. Αἰνιγματωδῶς ἡ ἀπόκρισις
ἔστω. — Ὀρθ. Τὴν ἐκ τοιῶνδε σπερμάτων τροφήν. — Ἐραν.
Τὸ δὲ ἕτερον σύμβολον πῶς ὀνομάζομεν; — Ὀρθ. Κοινὸν
489 καὶ τοῦτο ὄνομα, πόματος εἶδος σημαῖνον. — Ἐραν. Μετὰ
δέ γε τὸν ἁγιασμὸν πῶς ταῦτα προσαγορεύεις; — Ὀρθ.
485 Σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα Χριστοῦ. — Ἐραν. Καὶ πιστεύεις γε
σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν καὶ αἵματος; — Ὀρθ. Οὕτω
πιστεύω. — Ἐραν. Ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ
σώματός τε καὶ αἵματος ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπι-
κλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται καὶ ἕτερα
γίνεται, οὕτω τὸ δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν εἰς τὴν
οὐσίαν μετεβλήθη τὴν θείαν. — Ὀρθ. Ἑάλως αἷς ὕφηνας
ἄρκυσιν. Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα
τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως· μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας
οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ
ἁπτά, οἷα καὶ πρότερον ἦν· νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ
πιστεύεται καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται.

Haereticarum fabularum compendium, post 451.

14 L. 1, c. 20. Οὗτος [Τατιανός] καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλού- 2152
22 μενον συντέθεικεν εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας
καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννη-
μένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνοι οἱ
τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι

---

enim adesse aliquos mysteriis non initiatos. — *Eran.* Respondeatur
aenigmatice. — *Orth.* Cibum ex talibus seminibus. — *Eran.* Alte-
rum vero symbolum quomodo vocamus? — *Orth.* Commune quo-
489 que hoc nomen est, potus speciem significans. — *Eran.* Post
sanctificationem vero, quomodo haec appellas? — *Orth.* Corpus
485 Christi et sanguinem Christi. — *Eran.* Et credis te corpus Christi
et sanguinem recipere? — *Orth.* Ita credo. — *Eran.* Sicut ergo
symbola dominici corporis et sanguinis alia sunt ante sacerdotis
invocationem, post invocationem vero mutantur et alia fiunt: ita
dominicum corpus post ascensionem in divinam substantiam mu-
tatum est. — *Orth.* Retibus quae ipse texuisti captus es. Neque
enim symbola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura;
manent enim in priore substantia et figura et forma, et conspici
tangique possunt sicut prius; intelleguntur autem ea esse quae
facta sunt, et creduntur et adorantur, ut quae illa sint quae
creduntur.

14 1, 20. Hic [Tatianus] evangelium, quod Diatessaron dicitur, com- 2152
22 posuit, amputatis genealogiis et aliis omnibus quae Dominum ex
semine Davidis secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi
sunt non modo qui eius erant sectae, sed ii etiam, qui apostolica

---

2152. MG 83, 372.

δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεττάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον εὐαγγέλια.

2153 5, 19. Οὕτω τελοῦντες τὸ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος, τὴν 598
περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδα δεχόμεθα, ἀνάστασιν δὲ σωμάτων περιμένομεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ προσηγορία δηλοῖ. Ἀνάστασις γὰρ ἡ ἄνωθεν στάσις. Τὸ σῶμα δέ ἐστι τὸ φθειρόμενον καὶ διαλυόμενον, καὶ εἰς χοῦν μεταβαλλόμενον. . . . Τούτου τοίνυν ἡ ἄνωθεν σύστασις εἰκότως καλεῖται ἀνάστασις. Τῆς γὰρ δὴ ἀθανάτου ψυχῆς οὐκ ἀνάστασις, ἀλλ' ἐπάνοδος γίγνεται πρὸς τὸ σῶμα.

2154 5, 21. Ἐπηγγείλατο δὲ δώσειν ὁ μεγαλόδωρος, ἐπίκηρον 609
μὲν οὐδὲν οὐδὲ πρόσκαιρον, αἰώνιον δὲ ἀπόλαυσιν τῶν ἀγα- 605
θῶν· οὐ γάρ, κατὰ τὴν Κηρίνθου καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων, ἐπίγειος ἔσται τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἡ βασιλεία, οὐ χρόνῳ περιγεγραμμένη ῥητῷ. Ἐκεῖνοι γὰρ φανταζέσθωσαν τῶν χιλίων ἐτῶν τὴν περίοδον, καὶ τὴν φθειρομένην χλιδήν, καὶ τὰς ἄλλας ἡδυπαθείας, καὶ πρὸς τούτοις τὰς θυσίας καὶ τὰς Ἰουδαϊκὰς πανηγύρεις· ἡμεῖς γὰρ τὴν ἀγήρω προσμένομεν βιοτήν.

2155 5, 25. Εἰ δὲ πονηρὸς ἦν ὁ γάμος, οὐκ ἂν τοῦτον ἐξ ἀρχῆς 581
ἐνομοθέτησεν ὁ Δεσπότης Θεός, οὐκ ἂν εὐλογίαν τὴν παιδο- 570

---

dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tamquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros huiusmodi supra ducentos in honore habitos in ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, et pro his quattuor evangelistarum evangelia introduxi.

2153 5, 19. Ita baptismi sacramentum peragentes, spem resurrectionis 598
accipimus, et corporum resurrectionem exspectamus. Hoc enim ipsum quoque vocabulum declarat. Ἀνάστασις enim est status pristini restitutio. Corpus porro est quod corrumpitur et dissolvitur et in pulverem convertitur. . . . Huius igitur in pristinum restitutio iure vocatur ἀνάστασις. Immortalis enim animae non fit resurrectio, sed reditus ad corpus.

2154 5, 21. Promisit munificus donator se daturum esse non caducum 609
aut temporaneum quid, sed aeternam bonorum fruitionem. Non 605
enim, secundum Cerinthi et similium eius haeresim, terrenum erit Dei et servatoris nostri regnum, non certo tempore circumscriptum. Fingant illi sibi mille annorum curriculum, et interituras delicias et alias voluptates, ac praeterea sacrificia et iudaicas sollemnitates. Nos vitam senii expertem exspectamus.

2155 5, 25 Si autem malum esset matrimonium, minime illud a 581
principio constituisset Dominus Deus, nec liberorum susceptionem 570

2153. MG 83, 512. 2154. MG 83, 520.
2155. MG 83, 537.

576 γονίαν ἐκάλεσε. Διὰ γὰρ δὴ τοῦτο καὶ πλείους ἔχειν γυναῖκας τοὺς παλαιοὺς οὐκ ἐκώλυσεν, ἵνα αὐξηθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. . . . Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος οὐ μόνον οὐκ ἀπηγόρευσε γάμον, ἀλλὰ καὶ εἱστιάθη ἐν γάμῳ, καὶ τὸν ἀγεώργητον οἶνον
572 δῶρον τῷ γάμῳ προσήνεγκεν. Οὕτω δὲ τοῦ γάμου τὸν νόμον ἐκράτυνεν, ὅτι καὶ τὸν διαλῦσαι τὸν γάμον δίχα πορνείας βουλόμενον ἑτέρῳ νόμῳ κωλύει. «Πᾶς γάρ», φησίν, «ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι» [Mt 5, 32].

Quaestiones (commentarii) in scripturam sacram.

100 *In Gen.* c. 1 [Resp. ad interr. 3]. Ἀπερίγραφον μόνην 2156
ἐδιδάχθημεν εἶναι τὴν θείαν φύσιν, ἅτε δὴ ἄκτιστον οὖσαν καὶ ἄναρχον καὶ ἀΐδιον· τὰ δέ γε ἀρξάμενα τοῦ εἶναι περι-
200 γεγραμμένον ἔχει δηλονότι τὸ εἶναι. Οὐκοῦν καὶ ἀσώματον
201 λέγοντες εἶναι τῶν ἀγγέλων τὴν φύσιν, περιγεγράφθαι φαμὲν αὐτῶν τὴν ὑπόστασιν. . . . Ἀλλ' ὅτι μὲν περιγεγραμμένην ἔχουσιν
209 οἱ ἄγγελοι τὴν οὐσίαν, οὐδένα ἀντερεῖν οἶμαι· καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον ὑφ' ἑνὸς ἔφη τετάχθαι κηδεμονίαν ὁ Δεσπότης Χριστός.

457 *In Num.* c. 10, v. 6 7 [Resp. ad interr. 15]. «Σαλπίσατε 2157
ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι, ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν» [Ps 30, 3]. Διὰ δὲ τούτων καὶ ἡμεῖς διδασκόμεθα πᾶσαν ἀθροίζοντες τοῦ λαοῦ τὴν συναγωγὴν σάλπιγξι, καὶ οὐ σημασίαις. Ἀσήμως

---

576 benedictionem vocasset. Propterea enim veteres plures habere uxores non vetuit, ut genus humanum augeretur. . . . Ipse autem Dominus non solum non prohibuit matrimonium, sed et in nuptiis convivatus est, et vinum sine cultura productum nuptiis donum
572 dedit. Legem porro matrimonii adeo confirmavit, ut eum, qui excepta fornicationis causa matrimonium solvere velit, alia lege inhibeat: *Quicumque enim,* inquit, *uxorem suam dimittit, nisi ob fornicationem, facit eam moechari.*

100 *In Gen.* 1. Incircumscriptam solam esse divinam naturam di- 2156
dicimus, quippe quae increata sit, et principii expers et aeterna. Quae enim esse coeperunt, habent illa prorsus circumscriptam
200 substantiam. Quare licet expertem corporum fateamur angelorum
201 esse naturam, circumscriptam tamen illorum substantiam dicimus. . . . Quod autem angeli substantiam habeant circumscriptam, nemo,
209 ut arbitror, repugnabit, cum Christus Dominus dixerit singulos homines subesse singulorum angelorum procurationi.

457 *In Num.* 10, 6 7. *Canite in neomenia tuba, in illustri die* 2157
sollemnitatis vestrae. Per haec et nos docemur, cum universum populi coetum congregamus, tubis canere, et non classicum edere.

2156. MG 80, 80. 2157. MG 80, 368.

γὰρ διὰ τοὺς ἀμυήτους περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυστηρίων· τούτων δὲ χωριζομένων, σαφῶς τοὺς μεμυημένους διδάσκομεν.

2158 *In Ps. Praef.* Τοὺς δὲ ψαλμοὺς οὐχ ἅπαντας αὐτοῦ τινες 65
ἔφασαν εἶναι τοῦ Δαβίδ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων. . . . Ἐγὼ δὲ περὶ 68
τούτων μὲν οὐδὲν ἰσχυρίζομαι. Ποίαν γάρ μοι προστίθησιν ὠφέλειαν, εἴτε τούτου πάντες, εἴτ' ἐκείνων εἶέν τινες, δήλου γε ὄντος ὡς ἐκ τῆς τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργείας συνεγράφησαν ἅπαντες;

2159 *In Ps.* 31, 10. Ἅπαντες γὰρ ἄνθρωποι, εἰ καὶ τοῖς τῆς 317
ἀρετῆς καλλωπίζονται κατορθώμασι, τῆς θείας προσδέονται χάριτος· διὸ δὴ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος βοᾷ· «Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον» [Eph 2, 8].

2160 *In Cant.* 3, 4. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις ἀκατά- 108
ληπτος ὁ νυμφίος τὴν οὐσίαν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτό μοι ἀπόκρισιν ἐπὶ τοῦ ἐρωτήματος οὐ δεδώκασι, σιωπῇ με διδάξαντες τὸ μηδὲ τούτοις αὐτὸν εἶναι καταληπτόν, κτιστοῖς οὖσι τὸν ἄκτιστον, παρῆλθον καὶ ἀπ' αὐτῶν, τὸν ποθούμενόν μοι ἀναζητοῦσα.

2161 *In Dan.* 10, 13. Διδασκόμεθα τοίνυν ἐκ τούτων ὡς τῶν 209
ἀγγέλων μὲν ἕκαστος τὴν ἑκάστου ἡμῶν ἐπιμέλειαν ἐγκεχείρισται
εἰς τὸ φρουρεῖν καὶ φυλάττειν, καὶ τῶν τοῦ πονηροῦ δαίμονος 210
ἐπιβουλῶν ἀπαλλάττειν· οἱ δὲ ἀρχάγγελοι τὰς τῶν ἐθνῶν ἐπιστασίας ἐνεπιστεύθησαν, ὡς μακάριος ἐδίδαξε Μωσῆς [cf. Dt 32, 8]·

Obscure enim propter non initiatos disserimus de divinis mysteriis; his vero remotis, initiatos aperte docemus.

2158 *In Ps. Praef.* Psalmos autem non omnes ipsius Davidis quidam 65
esse dixerunt, sed quosdam aliorum. . . . Ego autem de his sane 68
nihil affirmo; quid enim mea refert sive huius omnes sive illorum aliqui sint, cum constet divini Spiritus afflatu universos esse conscriptos?

2159 *In Ps.* 31, 10. Omnes enim homines, licet virtutibus et recte 317
factis ornati sint, divina tamen indigent gratia. Propterea et divinus apostolus exclamat: *Gratia salvati estis per fidem, et hoc non ex vobis, nam Dei donum est.*

2160 *In Cant.* 3, 4. Ceterum quia etiam sanctis angelis sponsus 108
natura incomprehensibilis est, atque ideo quaerenti mihi responsionem non dederunt, silentio ipso declarantes eum ne ab his quidem, ut increatum a creatis, comprehendi posse; propterea ab illis discessi, quem desiderabam inquirens.

2161 *In Dan.* 10, 13. His itaque docemur singulis angelis unius- 209
cuiusque nostrum creditam esse curam, ut custodiant, tueantur et 210
a pravi daemonis nos liberent insidiis. Archangelis vero illud munus est impositum, ut gentium sint praefecti, sicuti beatus Moses

---

2158. MG 80, 861. **2159.** MG 80, 1092. **2160.** MG 81, 116. **2161.** MG 81, 1496.

συμφωνεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος Δανιήλ· λέγει γὰρ καὶ αὐτὸς «τῆς βασιλείας Περσῶν ἄρχοντα»· καὶ πάλιν μετὰ βραχέα «ἄρχοντα τῶν Ἑλλήνων», καὶ τὸν Μιχαὴλ δὲ ἄρχοντα τοῦ Ἰσραὴλ ἀποκαλεῖ [Dn 10, 13 20].

138 *In Rom.* 8, 30. «Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, 2162
κτλ.» Ὧν προέγνω τὴν πρόθεσιν, τούτους προώρισεν ἄνωθεν· προορίσας δὲ καὶ ἐκάλεσεν· εἶτα καλέσας διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐδικαίωσε· δικαιώσας δὲ ἐδόξασεν, υἱοὺς ὀνομάσας καὶ Πνεύματος Ἁγίου δωρησάμενος χάριν. Ἀλλὰ μηδεὶς τὴν προγνω-
120 σίαν αἰτίαν εἶναι τούτων λεγέτω. Οὐ γὰρ ἡ πρόγνωσις αὐτοὺς
τοιούτους εἰργάσατο, ἀλλὰ πόρρωθεν ὁ Θεὸς τὰ ἐσόμενα προεθεώρησεν ὡς Θεός. . . . Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς πόρρωθεν
121 οἶδεν ἅπαντα ὡς Θεός· οὐ μὴν ἀνάγκην ἐπάγει τῷ δεῖνι εἰς
139 κατόρθωσιν ἀρετῆς, τῷ δεῖνι δὲ εἰς ἐργασίαν κακίας. Εἰ γὰρ
αὐτὸς εἰς ἑκάτερον ἐβιάζετο, οὐ δικαίως τὸν μὲν ἀνακηρύττει καὶ στεφανοῖ, τοῦ δὲ καταψηφίζεται κόλασιν. Εἰ δὲ δίκαιος ὁ Θεός, ὥσπερ οὖν δίκαιος, προτρέπει μὲν ἐπὶ τὰ καλά, καὶ ἀπαγορεύει τἀναντία, ἐπαινεῖ δὲ τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐργάτας, καὶ τιμωρεῖται τοὺς ἑκόντας τὴν κακίαν ἀσπασαμένους.

314 *In Eph.* 2, 8. «Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς 2163
362 πίστεως.» Ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τούτων ἡμᾶς ἠξίωσε τῶν ἀγαθῶν.
Ἡμεῖς δὲ μόνην τὴν πίστιν προσενηνόχαμεν. Ἀλλὰ καὶ ταύτης ἡ θεία χάρις γεγένηται συνεργός. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· «Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον· 9. οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα

---

docuit, cuius dictis beatus item Daniel consentit, cum dicit ipse *regni Persarum principem*; et rursus paulo post, *principem Graecorum,* Michaelem quoque principem Israelis vocat.

138 *In Rom.* 8, 30. *Quos autem praedestinavit, hos et vocavit,* etc. 2162
Quorum propositum praescivit, hos ab initio praedestinavit; praedestinatos autem etiam vocavit, deinde vocatos per baptismum iustificavit; iustificatos vero glorificavit, filios nominans et Sancti Spiritus iis dans gratiam. Ceterum nemo praescientiam horum
120 causam esse dicat. Non enim praescientia eos tales effecit, sed
Deus ea, quae futura erant, procul prospexit ut Deus. . . . Deus
121 universorum omnia procul videt ut Deus; non tamen huic affert
139 necessitatem ut virtutem exerceat, illi autem ut male agat. Etenim
si ad utrumvis eorum ipse vim affert, non iure vel hunc laudat et coronat, vel in illum supplicium decernit. Si autem iustus est Deus, ut iustus certe est, adhortatur quidem ad ea, quae honesta sunt, et prohibet contraria, laudat autem eos, qui bona faciunt, et punit eos, qui sua sponte vitium amplectuntur.

314 *In Eph.* 2, 8. *Gratia enim estis salvati per fidem.* Dei gratia 2163
362 nos his bonis dignata est; nos enim solam fidem attulimus. Quin
huius etiam divina gratia fuit adiutrix; hoc enim adiunxit: *Et hoc non ex vobis. Dei donum est; 9. non ex operibus, ut ne quis*

2162. MG 82, 141. **2163.** MG 82, 521.

μή τις καυχήσηται». Οὐ γὰρ αὐτόματοι πεπιστεύκαμεν, ἀλλὰ κληθέντες προσεληλύθαμεν, καὶ προσελθόντας οὐκ ἀπῄτησε καθαρότητα βίου, ἀλλὰ μόνην τὴν πίστιν δεξάμενος, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐδωρήσατο.

2164 *In Phil.* 1, 1. Τοῖς γὰρ ἐπισκόποις [ὁ Παῦλος, cf. Tit 1, 7] 61
τοὺς διακόνους συνέζευξε, τῶν πρεσβυτέρων οὐ ποιησάμενος 556
μνήμην· ἄλλως τε οὐδὲ οἷόν τε ἦν πολλοὺς ἐπισκόπους μίαν πόλιν ποιμαίνειν, ὥς εἶναι δῆλον ὅτι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ἐπισκόπους ὠνόμασε· τὸν δέ γε μακάριον Ἐπαφρόδιτον ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ ἀπόστολον αὐτῶν κέκληκεν. «Ὑμῶν γάρ», φησίν, «ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου» [Phil 2, 25]. Σαφῶς τοίνυν ἐδίδαξεν ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν.

2165 *In 1 Tim.* 3, 1. Τοὺς αὐτοὺς ἐκάλουν ποτὲ πρεσβυτέρους 61
καὶ ἐπισκόπους· τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους ἀπο- 556
στόλους ὠνόμαζον. Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, τὸ μὲν τῆς ἀποστολῆς ὄνομα τοῖς ἀληθῶς ἀποστόλοις κατέλιπον· τὴν δὲ τῆς ἐπισκοπῆς προσηγορίαν τοῖς πάλαι καλουμένοις ἀποστόλοις ἐπέθεσαν. Οὕτω Φιλιππησίων ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος ἦν· «Ὑμῶν γάρ», φησίν, «ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου» [Phil 2, 25]. Οὕτω Κρητῶν ὁ Τίτος, καὶ Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος ἀπόστολοι. Οὕτω ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι.

*2165** *Socratis Historia ecclesiastica, 5, 19. De sacerdote paenitentiario constantinopolitano, v. K 860 sqq.*

Sozomeni Historia ecclesiastica, 7, 16. De paenitentia publica in ecclesia romana, v. K 926.

---

glorietur. Non enim ultronei credidimus, sed vocati accessimus; et cum accessissemus, vitae puritatem non exegit, sed, sola fide suscepta, peccatorum remissionem condonavit.

2164 *In Phil.* 1, 1. Episcopis [Paulus] coniunxit diaconos, nulla presby- 61
terorum facta mentione, praesertim cum fieri non posset ut multi 556
episcopi essent unius civitatis pastores, ut liquido pateat presbyteros eos fuisse, quos nominavit episcopos. Beatum porro Epaphroditum in epistula ipsa eorum appellavit apostolum: *Vestrum enim,* inquit, *apostolum, et necessitatis meae adiutorem.* Aperte ergo docuit episcopale munus ipsi fuisse creditum, cum appellationem haberet apostoli.

2165 *In 1 Tim.* 3, 1. Eosdem olim vocabant presbyteros et epi- 61
scopos; eos autem, qui nunc vocantur episcopi, apostolos nomina- 556
bant. Procedente autem tempore, apostolatus nomen reliquerunt iis, qui vere erant apostoli, episcopatus autem appellationem imposuerunt iis, qui olim appellabantur apostoli. Ita Philippensium apostolus erat Epaphroditus: *Vestrum enim,* inquit, *apostolum, et adiutorem necessitatis meae.* Ita Cretensium Titus, et Asianorum Timotheus apostoli; ita ab Hierosolymis iis, qui erant Antiochiae, scripserunt apostoli et presbyteri.

2164. MG 82, 560. 2165. MG 82, 804.

MACARIUS MAGNES, saec. V.

Apocritica, ca 410.

485 3, 23 Εἰκότως λαβὼν [ὁ Χριστός] ἄρτον καὶ ποτήριον εἶπε· 2166
«Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου» [cf. Mt 26, 26 28]. Οὐ γὰρ τύπος σώματος οὐδὲ τύπος αἵματος, ὥς τινες ἐρραψῴδησαν πεπωρωμένοι τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἐπειδὴ τὸ σῶμα ἀπὸ γῆς, ἀπὸ γῆς δ' ὁ ἄρτος ὁμοίως καὶ ὁ οἶνος.

[?] SYNOPSIS SCRIPTURAE SACRAE, exeunte saec. V.

74 [Παλαιὰ διαθήκη [1]· Γέν., Ἔξ., Λευ., Ἀρ., Δευτ., Ἰησοῦς ὁ 2167
τοῦ Ναυῆ, Κριτ., Ῥούθ, Βασιλ. α' καὶ β', Βασιλ. γ' καὶ δ', Παραλ., Ἔσδρ., Ψαλτήριον Δαβιτικόν, ἔχον ψαλμοὺς ρνα', Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλ. τοῦ αὐτοῦ, Ἆισμα ᾀσμ. τοῦ αὐτοῦ, Ἰώβ, Προφῆται δώδεκα εἰς ἓν βιβλίον, Ἡσ., Ἱερ., Ἐζ., Δαν. Ὁμοῦ· βιβλία εἴκοσι δύο. — Οὐ κανονιζόμενα μέν, ἀναγινωσκόμενα δὲ μόνον τοῖς κατηχουμένοις· Σοφία Σολομῶνος, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ, Ἐσθήρ, Ἰουδήθ, Τωβίτ.] . . . Τινὲς μέντοι τῶν παλαιῶν εἰρήκασι κανονίζεσθαι παρ' Ἑβραίοις καὶ
75 τὴν Ἐσθήρ. — [Καινὴ διαθήκη· Μτ., Μκ., Λκ., Ἰω., Πράξ., Καθολικαὶ ἐπιστολαὶ ἑπτά· Ἰακ., Πέτρ. δύο, Ἰω. τρεῖς, Ἰούδ., Παύλου ἐπιστολαὶ ιδ'.] Ἐπὶ τούτοις ἐστὶ καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, δεχθεῖσα ὡς ἐκείνου καὶ ἐγκριθεῖσα ὑπὸ πάλαι ἁγίων καὶ πνευματοφόρων πατέρων.

---

485 3, 23. Similiter accipiens [Christus] panem et calicem dixit: *Hoc* 2166
est corpus meum et *sanguis meus.* Non enim typus est corporis nec typus sanguinis, sicut quidam fabulati sunt mente obcaecati, sed secundum veritatem corpus et sanguis Christi, quoniam corpus ex terra, ex terra vero panis sicut et vinum.

74 [Canon scripturarum. — Vetus testamentum: Gen., Ex., Lev., 2167
Num., Deut., Iesus Nave, Iud., Ruth, Regnorum IV in duobus, Paral. II in uno, Esdr. II in uno, Psalterium Davidicum CLI Psalmorum, Parabolae Salomonis, Eccl. eiusdem, Cant. cant. eiusdem, Iob, duodecim Prophetarum lib. I, Is., Ier., Ez., Dan.: universi, XXII libri. — Non canonici, qui catechumenis tantum leguntur: Sap. Salomonis, Sap. Iesu filii Sirach, Esther, Iudith, Tobit].... Quidam vero ex veteribus apud Hebraeos pro canonico reputari
75 dixerunt librum Esther. — [Novum testamentum: Mt., Mc., Lc., Io., Act., Catholicae epistulae VII: Iac., Petri II, Io. III, Iud.: Pauli epistulae XIV.] Est praeterea et Apocalypsis Ioannis theologi, a priscis sanctis et Spiritum Dei gestantibus fratribus velut quae illius sit accepta et approbata.

---

[1] Vide p. 177, nota 1.

2166. *C. Blondel,* Macarii M. quae supersunt, 4⁰, Paris 1876, 105.

2167. MG 28, 284. Falso haec synopsis S. Athanasio diu attributa est.

S. VINCENTIUS LIRINENSIS, saec. V.

Commonitorium, 434.

2168 2. Saepe igitur magno studio et summa attentione perquirens 78
a quamplurimis sanctitate et doctrina praestantibus viris quonam modo possim certa quadam et quasi generali ac regulari via catholicae fidei veritatem ab haereticae pravitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus fere rettuli, quod sive ego sive quis alius vellet exsurgentium haereticorum fraudes deprehendere laqueosque vitare et in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam, Domino adiuvante, deberet: primum scilicet divinae legis auctoritate, tum deinde ecclesiae catholicae traditione. Hic forsitan requirat aliquis: «Cum sit perfectus 79
scripturarum canon sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ut ei ecclesiasticae intellegentiae iungatur auctoritas?» Quia videlicet scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur... Idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, ut propheticae et apostolicae interpretationis linea secundum ecclesiastici et catholici sensus normam dirigatur. In ipsa item catholica ecclesia magnopere curandum est ut 84
id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est etenim vere proprieque catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quae omnia fere universaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, si sequamur universitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem universitatem hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia; antiquitatem vero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est; consensionem quoque itidem, si, in ipsa vetustate, omnium vel certe paene omnium sacerdotum pariter et magistrorum definitiones sententiasque sectemur.

2169 9. Annuntiare ergo aliquid Christianis catholicis praeter id 82
quod acceperunt, numquam licuit, nusquam licet, numquam licebit; et anathematizare eos, qui annuntiant aliquid praeterquam quod semel acceptum est, numquam non oportuit, nusquam non oportet, numquam non oportebit.

2170 13. Unus idemque Christus Deus et homo, idem non creatus 385
et creatus, idem incommutabilis et impassibilis, idem com- 392
mutatus et passus, idem Patri et aequalis et minor, idem ex

2168. ML 50, 639; J (= Jülicher) 2.
2169. ML 50, 649; J 13. 2170. ML 50, 656; J 20.

Patre ante saecula genitus, idem in saeculo ex matre gene-
377 ratus, perfectus Deus, perfectus homo. In Deo summa divi-
378 nitas, in homine plena humanitas. Plena, inquam, humanitas: quippe quae animam simul habeat et carnem, sed carnem veram, nostram, maternam, animam vero intellectu praeditam, mente ac ratione pollentem. Est ergo in Christo Verbum, anima, caro; sed hoc totum unus est Christus, unus Filius Dei et unus
382 salvator ac redemptor noster; unus autem, non corruptibili nescio qua divinitatis et humanitatis confusione, sed integra et singulari quadam unitate personae. Neque enim illa coniunctio alterum in alterum convertit atque mutavit (qui est error proprius Arianorum), sed ita potius utrumque compegit, ut,
387 manente semper in Christo singularitate unius eiusdemque personae, in aeternum quoque permaneat proprietas uniuscuiusque naturae.

386 15. Haec in Christo personae unitas nequaquam post vir- 2171
ginis partum, sed in ipso virginis utero compacta atque per-
381 fecta est.... Per hanc, inquam, personae unitatem illud
377 quoque similis mysterii ratione perfectum est, ut, carne Verbi ex integra matre nascente, ipse Deus Verbum natus ex virgine catholicissime credatur, impiissime denegetur. Quae cum ita sint, absit ut quisquam sanctam Mariam divinae gratiae privi-
429 legiis et speciali gloria fraudare conetur. Est enim singulari quodam Domini ac Dei nostri, filii autem sui, munere verissime ac beatissime theotocos confitenda; sed non eo modo theotocos, quo impia quaedam haeresis suspicatur, quae asserit eam Dei matrem sola appellatione dicendam, quod eum scilicet pepererit hominem, qui postea factus est Deus, sicut dicimus presbyteri matrem aut episcopi matrem, ... sed ideo potius, quoniam, ut supra dictum est, iam in eius sacrato utero sacro-
385 sanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter singularem quamdam atque unicam personae unitatem, sicut Verbum in carne caro, ita homo in Deo Deus est.

78 20. Ille est verus et germanus catholicus, qui veritatem Dei, 2172
qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui divinae religioni, qui catholicae fidei nihil praeponit, non hominis cuiuspiam auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam, sed haec cuncta despiciens, et in fide fixus, stabilis, permanens, quidquid universaliter antiquitus ecclesiam catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum credendumque decernit.

82 22. *Depositum custodi* [1 Tim 6, 20]. Quid est *depositum*? Id 2173
est quod tibi creditum est, non quod a te inventum; quod accepisti, non quod excogitasti; rem non ingenii sed doctrinae,

2171. ML 50, 658; J 22. 2172. ML 50, 665; J 29.
2173. ML 50, 667; J 33.

non usurpationis privatae sed publicae traditionis; rem ad te perductam, non a te prolatam; in qua non auctor debes esse sed custos, non institutor sed sectator, non ducens sed sequens. *Depositum,* inquit, *custodi;* catholicae fidei talentum inviolatum illibatumque conserva. Quod tibi creditum, hoc penes te maneat, hoc a te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde; nolo mihi pro aliis alia subicias; nolo pro auro aut impudenter plumbum aut fraudulenter aeramenta supponas;
nolo auri speciem, sed naturam plane. O Timothee, o sacerdos, 83
o tractator, o doctor, si te divinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina esto spiritalis tabernaculi Beseleel, pretiosas divi dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adice splendorem, gratiam, venustatem. Intellegatur, te exponente, illustrius quod ante obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur quod ante vetustas non intellectum venerabatur. Eadem tamen quae didicisti doce, ut cum dicas nove, non dicas nova.

2174 23. Sed forsitan dicit aliquis: «Nullusne ergo in ecclesia 83
Christi profectus habebitur religionis?» Habeatur plane, et maximus. Nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen, ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsum unaquaeque res amplificetur; ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet et multum vehementerque proficiat tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intellegentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Imitetur animarum religio rationem corporum, quae, licet annorum processu numeros suos evolvant et explicent, eadem tamen quae erant permanent.... Exempli gratia: Severunt maiores nostri antiquitus in hac ecclesiastica segete triticeae fidei semina; iniquum valde et incongruum est ut nos eorum posteri pro germana veritate frumenti subdititium zizaniae legamus errorem. Quin potius hoc rectum et consequens est, ut, primis atque extremis sibimet non discrepantibus, de incrementis triticeae institutionis triticei quoque dogmatis frugem demetamus; ut, cum aliquid ex illis seminum primordiis accessu temporis evolvatur, et nunc laetetur et excolatur, nihil tamen de germinis proprietate mutetur; addatur licet species, forma, distinctio, eadem tamen cuiusque generis natura permaneat.

2175 28. Antiqua sanctorum patrum consensio non in omnibus 84
divinae legis quaestiunculis, sed solum certe praecipue in fidei

2174. ML 50, 667; J 33. 2175. ML 50, 675; J 43.

regula magno nobis studio et investiganda est et sequenda.... Sed eorum dumtaxat patrum sententiae conferendae sunt, qui in fide et communione catholica sancte, sapienter, constanter viventes, docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter vel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut, quidquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, id pro indubitato, certo rato-
85 que habeatur; quidquid vero, quamvis ille sanctus et doctus, quamvis confessor et martyr, praeter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et privatas opiniunculas a communis et publicae ac generalis sententiae auctoritate secretum sit; ne cum summo aeternae salutis periculo, iuxta sacrilegam haereticorum et schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis antiqua veritate dimissa, unius hominis novitium sectemur errorem.

S. PETRUS CHRYSOLOGUS, ca 406—ca 450.

Sermones.

532 94. Vide ne desperes, homo, remansit tibi unde piissimo 2176
274 satisfacias creditori. Absolvi vis? Ama. *Caritas cooperiet multitudinem peccatorum* [1 Petr 4, 8]. Negationis crimine quid peius? Et tamen Petrus amore solo valuit hoc delere, probante Domino, cum dicit: *Petre, amas me?* [Io 21, 15.] Inter omnia Dei praecepta amor obtinet principatum.

430 117. Ubi sunt qui conceptum virginis, virginis partum 2177
431
432 mulierum partibus existimant exaequandum, cum illud de terra sit, hoc de caelo; hoc divinae virtutis sit, illud infirmitatis humanae; illud sit in corpore passionis, hoc totum sit in tranquillitate divini Spiritus, humani corporis in quiete? Sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra, et aula virginis tota est in caelesti commoratione suspensa, donec auctor carnis carnis sumeret indumentum et fieret homo caelestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret et caelum. Virgo concipit, virgo parturit, virgo permanet

Epistula ad Eutychen, ca 449

(Fragm. apud *Leonem M.*, ep. 25.)

59 2. In omnibus hortamur te, frater honorabilis, ut his, quae 2178
a beatissimo Papa romanae civitatis scripta sunt, oboedienter
56 attendas; quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et vivit

2176. ML 52, 466 2177. ML 52, 520. 2178. ML 54, 741.

et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. Nos enim 63
pro studio pacis et fidei extra consensum romanae civitatis episcopi causas fidei audire non possumus.

S. LEO I MAGNUS, PAPA 440—461.

Epistulae.

2178* *Ep. 10, 1. De primatu romani pontificis, v. K 891.*

2179 *Ep.* 12 [ad episcopos Mauritaniae, scripta a. 446], c. 2. *Manus* 561
cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis [1 Tim 5, 22]. Quid est cito manus imponere nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari?

2179* *14, 11. De hierarchia ecclesiastica et primatu romano, v. K 894 sqq*

2180 15 [ad Turribium, a. 447], 6. Fides vera, quae est catholica, 197
omnium creaturarum, sive spiritualium sive corporalium, bonam confitetur substantiam, et mali nullam esse naturam; quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit.

2181 15, 10. Animae hominum, priusquam suis inspirarentur 223
corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur nisi ab opifice 222
Deo, qui et ipsarum est creator et corporum; et quia per 302
primi hominis praevaricationem tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a condicione veteris hominis libe- 470
rari nisi per sacramentum baptismatis Christi.

2182 28 [ad Flavianum constantinopolit. episc., a. 449], 2. Idem sempi- 375
terni genitoris Unigenitus sempiternus natus est de Spiritu Sancto et Maria virgine. Quae nativitas temporalis illi nativitati divinae et sempiternae nihil minuit, nihil contulit, sed totam 413
se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, ut et mortem vinceret et diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mor- 409
tis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet et suam faceret, quem nec peccatum contaminare nec mors potuit 399
detinere. Conceptus quippe est de Spiritu Sancto intra uterum matris virginis, quae illum ita salva virginitate edidit, 431
quemadmodum salva virginitate concepit. . . Sed non ita 430
intellegenda est illa generatio singulariter mirabilis et mira- 381
biliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota sit generis. Fecunditatem enim virgini Spiritus Sanctus dedit,

2179. ML 54, 647. 2180. ML 54, 683. 2181 ML 54, 685.
2182. ML 54, 759.

377 veritas autem corporis sumpta de corpore est; et aedificante sibi Sapientia domum [Prv 9, 1], *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* [Io 1, 14], hoc est, in ea carne, quam
378 assumpsit ex homine et quam spiritu vitae rationalis animavit.

28, 3 4. De incarnatione, v. DB 143 sq. 2182*

385 28, 5. Propter hanc ergo unitatem personae in utraque 2183
natura intellegendam et filius hominis legitur descendisse de
377 caelo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est na-
392 tus, assumpserit. Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum haec non in divinitate ipsa, qua Unigenitus consempiternus et consubstantialis est Patri, sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur, secundum illud apostoli: *Si enim cognovissent, numquam Dominum maiestatis crucifixissent* [1 Cor 2, 8].

431 35 [ad Iulianum episc. coënsem, a. 449], 3. Nativitas Domini 2184
secundum carnem quamvis habeat quaedam propria, quibus humanae condicionis initia transcendat, sive quod solus ab inviolata virgine sine concupiscentia est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut et fecunditas
376 pareret et virginitas permaneret, non alterius tamen naturae
378 erat eius caro quam nostrae, nec alio illi quam ceteris hominibus anima est inspirata principio, quae excelleret, non diver-
396 sitate generis, sed sublimitate virtutis. . . . Sensus corporei vigebant sine lege peccati, et veritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis nec tentabatur illecebris, nec cedebat
423 iniuriis. . . .[1] Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus idemque homo in utroque et unus esset et verus.

98 [Synodus chalcedonensis ad Leonem Papam, a. 451], 1. De primatu romani pontificis et concilio oecumenico, v. DB 149. 2184*

108, 2 5. De sacramento paenitentiae, v. DB 146 sq.

64 114 [ad episcopos synodi chalcedonensis, a. 453], 2. De custo- 2185
diendis quoque sanctorum patrum statutis, quae in synodo nicaena inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam Vestrae Sanctitatis admoneo, ut iura ecclesiarum, sicut ab illis 318 patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant.

64 119 [ad Maximum episc. antiochenum, a. 453], 3. Tanta apud 2186
me est nicaenorum canonum reverentia, ut ea, quae sunt a sanctis patribus constituta, nec permiserim nec patiar aliqua
57 novitate violari. Etsi enim diversa nonnumquam sunt merita praesulum, iura tamen permanent sedium; quibus etsi possint aemuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.

[1] Cf. addenda et emendanda p. 802.

2183. ML 54, 771. 2184. ML 54, 807. 2185. ML 54, 1029.
2186. ML 54, 1048.

2187 120 [ad Theodoretum episc. cyrensem, a. 453], 1. [Dominus] 68
nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quae nostro prius ministerio definierat, universae fraternitatis irretractabili firmavit assensu; ut vere a se prodiisse ostenderet quod prius a prima omnium sede formatum totius christiani orbis iudicium recepisset; ut in hoc quoque capiti membra concordent.

2188 124 [ad monachos palaestinenses, a. 453], 3. Quae reconciliatio 428
esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi om- 422
nium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei aequalis erat Patri, in forma servi particeps esset et nostri,
ut per novum hominem fieret renovatio vetustatis, et mortis 415
vinculum unius praevaricatione contractum, unius morte, qui
solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim pro iniustis 416
sanguinis iusti tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut, si universitas captivorum in redemptorem suum
crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. . . . 4. Quam 376
itaque sibi in huius sacramenti praesidio spem relinquunt, qui in salvatoris nostri corpore negant humanae substantiae veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. Quis est qui *tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* [Eph 5, 2]?
Aut quod umquam sacrificium sacratius fuit, quam quod ve- 417
rus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit?

2189 167 [ad Rusticum episc. narbonensem, a. 458/9], 4. Aliud est uxor, 575
aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam apostolus, ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahae: *Eice ancillam et filium eius: non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac* [Gn 21, 10]. Unde cum societas nuptiarum
ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem 570
haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum [Eph 5, 32], dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium.

2189 168, 2. De confessione secreta, v. DB 145.*

Sermones.

2190 Sermo 3, c. 1. Cessante privilegio patrum, et familiarum 558
ordine praetermisso, eos rectores ecclesia accipit, quos Spiritus Sanctus praeparavit; ut in populo adoptionis Dei, cuius universitas sacerdotalis atque regalis est, non praerogativa terrenae originis obtineat unctionem, sed dignatio caelestis gratiae gignat antistitem.

2187. ML 54, 1046. 2188. ML 54, 1064.
2189. ML 54, 1204 2190. ML 54, 145.

54 40 4, 2. De toto mundo unus Petrus eligitur qui et uni- 2191
versarum gentium vocationi et omnibus apostolis cunctisque ecclesiae patribus praeponatur; ut, quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus. Magnum et mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiae suae tribuit divina dignatio; et si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit.

229 12, 1. Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis 2192
nostrae intellegamus exordium, inveniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris, et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo divinae benignitatis forma re-
415 splendeat. Ad quam utique nos cotidie reparat gratia salvatoris, dum, quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

356 21, 3. Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per 2193
Filium eius in Spiritu Sancto, qui propter multam misericordiam suam, qua dilexit nos, misertus est nostri, *et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo* [Eph 2, 5], ut essemus in ipso nova creatura novumque figmentum. Deponamus ergo *veterem hominem cum actibus suis* [Col 3, 9], et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus
358 operibus. Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam: et *divinae consors* factus *naturae* [2 Petr 1, 4], noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento cuius capitis et cuius corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum translatus es in Dei lumen et regnum.

430 431 22, 2. Nova autem nativitate [Christus] genitus est, con- 2194
432 ceptus a virgine, natus ex virgine, sine paternae carnis concupiscentia, sine maternae integritatis iniuria. . . . Origo dissimilis, sed natura consimilis, humano usu et consuetudine caret, sed divina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, et virgo permanserit.

407 22, 3. Verax namque misericordia Dei, cum ad repa- 2195
randum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum consulendi viam elegit, qua ad destruendum opus diaboli non virtute uteretur potentiae, sed ratione iustitiae.
413 Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omnes homines ius tyrannicum vindicabat, nec indebito dominatu premebat quos a mandato Dei spontaneos in obsequium suae voluntatis illexerat. Non itaque iuste amitteret originalem

2191. ML 54, 149. 2192. ML 54, 168. 2193. ML 54, 192.
2194. ML 54, 195. 2195. ML 54, 196.

humani generis servitutem, nisi de eo quod subegerat vin-
ceretur. Quod ut fieret, sine virili semine conceptus est 430
Christus ex virgine, quam non humanus coitus, sed Spiritus
Sanctus fecundavit. Et cum in omnibus matribus non fiat
sine peccati sorde conceptio, haec inde purgationem traxit,
unde concepit. Quo enim paterni seminis transfusio non 303
pervenit, peccati se illic rubigo non miscuit. Inviolata vir-
ginitas concupiscentiam nescivit, substantiam ministravit.

2196 23, 4. Non itaque novo consilio Deus rebus humanis 425
nec sera miseratione consuluit; sed a constitutione mundi
unam eamdemque omnibus causam salutis instituit. Gratia
enim Dei, qua semper est universitas iustificata sanctorum,
aucta est Christo nascente, non coepta; et hoc magnae pie-
tatis sacramentum, quo totus iam mundus impletus est, tam
potens etiam in suis significationibus fuit, ut non minus
adepti sint qui illud credidere promissum, quam qui suscepere
donatum.

2197 27, 1. Cum ad intellegendum sacramentum nativitatis 253
Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus, abigatur
procul terrenarum caligo rationum, et ab illuminatae fidei
oculis mundanae sapientiae fumus abscedat; divina est enim 254
auctoritas cui credimus, divina est doctrina quam sequimur.

2198 29, 1. In Christo Iesu Filio Dei non solum ad divinam 381
essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod
dictum est per prophetam: *Generationem eius quis enarrabit?*
[Is 53, 8.] Utramque enim substantiam in unam convenisse 385
personam, nisi fides credat, sermo non explicat.

2199 30, 6. Quia iustificandis hominibus hoc principaliter opi- 384
tulatur, quod Unigenitus Dei etiam filius hominis esse di-
gnatus est, ut ὁμοούσιος Patri Deus, id est, unius substantiae, 158
idem homo verus et secundum carnem matri consubstantialis 379
exsisteret, utroque gaudemus, quia non nisi utroque salvamur,
in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab in-
corporeo, passibilem ab impassibili, palpabilem ab impalpabili,
formam servi a forma Dei; quia, etsi unum manet ab aeterni- 387
tate, aliud coepit a tempore; quae tamen in unitatem con-
venerunt, nec separationem possunt habere nec finem.

2200 38, 3. Sine Deo nulla est [virtus] nec proprietatem obtinet 308
deitatis, nisi spiritu sui vegetetur auctoris. Dicente enim
discipulis suis Domino: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5],
dubium non est hominem bona agentem ex Deo habere et
effectum operis et initium voluntatis.

2201 43, 1. Gratiae Dei oboedientia se humana non subtrahat, 315
nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat; 341

2196. ML 54, 202. 2197. ML 54, 216. 2198. ML 54, 226.
2199. ML 54, 233. 2200. ML 54, 261. 2201. ML 54, 281.

ac si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effec-
tibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat,
qui ideo dat praeceptum, ut excitet desiderium et praestet
auxilium, dicente propheta: *Iacta in Deum cogitationem tuam,*
316 *et ipse te enutriet* [Ps 54, 23]. An forte quisquam ita insolenter
superbit, et ita se illaesum, ita immaculatum esse praesumit,
317 ut nullius iam renovationis indigeat? Fallitur prorsus ista
persuasio, et nimia vanitate veterascit quicumque inter ten-
tationes huius vitae ab omni se vulnere credit immunem.

308 45, 3. Quid hoc opere [misericordiae] fructuosius? quid 2202
hac humanitate felicius? Quae utique laude sua fraudanda non
esset, si propter ipsam naturae communionem iuvando homini
ab homine praestaretur. Sed quia quod non ex fidei procedit
fonte, ad praemia aeterna non pervenit, alia est condicio
operum caelestium, alia terrenorum.

389 56, 2. Ipse [Dominus] Patri supplicans ait: *Pater, si pos-* 2203
sibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego
volo, sed sicut tu [Mt 26, 39]. Prima petitio infirmitatis est,
secunda virtutis; illud optavit ex nostro, hoc elegit ex proprio....
383 Ut suscipientis susceptaeque naturae esset manifesta distinctio,
quod erat hominis divinam desideravit potentiam, quod erat
Dei ad causam respexit humanam. Superiori igitur voluntati
voluntas cessit inferior, et cito demonstratum est quid possit
a trepidante orari, et quid non debeat a medente concedi.

407 63, 1. Omnipotentia enim Filii Dei, qua per eamdem 2204
essentiam aequalis est Patri, potuisset humanum genus a do-
409 minatu diaboli solo imperio suae voluntatis eruere, nisi divinis
operibus maxime congruisset, ut nequitiae hostilis adversitas
de eo quod vicerat vinceretur, et per ipsam naturam natu-
ralis repararetur libertas, per quam generalis fuerat illata
captivitas.

11 63, 5. Omnia enim quae secundum legem, sive in cir- 2205
cumcisione carnis, sive in diversitatibus hostiarum, sive in
sabbati observantia praecesserunt, Christum testificata, Christi
sunt gratiam praelocuta. Et ipse est finis legis, non eva-
10 cuando significationes ipsius, sed implendo. Qui licet idem
sit auctor veterum qui novorum, figuratarum tamen pro-
12 missionum sacramenta mutavit, quia promissa perfecit, et
denuntiationibus cessationem imposuit, quoniam denuntiatus
advenit. In praeceptis autem moralibus nulla prioris testamenti
decreta reprobata, sed evangelico magisterio multa sunt aucta,
ut perfectiora et lucidiora essent dantia salutem quam pro-
mittentia salvatorem.

2202. ML 54, 290. 2203. ML 54, 327 2204. ML 54, 353.
2205. ML 54, 356.

2206 63, 7. Non aliud agit participatio corporis et sanguinis 509
Christi, quam ut in id, quod sumimus, transeamus, et in quo
commortui et consepulti et conresuscitati sumus, ipsum per
omnia et spiritu et carne gestemus.

2207 64, 2. In hac ineffabili unitate Trinitatis, cuius in omnibus 180
communia sunt opera atque iudicia, reparationem humani
generis proprie Filii persona suscepit; ut, quoniam ipse est,
per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil [Io 1, 3],
quique plasmatum de limo terrae hominem flatu vitae ratio-
nalis animavit, idem naturam nostram ab aeternitatis arce 415
deiectam amissae restitueret dignitati, et cuius erat conditor,
esset etiam reformator: sic consilium suum dirigens in effec-
tum, ut ad dominationem diaboli destruendam magis uteretur
iustitia rationis quam potestate virtutis. Quia ergo primi 302
hominis universa posteritas uno simul vulnere sauciata cor-
ruerat, nec ulla sanctorum merita condicionem poterant illatae
mortis evincere, venit e caelo medicus singularis, multis saepe
significationibus nuntiatus et prophetica diu pollicitatione pro-
missus, qui manens in forma Dei et nihil propriae maiestatis 397
amittens, in carnis nostrae animaeque natura, sine contagione
antiquae praevaricationis, oriretur. Solus enim beatae virginis
natus est filius absque delicto, non extraneus ab hominum
genere, sed alienus a crimine, . . . cum de Adae propagine
unus exsisteret in quo diabolus quod suum diceret non haberet.

2208 68, 1. Sermo proximus, dilectissimi, cuius vobis promissam 387
restituere cupimus portionem, in id disserendi ratione pro-
cesserat, ut de illa clamantis ad Patrem crucifixi Domini voce
loqueremur; ne simplex et incuriosus auditor ita acciperet
verba dicentis: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?*
[Ps 21, 1], tamquam, fixo Iesu in crucis ligno, paternae ab eo
deitatis omnipotentia recessisset; cum in tantam unitatem Dei
et hominis natura convenerit, ut nec supplicio potuerit dirimi,
nec morte disiungi. Manente enim in sua proprietate utraque 383
substantia, nec Deus dereliquit sui corporis passionem, nec
Deum fecit caro passibilem, quia divinitas, quae erat in dolente,
non erat in dolore.

2209 68, 3. Offerebatur Deo pro salute mundi hostia singularis, 416
et occisio Christi veri agni per tot saecula praedicata pro-
missionis filios in libertatem fidei transferebat. Confirmabatur
quoque testamentum novum, et Christi sanguine aeterni regni
scribebantur heredes.

2210 71, 2. Resurrectio salvatoris nec animam in inferno nec 426
carnem diu morata est in sepulcro; et tam velox incorruptae
carnis vivificatio fuit, ut maior ibi esset soporis similitudo

2206. ML 54, 357. 2207. ML 54, 358. 2208. ML 54, 372.
2209. ML 54, 374. 2210. ML 54, 387.

387 quam mortis; quoniam deitas, quae ab utraque suscepti hominis
substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate
coniunxit.

427 73, 4. Magna et ineffabilis erat causa gaudendi, cum in 2211
conspectu sanctae multitudinis super omnium creaturarum
caelestium dignitatem humani generis natura conscenderet,
supergressura angelicos ordines, et ultra archangelorum altitu-
dines elevanda, nec ullis sublimitatibus modum suae provectionis
habitura, nisi aeterni Patris recepta consessu illius gloriae
sociaretur in throno, cuius naturae copulabatur in Filio. Quia
igitur Christi ascensio nostra provectio est, et quo praecessit
gloria capitis, eo spes vocatur et corporis, dignis, dilectissimi,
exsultemus gaudiis, et pia gratiarum actione laetemur. Hodie
enim non solum paradisi possessores firmati sumus, sed etiam
421 caelorum in Christo superna penetravimus, ampliora adepti
per ineffabilem Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus
415 invidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi
felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei Filius ad dexteram
Patris collocavit.

105 75, 3. Nemo aestimet in iis, quae corporeis visa sunt 2212
oculis, divinam eius [Spiritus Sancti] apparuisse substantiam.
Natura enim invisibilis, et Patri Filioque communis, quali-
tatem muneris atque operis sui qua voluit significatione
monstravit, proprietatem vero essentiae suae in sua deitate
continuit; quia, sicut nec Patrem nec Filium, ita nec Spiritum
179 Sanctum humanus potest visus attingere. In Trinitate enim
divina nihil dissimile, nihil impar est; et omnia quae de illa
possunt substantia cogitari, nec virtute, nec gloria, nec aeter-
178 nitate discreta sunt. Cumque in personarum proprietatibus
alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus Sanctus, non
tamen alia deitas nec diversa natura est. Siquidem cum et
168 de Patre sit Filius unigenitus, et Spiritus Sanctus Patris Filiique
sit Spiritus, non sicut quaecumque creatura, quae et Patris
et Filii est, sed sicut cum utroque vivens et potens, et sempi-
terne ex eo quod est Pater Filiusque subsistens.

406 77, 2. Si enim homo ad imaginem et similitudinem Dei 2213
factus in suae honore naturae mansisset, nec diabolica fraude
deceptus a lege sibi posita per concupiscentiam deviasset,
creator mundi creatura non fieret, neque aut sempiternus
temporalitatem subiret, aut aequalis Deo Patri Filius Deus
formam servi et similitudinem carnis peccati assumeret. Sed
409 quia *invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum* [Sap 2, 24],
et aliter solvi captivitas humana non potuit, nisi causam
nostram ille susciperet, qui sine maiestatis suae damno et

2211. ML 54, 396. 2212. ML 54, 401. 2213. ML 54, 412.

verus homo fieret, et solus peccati contagium non haberet, 398
divisit sibi opus nostrae reparationis misericordia Trinitatis, ut Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus Sanctus igniret.

2214 91, 3. Dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem Filii* 484
hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis 485
[Io 6, 54], sic sacrae mensae communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate corporis Christi et sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur; et frustra ab illis Amen respondetur, a quibus contra id, quod accipitur, disputatur.

VICTOR VITENSIS, † ca 510.

Historia persecutionis Africae provinciae, 486.

2215 L. 2 [Professio fidei episcoporum catholicorum, a. 484], 63. Quia 383
duas in Filio profitemur esse naturas, id est, Deum verum et hominem verum, corpus et animam habentem, quidquid ergo excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturae, admirandae eius divinitati tribuendum sentimus; et quidquid infra honorem caelestis potentiae de eodem humilius enarratur, non Verbo Deo, sed homini reputamus assumpto. Secundum divinitatem ergo est hoc, quod superius diximus, ubi ait: *Ego et Pater unum sumus* [Io 10, 30], et: *Qui me vidit, vidit et Patrem* [Io 14, 9]. . . . Illa vero, quae de eo secundum hominem referuntur, ista sunt: *Pater maior me est* [Io 14, 28]. . . .

2216 2, 82. Ut adhuc luce clarius unius divinitatis esse cum Patre 166
et Filio Spiritum Sanctum doceamus, Ioannis evangelistae testimonio comprobatur. Ait namque: *Tres sunt qui testimonium* 146
perhibent in caelo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus, et hi tres unum sunt [1 Io 5, 7]. Numquid ait: tres in differentiae qualitate 179
seiuncti, aut quibuslibet diversitatum gradibus longo separationis intervallo divisi? Sed *tres,* inquit, *unum sunt.*

S. MAXIMUS TAURINENSIS, saec. V.

Homiliae.

2217 5. Probat veritatem Domini ordo nascendi. Concepit virgo 422
virilis ignara consortii; impletur uterus nullo libatus amplexu, 430
et Spiritum Sanctum castus venter excepit, quem pura membra servarunt, innocens corpus gessit. Videte miraculum matris dominicae: virgo est cum concipit, virgo cum parturit, virgo 431
post partum. . . . Maria tamquam in sacrario ventris sui 432

2214. ML 54, 452.
2215. CV 7 (ed. M. Petschenig, 1881), 50; ML 58, 221.
2216. CV 7, 60; ML 58, 227. 2217. ML 57, 235.

portavit cum mysterio sacerdotem; nam quidquid in saeculo
418 profuturum erat, id totum de eius ventre: Deus, sacerdos et hostia, Deus resurrectionis, sacerdos oblationis. Hoc autem totum in Christo agnoscimus; Deus enim est, quod ad Patrem redit; pontifex, quod se obtulit; victima, quod pro nobis occisus est.

570 23. Invitatus itaque, ut legitur, Dominus perrexit ad nuptias 2218
[Io 2, 1 sqq]; sed ut dignaretur hoc virginis filius, nostrae eruditionis est ratio, ut, hoc docti exemplo, legitimarum illum nuptiarum non negemus auctorem. Vadit ergo ad nuptias Dei Filius, ut, quas dudum potestate constituit, tunc praesentiae suae benedictione sanctificet.

Sermones.

384 37. Quod praecipuus apostolorum redemptorem omnium 2219
vivi Dei Filium dicit [Mt 16, 16], paternae in eo deitatis substantiam confitetur; quod eumdem Christum pronuntiat, materni inesse corporis asserit veritatem. Sic revera beatissimus Petrus utramque in Christo naturam sub una est appellatione com-
381 plexus, ut ineffabilis mysterii sacramentum brevissimo sermone delibans neque geminata divideret, neque unita confunderet.

GENNADIUS, saec. V.

Liber ecclesiasticorum dogmatum, ca 470.

178 1. Credimus unum esse Deum, Patrem et Filium et Spi- 2220
ritum Sanctum: Patrem, eo quod habeat filium; Filium, eo
167 quod habeat patrem; Spiritum Sanctum, eo quod sit ex Patre
151 procedens, Patri et Filio coaeternus. Pater ergo principium deitatis: qui, sicut numquam fuit non Deus, ita numquam
153 fuit non Pater, a quo Filius natus, a quo Spiritus Sanctus non
173 natus, quia non est Filius, neque ingenitus, quia non est Pater, nec factus, sed ex Deo Patre Deus procedens.

375 2. Non Pater carnem assumpsit neque Spiritus Sanctus, 2221
sed Filius tantum; ut, qui erat in divinitate Dei Filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filii nomen ad alterum transiret, qui non erat nativitate Filius. Dei ergo Filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei
376 Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo haberet, et esset

2218. ML 57, 274. 2219. ML 57, 611.
2220. Tr (= ed. C. H. Turner in JTS 7 [1906], 89 sqq) 89; ML 58, 979.
2221. Tr 89; ML 58, 981.

verus Deus et verus homo unus Filius. Non ergo duos Christos, 385
neque duos Filios, sed Deum et hominem unum Filium; quem
propterea [et] unigenitum dicimus, manentem in duabus sub-
stantiis, sicut ei naturae veritas contulit, non confusis naturis 382
neque immixtis, sicut Timothiani volunt, sed societate unitis.
Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transivit, non
naturae versibilitate, sed Dei dignatione, ut nec Deus muta-
retur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo
in divinam glorificatus in Deum, quia mutatio vel versibilitas
naturae et deminutionem et abolitionem substantiae facit.
Natus ergo Dei Filius ex homine, non per hominem, id est,
non ex viri coitu, sicut Ebion dicit, sed ex virgine, carnem 377
ex virginis corpore trahens, et non de caelo secum afferens,
sicut Marcion et Eutyches affirmant; neque in phantasia, id
est, absque carne, sicut Valentinus dicit; neque δοκήσει, id
est, putative imaginatum, sed corpus verum; non tamen carnem
ex carne, sicut Marcianus; sed verus Deus ex divinitate et
verus homo ex carne. Unus Filius: in divinitate Verbum
Patris et Deus, in homine anima et caro: anima non absque 378
sensu et ratione, ut Apollinaris; neque caro absque anima,
ut Anomaeus, sed anima cum ratione sua, et corpus cum sen- 400
sibus suis, per quos sensus veros in passione et ante pas-
sionem carnis suae dolores sustinuit.

2222 6. Erit resurrectio mortuorum hominum, sed una et insemel; 599
non prima iustorum, et secunda peccatorum, ut fabulat som- 605
niator, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur, quod 600
cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit, sicut in veritate
cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit,
id est, aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro cor-
ruptibilis, quae cadit, resurgit incorruptibilis; tam iustorum
quam iniustorum caro incorruptibilis resurget, ut vel poenam
sufferre possit pro peccatis, vel in gloria aeterna manere
pro meritis.

2223 10. *In principio creavit Deus caelum et terram* [Gn 1, 1] et 189
aquam ex nihilo. Et cum adhuc tenebrae ipsam aquam 198
occultarent, et aqua terram absconderet, facti sunt angeli
et omnes caelestes virtutes, ut non esset otiosa Dei bonitas, 193
sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem osten-
deret: et ita hic visibilis mundus ex his, quae [tunc] creata
fuerant, factus est et ornatus.

2224 14. Animas hominum non esse ab initio inter ceteras 223
intellectuales naturas [credimus], nec insemel creatas, sicut
Origenes fingit; neque cum corporibus per coitum seminantur, 224
sicut Luciferiani et Cyrillus et aliqui Latinorum praesumentes

2222. Tr 90; ML 58, 982. 2223. Tr 91; ML 58, 983.
2224. Tr 92; ML 58, 984.

222 affirmant, quasi naturae consequentia serviente. Sed dicimus
corpus tantum per coniugii copulam seminari, creationem vero
animae solum creatorem omnium nosse.

219 15. Neque duas animas esse dicimus in [uno] homine, 2225
220 sicut quidam Syrorum scribunt, unam animalem, qua animetur
corpus, et immixta sit sanguini, et alteram spiritalem, quae
rationem ministret; sed dicimus unam esse eamdemque animam
in homine, quae et corpus sua societate vivificet, et semet-
221 ipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii,
ut in sua substantia eligat cogitatione quod vult.

604 24 (55). In divinis repromissionibus nihil terrenum vel 2226
605 transitorium exspectemus, sicut Meletiani sperant; non nup-
tiarum copulam, sicut Cerinthus et Marcus delectantur; non
quod ad cibum vel potum pertinet, sicut, Papia auctore,
Irenaeus et Tertullianus et Lactantius acquiescunt. Neque
post mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra
futurum, et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speremus,
sicut Nepus docuit, qui primam iustorum [resurrectionem] et
secundam impiorum confinxit.

314 25 (56). Nullum credimus ad salutem nisi Deo invitante 2227
319 venire; nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante
344 operari; nullum nisi orantem auxilium promereri; nullum Dei
voluntate perire, sed permissum pro electione arbitrii, ne
ingenuitas potestatis semel homini attributa ad servilem cogatur
necessitatem.

432 35 (69). Integra fide credendum beatam Mariam Dei Christi 2228
matrem et virginem genuisse et post partum virginem per-
mansisse, nec blasphemiae Helvidii acquiescendum, qui dixit:
«Virgo ante partum, non virgo post partum».

586 45 (79). Post ascensionem Domini ad caelos, omnes 2229
sanctorum animae cum Christo sunt, et exeuntes de corpore
599 ad Christum vadunt, exspectantes redemptionem corporis sui,
ut ad integram et perpetuam beatitudinem cum ipso pariter
immutentur; sicut [et] peccatorum animae in inferno sub
timore positae exspectant resurrectionem corporis [sui], ut
cum ipso ad poenam convertantur aeternam.

S. CAESARIUS ARELATENSIS, 470/1–543.

Homiliae.

500 5. *De paschate*[1]. Quod corpus sacerdote dispensante tantum 2230
492 est in exiguo quantum esse constat in toto Quod cum ecclesia

[1] Haec homilia Fausto Reiensi tribuenda censetur.
2225. Tr 92; ML 58, 984. 2226. Tr 94; ML 58, 994.
2227. Tr 95; ML 58, 995. 2228. Tr 96; ML 58, 996.
2229. Tr 97; ML 58, 998. 2230. ML 67, 1054.

fidelium sumit, sicut plenum in universis, ita integrum esse
probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia docet,
dicens: *Qui multa habet, non abundabit; et qui modicum, non
minorabit* [2 Cor 8, 15]. Si forte esum panis esurientibus appo-
neremus, non ex toto perveniret ad singulos, quia particulatim
et minutatim portionem suam unusquisque praesumeret. De
hoc vero pane cum assumitur, nihil minus habent singuli quam 491
universi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione 503
percipiunt; quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit
distributione consumi.

2231 *Ib.* Quando benedicendae verbis caelestibus creaturae sacris 493
altaribus imponuntur, antequam invocatione sancti nominis con-
secrentur, substantia illic est panis et vini, post verba autem 489
Christi corpus et sanguis Christi. Quid autem mirum est, si 495
ea, quae verbo potuit creare, possit verbo creata convertere?

Sermones.

2232 *In appendice sermonum S. Aug.* Sermo 22, 2. Numquam 344
Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Cum 346
enim semel et secundo et tertio unusquisque gravia peccata
commiserit, exspectat tamen illum Deus, sicut per prophetam
dicit, *ut convertatur et vivat* [Ez 33, 11]. Cum vero in peccatis
suis coeperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur
desperatio, ex desperatione obduratio generatur.

2233 *Ib.* Sermo 104, 2. Et quamvis apostolus capitalia plura com- 291
memoraverit, nos tamen, ne desperationem facere videamur,
breviter dicimus quae sint illa: sacrilegium, homicidium, ad-
ulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, invidia,
avaritia; et, si longo tempore teneatur, iracundia; et ebrietas,
si assidua sit, in eorum numero computatur. Quicumque enim 525
aliqua de istis peccatis in se dominari cognoverit, nisi digne
se emendaverit, et, si habuerit spatium, longo tempore paeni-
tentiam egerit, et largas eleemosynas erogaverit, et a peccatis
ipsis abstinuerit, illo transitorio igne, de quo ait apostolus, 587
purgari non poterit, sed aeterna illum flamma sine ullo re- 590
medio cruciabit. 3. Quae autem sint minuta peccata, licet 548
omnibus nota sint, tamen quia longum est ut omnia repli-
centur, opus est ut ex iis vel aliqua nominemus. Quoties
aliquis aut in cibo aut in potu plus accipit quam necesse sit,
ad minuta peccata noverit pertinere. Quoties plus loquitur
quam oportet, aut plus tacet quam expedit.... Quibus peccatis
licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut qui-
busdam pustulis et quasi horrenda scabie replentia deformem
faciunt, ut eam ad amplexus illius sponsi caelestis aut vix

2231. ML 67, 1056. 2232. ML 39, 1786. 2233. ML 39, 1946.

aut cum grandi confusione venire permittant.... 4. Si autem
nec in tribulatione Deo gratias agimus, nec bonis operibus
peccata redimimus, ipsi tam diu in illo purgatorio igne moras
habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta, tamquam ligna,
faenum, stipula, consumantur. 5. Sed dicit aliquis: Non pertinet
ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam aeternam
perrexero. Nemo hoc dicat, fratres carissimi, quia ille purga-
torius ignis durior erit quam quidquid potest in hoc saeculo
poenarum aut cogitari, aut videri, aut sentiri.

525 *Ib.* Sermo 261, 1. Quotiescumque, fratres carissimi, aliquem 2233a
529 de fratribus vel sororibus nostris paenitentiam publice videmus
petere, magnam in nobis ipsis, Deo inspirante, compunctionem
divini timoris possumus et debemus accendere.... Et ille
quidem, qui paenitentiam publice accepit, poterat eam secretius
agere; sed, credo, considerans multitudinem peccatorum suorum,
videt se contra tam gravia mala solum non posse sufficere; ideo
adiutorium totius populi cupit expetere.

Ib. Serm. 261, 2 3. De opere paenitentiae, v. K 746 sq. 2233*

501 *Ib.* Sermo 265, 3. Quoties aliqua infirmitas supervenerit, corpus 2234
552 et sanguinem Christi ille, qui aegrotat, accipiat; et inde cor-
pusculum suum ungat, ut illud quod scriptum est impleatur
in eo: *Infirmatur aliquis?* etc. [Iac 5, 14 15]. Videte, fratres, quia,
qui in infirmitate ad ecclesiam cucurrerit, et corporis sanitatem
recipere et peccatorum indulgentiam merebitur obtinere.

585 *Ib.* Sermo 301, 5. Multi sunt qui maiorem curam habent in 2234a
586 carne sua quam in anima. Sed oportebat illis ut erga animam,
ubi imago Dei est, sollicitudinem maiorem semper impenderent;
quia quando caro, quae modo tantum diligitur, vermibus
coeperit devorari in sepulcro, anima Deo ab angelis prae-
sentatur in caelo; et ibi iam, si bona fuerit, coronatur, aut, si
mala, in tenebras proicitur.

S. FULGENTIUS, 468—533.

Epistulae.

327 Ep. 6, c. 9, n. 12. Scripturis sanctis studium tui cordis 2235
328 impende; et ibi qui fueris, qui sis, quique debeas esse cognosce.
Ad has si humilis et mitis accesseris, ibi profecto invenies et
praevenientem gratiam, qua potest elisus surgere, et comitantem,
qua viam recti queat itineris currere, et subsequentem, qua
valeat ad regni caelestis beatitudinem pervenire.

1 8, 4, 10. Vera religio in unius constat veri Dei servitio. 2236
103 Ipsa namque veritas unus est Deus; et sicut excepta una

2233a. ML 39, 2227. 2234. ML 39, 2238. 2234a. ML 39, 2323. 2235. ML 65, 352. 2236. ML 65, 365.

veritate non est alia veritas, sic absque uno Deo vero non
est alius verus Deus; ipsa enim una veritas est naturaliter
una vera divinitas. Et ita non possunt duo veri dii veraciter
dici, sicut ipsa una veritas naturaliter non potest dividi.

2237 12, 11, 26. Arbitror, sancte frater, disputationem nostram 502
praeclari doctoris Augustini sermone firmatam, nec cuiquam
esse aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium
corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando in
baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari
ab illo panis calicisve consortio, etiamsi antequam panem illum
comedat et calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis
Christi constitutus abscedat.

2238 14, 3, 26. Cum de anima Christi loquimur, de illo loqui- 378
mur rationali spiritu, ad quem non solum Deus per gratiam
venit, sed quem ipsa divinitas in unitate personae suscepit. 385
Anima quippe illa cum Verbo unus est Christus, anima illa
cum Verbo unus est unigenitus Deus. Et quia unigenitus 405
Deus aequalis est Patri, nec potest totum nosse Filium qui
totum non noverit Patrem, caveamus ne, cum anima Christi
totum Patrem nosse non creditur, ipsi uni Christo ex aliqua
parte non solum Patris, sed etiam sui et Spiritus Sancti cognitio
denegetur. Perquam vero durum est et a sanitate fidei penitus
alienum, ut dicamus animam Christi non plenam suae deitatis
habere notitiam, cum qua naturaliter unam creditur habere
personam.

2239 14, 3, 31. Possumus plane dicere animam Christi habere 405
plenam notitiam deitatis suae; nescio tamen utrum debeamus 117
dicere quod anima Christi sic suam deitatem noverit, quemadmodum se ipsa deitas novit, an hoc potius dicendum est, quia novit quantum illa, sed non sicut illa. Ipsa enim deitas sic se novit, ut hoc se naturaliter inveniat esse quod novit; anima autem illa sic totam deitatem suam novit, ut ipsa tamen deitas non sit. Deitas ergo illa ipsa est naturaliter notitia sua, anima vero illa ab ipsa deitate, quam plene novit, accepit ut noverit; naturaliter ergo deitas Christi hoc est quod novit, anima vero illa, in eo quod scit deitatem suam, non hoc se invenit esse quod novit. Non ergo quemadmodum se noverunt Pater et Filius et Spiritus Sanctus, sic animae suae secundum divinitatem notus est Christus; quoniam quidem habet anima illa plenam Trinitatis notitiam, non tamen habet unam cum Trinitate naturam.

15 [Epist. episcoporum africanorum], cf. n. 2276 sqq.

2240 17, 3, 5. Si autem Deus Verbum sic in virgine caro fieret, 377
ut ex ea non fieret, procul dubio non de carne matris idem 380
Deus haberet substantiam carnis, essetque eius per virginem transitus, atque ita nec mediatoris sacramentum nobis proficeret ad salutem, nec humanae divinaeque plenam in se Christus Dei Filius inconfusibiliter uniret substantiae veritatem.

409 17, 4, 9. Nullatenus humana natura ad auferendum pec- 2241
catum mundi sufficiens atque idonea fieret, nisi in unionem
382 Verbi Dei, non naturali confusione, sed solum personali unitate
385 transiret. Verbum quippe, cum caro fieret, unitione mirabili
suam naturam fecit quam ex nobis accepit; in qua tamen
unitione deifica et omnino mirabili Verbi divinitas mutata
non est in carnem, veraque Verbi humanitas naturalem prorsus
377 tenuit nostri generis veritatem. Virgo igitur, quod saepe
commemorandum est, ipsum Deum Verbum, secundum hoc
quod in ea caro factum est, et concepit et peperit.

415 17, 6, 11. Deus ... ad hoc homo factus est, ut, quid- 2242
quid in homine creaverat integrum, idem Deus in se totum
redintegraret assumptum. 12. Hoc itaque habuit Dei hominis-
que mirabilis quidem sed verus ille secundum carnem con-
429 ceptus et partus, quo Deum caeli virgo ineffabiliter concepit
431 et peperit, et virgo genetrix inviolata permansit ... quod ...
viri coitum nec pertulit omnino nec voluit, sed virginitatem
retinens et mentis et corporis, ab eo, quem conceptura et
paritura erat, donum incorruptae fecunditatis et fecundae
integritatis accepit. ... 13. Haec est gratia qua factum est
398 ut Deus, qui venit peccata tollere, quia *peccatum in eo non*
est [1 Io 3, 5], homo conciperetur atque nasceretur *in simili-*
435 *tudine carnis peccati* [Rom 8, 3], de carne peccati. Caro quippe
Mariae, quae in iniquitatibus humana fuerat sollemnitate con-
cepta, caro fuit utique peccati, quae Filium Dei genuit in
similitudinem carnis peccati. ... Similitudo vero carnis pec-
cati cum in Dei Filio, vel potius Dei Filius in similitudine
397 carnis peccati cum dicitur, credendum est unigenitum Deum
de virginis carne mortali non traxisse peccati sordem, sed
accepisse naturae integram veritatem.

314 17, 24, 47. Sicut ex se ipsa caro vitam non habet, sed 2243
ab anima accipit, sic homo non potest habere fidem, nisi
308 munere Dei donantis acceperit. Sicut etiam ut caro vivat
solius opus est animae, ita quoque ut homo credat solius opus est gratiae; et sicut caro nihil operari potest si eam vivificare anima desinat, sic homo nihil bene velle potest si ab eo gratiae iuvamen abscedat. Ut ergo caro et vivere possit et operari, praesentis animae vivificatione fulcitur; homo quoque ut bonum velit aut faciat, gratiae vivificantis subsidio iugiter adiuvatur.

2237. ML 65, 392. 2238. ML 65, 416. 2239. ML 65, 420. 2240. ML 65, 454.

2241. ML 65, 457. 2242. ML 65, 457. 2243. ML 65, 481.

2244 17, 26, 51. Si quibusdam cognoscentibus Deum, nec tamen 312
sicut Deum glorificantibus [cf. Rom 1, 21], cognitio illa nihil profuit ad salutem, quomodo hi poterunt iusti esse apud Deum, qui sic in suis moribus atque operibus bonitatis aliquid servant, ut hoc ad finem christianae fidei caritatisque non referant?
Quibus aliqua quidem bona, quae ad societatis humanae per- 309
tinent aequitatem, inesse possunt, sed quia non fide et caritate Dei fiunt, prodesse non possunt.

2245 17, 27, 52. Illa quae lex factorum est, quae hominem 312
iustificare non potest, quia *ex operibus legis non iustificabitur omnis caro* [Rom 3, 20], potest quidem naturaliter esse et in corde gentium et in corde infidelium Iudaeorum, quae tamen sine fide Christi nullatenus iustificat sectatores suos, sed eos tenet vinculo impietatis obstrictos.

2246 17, Epilog., 67. Gratia nobis et initium bonae voluntatis 314
donatur ad fidem, et ipsi voluntati adiutorium tribuitur, ut
quod bene vult bene operetur; Deus enim, qui hominem con- 127
didit, ipse praedestinatione sua et donum illuminationis ad 136
credendum et donum perseverantiae ad proficiendum atque permanendum et donum glorificationis ad regnandum quibus dare voluit, praeparavit, quique non aliter perficit in opere, quam in sua sempiterna atque incommutabili habet dispositum voluntate.

2247 18, 4, 9. Christus ergo in sola carne portavit nostram 402
corruptionem, in qua veraciter nostram portavit et mortem.
In anima vero sic perfectam incorruptibilitatem servavit, sicut 397
peccatum nec propagine traxit nec contagione contraxit. Unde 398
et infirmitates animarum nostrarum, quas in sua rationali anima portavit Christus, sine ulla corruptione portavit. Nullus quippe potuit defectus inesse virtutis, ubi infirmitatis susceptione indefessa permansit perfectio caritatis, quae unigenitum Deum fecit usque ad mortem pro nobis accedere, et *confusione contempta* [Hebr 12, 2] crucis opprobrium sustinere. 10. Propter quod tristitiam, maerorem vel quas nostrarum animarum infirmitates habuit Christus, veras quidem, sed voluntarias habuit. Veras scilicet, ut manifestum in se animae rationalis monstraret affectum; voluntarias, ut nostris infirmitatibus adfuturum ostenderet suae virtutis auxilium.

Ad Trasimundum, ca 515.

2248 **L. 3, c. 16.** Ab ipso conceptionis virginalis exordio sic in 383
Christo personalis unitas mansit, et utriusque naturae inconfusa 386 387
veritas perduravit, ut nec homo a Deo divelli nec Deus a

2244. ML 65, 483. 2245. ML 65, 484. 2246. ML 65, 492.
2247. ML 65, 496. 2248. ML 65, 280.

suscepto posset homine separari; nec tamen Deus hominem consumeret, nec homo Deum in aliquo permutaret; et licet in Christi morte carnem morientem fuisset anima desertura, divinitas tamen Christi nec ab anima nec a carne posset separari suscepta.

380 3, 21. In eo magis agnoscatur Domini mirabilis invictaque 2249
clementia, cum probaverimus animae carnisque substantiam
402 ob hoc cum suis passionibus a Deo susceptam, ut, sicut, salvo
403 divinae impassibilitatis statu, voluntaria susceptione mortis in carne sua mortem nostram cognoscitur occidisse, sic voluntaria susceptione tristitiae et timoris ad hoc cognoscatur animam rationalem cum suis passionibus suscepisse, ut animas nostras ab omnibus dignaretur passionibus liberare.

180 3, 35. Ut enim pauca huius operis causa subiciam, dicatur 2250
quid minus habet Spiritus Sanctus quam habet Pater et Filius, qui et initium creationis nostrae cum Patre ac Filio simul fecit, et effectum redemptionis nostrae cum Patre simul Filioque perfecit? Caelum fecisse dicitur Deus; sed, operante Patre, simul et Filius invenitur cooperator et Spiritus Sanctus.

De Trinitate.

149 4. En habes in brevi alium esse Patrem, alium Filium, 2251
alium Spiritum Sanctum; alium et alium in persona, non aliud et aliud in natura; et idcirco *Ego,* inquit, *et Pater unum sumus* [Io 10, 30]. *Unum* ad naturam referre nos docet, *sumus*
146 ad personas. Similiter et illud: *Tres sunt,* inquit, *qui testimonium dicunt in caelo, Pater, Verbum et Spiritus, et hi tres unum sunt* [1 Io 5, 7].

De remissione peccatorum, ca 520.

522 1, 23. Qui non credit intra ecclesiam catholicam cuncta 2252
relaxari posse peccata, ipse sibi remissionem peccatorum denegat, si de hoc saeculo, in eadem cordis impaenitentis duritia perseverans, alienatus ab ecclesiastica societate discedat.

Ad Monimum, ca 520.

370 Prol. *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem ac-* 2253
cepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? [1 Cor 4, 7.] . . . Qui ergo nobis dedit quod reddendo debeamus, ipse nobis donabit facultatem qua possimus reddere quod debemus. Ille igitur auctor est debiti qui auctor est doni, nam et se ipsum sua

2249. ML 65, 284. 2250. ML 65, 300. 2251. ML 65, 500.
2252. ML 65, 547. 2253. ML 65, 151.

largitate dignatus est facere debitorem, non quia indigens ab
aliquo accepit, sed quoniam abundans largiter tribuit.

2254 L. 1, c. 7. Non ergo praedestinati sunt mali ad hoc, quod 140
male operantur, a concupiscentia sua abstracti et illecti, sed
ad hoc, quod iuste patiuntur inviti. Praedestinationis enim 137
nomine non aliqua voluntatis humanae coactitia necessitas
exprimitur, sed misericors et iusta futuri operis divini sem-
piterna dispositio praedicatur. Deo autem *misericordiam et* 136
iudicium [Ps 100, 1] cantat ecclesia, cuius hoc opus est in
homine, ut occulto voluntatis suae, non tamen iniusto consilio,
aut gratuitam misericordiam praeroget misero, aut debitam
iustitiam rependat iniusto.

2255 1, 13. Proinde potuit [Deus], sicut voluit, praedestinare 136
quosdam ad gloriam, quosdam ad poenam. Sed quos prae-
destinavit ad gloriam, praedestinavit ad iustitiam. Quos autem 295
praedestinavit ad poenam, non praedestinavit ad culpam.
Posset enim peccatum aliquod ex praedestinatione Dei esse,
si posset aliquis hominum iuste peccare. Nullus autem ho-
minum iuste peccat, quamvis eum iuste Deus peccare permittat.
Iuste enim deseritur a Deo qui deserit Deum. 344

2256 1, 19. Peccare in hoc homo coepit, in quo a Deo discessit. 288
Scriptum est enim quia *initium superbiae apostatare a Deo*
[Eccli 10, 14]; et alio loco: *Ecce omnes qui se elongant a te,*
peribunt; perdidisti omnes qui fornicantur abs te [Ps 72, 27].
Isti ergo, qui se elongant et fornicantur a Deo, utique pec-
cando pereunt per suam malam voluntatem, quae non est ex
Deo. Perdet autem illos Deus iuste iudicando, quod competit 140
Deo. Non enim eos Deus iudicio perderet, nisi per suas
iniquitates ipsi periissent.

2257 1, 22. Absit hoc a nobis atque ab omnibus Christianis, ut 295
causam cuiuslibet peccati quisquam deputare divinae audeat
aequitati, cum nec malitiae, nec impietatis cuiusquam causa
esse possit, nisi in eo, qui malus atque impius fuerit. Ut ergo
ex malis fiant homines boni, et ex impiis iusti, laudanda est
Dei misericordia; ut autem ex bonis fiant homines mali, aut 139
ex iustis iniqui, si divinae praedestinationis asseritur causa,
erit (quod absit) vituperanda iustitia. Quinimmo nec iustitia
iusta dicetur, si puniendum reum non invenisse, sed fecisse
dicatur. Maior vero erit iniustitia, si lapso Deus retribuit
poenam quem stantem praedestinasse dicitur ad ruinam.

2258 1, 25. Praedixit et promisit [salvator] praemium quo fruentur 120
iusti, non autem promisit sed praedixit supplicium quo punientur 122
iniusti. Neque vero, sicut praedestinavit sanctos ad iustitiam 295
accipiendam, sic praedestinavit iniquos ad eamdem iustitiam 139

2254. ML 65, 157. 2255. ML 65, 162. 2256. ML 65, 167.
2257. ML 65, 169. 2258. ML 65, 172.

amittendam, quia misericors Dominus et iustus potuit gratis
a pravitate liberare quem voluit; pravitatis autem operator
numquam fuit, quia pravus numquam aliquis fuit, nisi in
quantum a Deo discessit. Nec discessurum Deus praedestinavit,
quamvis discessurum cognitio divina praesciverit.

163 3, 7. Sic est Verbum apud Deum, sicut est in mente 2259
verbum, sicut in corde consilium. Cum enim mens apud se
verbum habet, utique cogitando habet, quia nihil aliud est
apud se dicere quam apud se cogitare. Cum ergo mens
cogitat et cogitando verbum intra se generat, de sua sub-
stantia generat verbum, et sic illud verbum generat de se, ut
genitum habeat apud se. Nec minus aliquid habet verbum
quod ex mente nascitur, quam est mens de qua nascitur,
quia, quanta est mens quae generat verbum, tantum est etiam
ipsum verbum. Sicut enim de tota mente nascitur verbum,
sic intra totam permanet natum.

De fide, ad Petrum.

264 Prol. n. 1. *Sine fide impossibile est placere Deo* [Hebr 11, 6]. 2260
Fides est namque bonorum omnium fundamentum, fides est
humanae salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei
362 numerum potest pertinere, quia sine ipsa nec in hoc saeculo
quisquam iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro
vitam possidebit aeternam; et si quis hic non ambulaverit
per fidem, non perveniet ad speciem. Sine fide omnis labor
hominis vacuus est.

149 C. 1, n. 4. Quia in illo uno vero Deo Trinitate, non solum 2261
quod unus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter
verum est, propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est,
179 et in una natura unus est. Per hanc unitatem naturalem totus
Pater in Filio et Spiritu Sancto est, et totus Filius in Patre
et Spiritu Sancto est, totusque Spiritus Sanctus in Patre et
Filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, quia
nemo alium aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine,
aut superat potestate.

426 2, 11. Ab inferis idem Deus homo factus tertia die re- 2262
surrexit, sed in sepulcro secundum solam carnem idem Deus
iacuit, et in infernum secundum solam animam descendit.
Qua de inferis ad carnem die tertia revertente, idem Deus
secundum carnem, qua in sepulcro iacuit, de sepulcro re-
427 surrexit; et quadragesima post resurrectionem die, idem Deus
428 homo factus in caelum ascendens in dextera Dei sedit, inde
in fine saeculi ad iudicandos vivos mortuosque venturus.

2259. ML 65, 204. 2260. ML 65, 671. 2261. ML 65, 673.
2262. ML 65, 677.

2263 2, 22. Iste igitur est, qui in se uno totum exhibuit, quod 418
esse necessarium ad redemptionis nostrae sciebat effectum;
idem scilicet sacerdos et sacrificium, idem Deus et templum:
sacerdos, per quem sumus reconciliati; sacrificium, quo re-
conciliati; templum, in quo reconciliati; Deus, cui reconciliati.

2264 3, 25. Principaliter itaque tene omnem naturam quae non 189
est Trinitas Deus, ab ipsa sancta Trinitate, quae solus verus
et aeternus Deus est, creatam ex nihilo, ac sic *universa in
caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive thronos, sive domi-
nationes, sive principatus, sive potestates* [Col 1, 16], opus atque 195
creaturam esse sanctae Trinitatis, quae est unus Deus rerum
omnium creator et dominus, aeternus, omnipotens, iustus et 102
bonus, habens naturaliter ut semper sit, et ut mutari aliquando 101
non possit. Et hic Deus, qui sine initio semper est, quia 196
summe est, dedit rebus a se creatis ut sint; non tamen sine
initio, quia nulla creatura eiusdem naturae est, cuius est Tri-
nitas unus verus et bonus Deus, a quo creata sunt omnia.

2265 3, 30. Angeli ergo atque homines, pro eo quod rationales 353
facti sunt, aeternitatis ac beatitudinis donum in ipsa naturae
spiritalis creatione divinitus acceperunt, ita scilicet ut, si di-
lectioni creatoris sui iugiter inhaesissent, simul aeterni beatique
mansissent, si vero propriae libertatis arbitrio contra summi 203
creatoris imperium suam niterentur facere voluntatem, protinus 221
a contumacibus beatitudo discederet, et ad supplicium iis re-
linqueretur aeternitas misera, erroribus deinceps doloribusque
crucianda. Et de angelis quidem hoc disposuit et implevit, 410
ut, si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, numquam
eam divino munere repararet.

2266 3, 31. Pars itaque angelorum, quae a suo creatore Deo, 208
quo solo bono beata fuit, voluntaria prorsus aversione discessit,
aequitatis supernae iudicio initium suae damnationis in ipsa 591
aversione voluntatis invenit; ut non aliud ei esset incipere
iam puniri, quam illius beatifici boni dilectione destitui, quam
Deus in aeterno sic totam praecepit remanere supplicio, ut
etiam ignem ei aeternum pararet; in quo illi omnes prae- 593
varicatores angeli nec mala voluntate possint umquam carere
nec poena, sed permanente in iis iniustae aversionis malo per-
maneat etiam iustae retributionis aeterna damnatio. Horum 299
malorum princeps diabolus primos homines, quos ad peccati
praecipitium invidus duxit, non iis tantum, sed et universae
propagini eorum cum vitio peccati meritum mortis inseruit.
Deus autem misericors et iustus, sicut diabolo et angelis eius
propria cadentibus voluntate, ceteros angelos in suae dilectionis 207
aeternitate firmavit, sic etiam humani generis massam non 136

2263. ML 65, 682. 2264. ML 65, 683. 2265. ML 65, 686.
2266. ML 65, 687.

totam in sempiternum perire permisit, sed quos voluit eius
gratuita bonitas, repulsis tenebris, in quibus omnis humana
nativitas peccati originalis condemnatione versatur, reducendos
praedestinavit ad lucem.

599 3, 35. Erit enim etiam iniquorum resurrectio, sed sine 2267
610 immutatione, quam solis fidelibus et ex fide iuste viventibus
daturus est Deus. Hoc est enim quod ait beatus Paulus:
Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur [1 Cor
15, 51]. Ostendens autem iustos divino munere commutandos,
ait: *Et nos immutabimur* [ib. 52]. Habebunt ergo iniqui cum
iustis resurrectionem carnis communem, immutationis tamen
gratiam non habebunt, quae dabitur iustis, quoniam a cor-
poribus impiorum non auferetur corruptio et ignobilitas et
infirmitas in quibus seminantur; quae ob hoc morte etiam
594 non exstinguentur, ut illud iuge tormentum corpori atque
animae sit mortis aeternae supplicium.

584 3, 36. Tempus vero acquirendi vitam aeternam in ista 2268
tantum vita Deus hominibus dedit, ubi voluit esse etiam paeni-
tentiam fructuosam. Ideo autem hic paenitentia fructuosa
est, quia potest hic homo deposita malitia bene vivere, et,
mutata voluntate iniusta, merita simul operaque mutare et in
timore Dei ea gerere, quae placeant Deo.

470 3, 41. Ex illo tempore quo salvator noster dixit: *Si quis* 2269
*renatus non fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire
in regnum Dei* [Io 3, 5], absque sacramento baptismatis, praeter
472 eos qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo
sanguinem fundunt, nec regnum caelorum potest quisquam
469 accipere nec vitam aeternam. Quia sive in Catholica sive in
haeresi quacumque vel schismate quisquam in nomine Patris
et Filii et Spiritus Sancti baptismi sacramentum acceperit,
47 integrum sacramentum accipit; sed salutem, quae virtus est
sacramenti, non habebit, si extra catholicam ecclesiam ipsum
sacramentum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire,
446 non ut sacramentum baptismatis iterum accipiat, quod nemo
444 debet in quolibet homine baptizato repetere, sed ut in socie-
tate catholica vitam aeternam accipiat, ad quam obtinendam
numquam esse potest idoneus qui cum sacramento baptismatis
ab ecclesia catholica remanserit alienus.

416 19, 60. Firmissime tene, et nullatenus dubites, ipsum uni- 2270
genitum Deum Verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse
sacrificium et *hostiam Deo in odorem suavitatis* [Eph 5, 2]; cui
cum Patre et Spiritu Sancto a patriarchis et prophetis et
sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificaban-
519 tur; et cui nunc, id est, tempore novi testamenti, cum Patre

2267. ML 65, 688. 2268. ML 65, 689. 2269. ML 65, 692.
2270. ML 65, 699.

et Spiritu Sancto, cum quibus illi est una divinitas, sacrificium 512
panis et vini, in fide et caritate sancta catholica ecclesia per
universum orbem terrae offerre non cessat. . . . In illis ergo 514
sacrificiis quid nobis esset donandum figurate significabatur;
in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit evidenter 518
ostenditur. In illis sacrificiis praenuntiabatur Filius Dei pro
impiis occidendus; in hoc autem pro impiis annuntiatur occisus.

2271 27, 68. Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum 470
homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive 306
in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam
de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod
datur in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, de hoc 465
saeculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos.

2272 32, 73. Firmissime tene, et nullatenus dubites, posse qui- 309
dem hominem, quem nec ignorantia litterarum nec aliqua
prohibet imbecillitas vel adversitas, verba sanctae legis et
evangelii sive legere sive ex ore cuiusquam praedicatoris
audire; sed divinis mandatis oboedire neminem posse nisi 308
quem Deus gratia sua praevenerit, ut quod audit corpore
etiam corde percipiat, et accepta divinitus bona voluntate
atque virtute mandata Dei facere et velit et possit.

2273 36, 77. Firmissime tene, et nullatenus dubites, sacramen- 469
tum baptismatis non solum intra ecclesiam catholicam, sed
etiam apud haereticos qui in nomine Patris et Filii et Spiritus
Sancti baptizant, esse posse, sed extra ecclesiam catholicam
prodesse non posse; immo sicut intra ecclesiam recte cre- 47
dentibus per sacramentum baptismi conferri salutem, sic extra
ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, eodem
baptismo cumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiasticae societatis unitas ad salutem, ut baptismo non salvetur
cui non ibi datur ubi oportet ut detur.

2274 37, 78. Firmissime tene, et nullatenus dubites, omnem 47
extra ecclesiam catholicam baptizatum participem fieri non
posse vitae aeternae, si ante finem vitae huius catholicae non
fuerit redditus atque incorporatus ecclesiae.

2275 38, 79. Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum 45
omnes paganos, sed etiam omnes Iudaeos, et omnes haereticos
atque schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam praesentem
finiunt vitam, in ignem aeternum ituros, *qui paratus est diabolo
et angelis eius* [Mt 25, 41].

2271. ML 65, 701. 2272. ML 65, 702.
2273. ML 65, 703. 2274. ML 65, 703.
2275. ML 65, 704.

Epistula episcoporum africanorum in Sardinia exsulum, 523.

(Apud *Fulg.*, Ep. 15.)

308 5. Sic est ipsum liberum hominis arbitrium absque dono 2276
325 gratiae, sicut est oculus sine luce. Nam et oculus ad videndum
factus est, sed, nisi lumen acceperit, non videbit. Illa autem
est *lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum* [Io 1, 9]; illuminat autem hominem, se ipsam dando
per gratiam. Sicut ergo corporis oculus semper indiget lumen
accipere, ut ipsum lumen possit adspicere, sic et libero arbitrio
hominis nulla potest gratiae suffragari cognitio, nisi detur
ipsius gratiae spiritalis infusio.

347 10. De gratia vero non digne sentit quisquis eam putat 2277
omnibus hominibus dari, cum non solum *non omnium* sit *fides*
[2 Thess 3, 2], sed adhuc nonnullae gentes inveniantur ad
quas fidei praedicatio non pervenit. Beatus autem apostolus
dicit: *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient
sine praedicante?* [Rom 10, 14.] Non itaque gratia omnibus
datur, quandoquidem ipsius gratiae participes esse non possunt
qui fideles non sunt, nec possunt credere ad quos invenitur
343 ipse fidei auditus minime pervenisse. Ipsa vero gratia quibuscumque datur, non aequaliter datur, sed *secundum mensuram
donationis Christi* [Eph 4, 7], et *unicuique sicut Deus divisit
mensuram fidei* [Rom 12, 3], qui non hominum personas accipit,
sed *omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens* propria
singulis prout vult [1 Cor 12, 11].

352 11. Quod autem vos dicitis sola Dei misericordia salvari 2278
hominem; illi autem dicunt, nisi quis propria voluntate cucurrerit et elaboraverit, salvus esse non poterit: digne utrumque tenetur, si ordo rectus servetur divinae misericordiae et
voluntatis humanae, ut illa praeveniat, haec sequatur; sola
314 Dei misericordia initium salutis conferat, cui deinde voluntas
327 hominis cooperatrix suae salutis exsistat, ut misericordia Dei
praeveniens voluntatis humanae dirigat cursum, et humana
328 voluntas oboediens, eadem misericordia subsequente, secundum
329 intentionem currat ad bravium; ac per hoc humana voluntas,
in eo quod currit utiliter et laborat, ex Dei misericordia sibi
esse donum cursus ac laboris agnoscat, nec sit ingrata misericordiae, per quam salutis accipit initium, ut per ipsam perveniat ad plenum sempiternae salutis effectum, quia tunc erit
bona, si Dei praeveniatur dono, et tunc permanebit bona, si
eius non destituatur auxilio.

2276. ML 65, 436. 2277. ML 65, 438. 2278. ML 65, 439.

PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAGITA, ca 500.

Epistulae.

2279 Ep. 4. Ἵνα συνελόντες εἴπωμεν, οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν [ὁ Ἰη- 391 σοῦς], οὐχ ὡς μὴ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονώς. Καὶ τὸ λοιπόν, οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, οὐ τὰ ἀνθρώπεια κατὰ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνδρωθέντος Θεοῦ, καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος.

De divinis nominibus.

2280 C. 2, n. 4. Ἐπὶ τῆς ἑνώσεως τῆς θείας ἤτοι τῆς ὑπερουσιό- 15 τητος, ἡνωμένον μὲν ἔστι τῇ ἐναρχικῇ Τριάδι, καὶ κοινὸν ἡ ὑπερούσιος ὕπαρξις, ἡ ὑπέρθεος θεότης, . . . τὸ ἄφθεγκτον, τὸ πολύφωνον, ἡ ἀγνωσία, τὸ παννόητον, ἡ πάντων θέσις, ἡ πάντων ἀφαίρεσις, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν καὶ θέσιν καὶ ἀφαίρεσιν, ἡ ἐν ἀλλήλαις, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων 148 μονή, καὶ ἵδρυσις, ὁλικῶς ὑπερηνωμένη, καὶ οὐδενὶ μέρει συγκεχυμένη, καθάπερ φῶτα λαμπτήρων, ἵνα αἰσθητοῖς καὶ οἰκείοις χρήσωμαι παραδείγμασιν, ὄντα ἐν οἴκῳ ἑνί, καὶ ὅλα ἐν ἀλλήλοις ὅλοις ἐστίν, ἀκραιφνῆ καὶ ἀκριβῆ τὴν ἀπ' ἀλλήλων ἰδικῶς ὑφισταμένην ἔχει διάκρισιν, ἡνωμένα τῇ διακρίσει, καὶ τῇ ἑνώσει διακεκριμένα.... Ἀλλὰ καὶ εἰ τὸν ἕνα τις τῶν πυρσῶν ὑπεξαγάγοι τοῦ δωματίου, συνεξελεύσεται καὶ τὸ οἰκεῖον ἅπαν φῶς οὐδέν τι τῶν ἑτέρων φωτῶν ἐν ἑαυτῷ συνεπισπώμενον,

---

2279 4. Ut summatim dicamus, neque homo erat [Iesus], non quod 391 non fuisset homo, sed quod, ex hominibus natus, homines superet et supra hominem vere homo factus sit. Ceteroquin divina non qua Deus patrabat, neque humana qua homo, sed qua Deus incarnatus, novam quamdam theandricam operationem nobis instituens.

2280 2, 4. In divina unione seu supersubstantialitate unitum quidem 150 est ac commune summe uni Trinitati superessentialis exsistentia, et superdivina divinitas, . . . ineffabilitas et multivocatio, incomprehensibilitas et perfecta intellegibilitas, omnium positio et omnium ablatio, supra omnem positionem et ablationem divinarum personarum in se ipsis, si ita loqui fas est, mutua mansio et collocatio, in 148 totum perfecte copulata in unum. et non confusa in ulla parte; sicut, ut exemplis sensibilibus et familiaribus utar, lumina lampadum, quae sunt in una domo, et tota sunt in se totis vicissim, non permixta, ac per se exsistunt perfecte inter se mutuo singillatim distincta, coniuncta in unum discrete et discreta coniunctim. Quinimmo si quis unam lampadem educat e domo, simul exibit totum proprium lumen, nihil quidquam ceterorum luminum in se

---

2279. MG 3, 1072. 2280. MG 3, 641.

ἢ τοῦ ἑαυτοῦ τοῖς ἑτέροις καταλεῖπον· ἦν γὰρ αὐτῶν, ὅπερ ἔφην, ἡ ὅλων πρὸς ὅλα παντελὴς ἕνωσις ἀμιγὴς καθόλου, καὶ οὐδενὶ μέρει συμπεφυρμένη.

881 2, 9. Ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστία, καὶ ἄρρητός ἐστι 2281 λόγῳ παντί, καὶ ἄγνωστος νῷ παντί, καὶ αὐτῷ τῷ πρωτίστῳ τῶν πρεσβυτάτων ἀγγέλων. Καὶ τὸ μὲν ἀνδρικῶς αὐτὸν οὐσιωθῆναι, μυστικῶς παρειλήφαμεν· ἀγνοοῦμεν δὲ ὅπως ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ διεπλάττετο, καὶ ὅπως ἀβρόχοις ποσί, σωματικὸν ὄγκον ἔχουσι καὶ ὕλης βάρος, ἐπεπόρευτο τὴν ὑγρὰν καὶ ἄστατον οὐσίαν· καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τῆς ὑπερφυοῦς ἐστιν Ἰησοῦ φυσιολογίας.

193 4, 10. Παρρησιάσεται δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ ἀληθὴς λόγος, 2282 ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν πάντων ἐρᾷ, πάντα ποιεῖ, πάντα τελειοῖ, πάντα συνέχει, πάντα ἐπιστρέφει, καὶ ἔστι καὶ ὁ θεῖος ἔρως ἀγαθὸς ἀγαθοῦ διὰ τὸ ἀγαθόν.

193 4, 14. Τί δὲ ὅλως οἱ θεολόγοι βουλόμενοι, ποτὲ μὲν ἔρωτα 2283
116 καὶ ἀγάπην αὐτόν φασι, ποτὲ δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητόν; Τοῦ μὲν γὰρ αἴτιος, καὶ ὥσπερ προβολεὺς καὶ ἀπογεννήτωρ· τὸ δὲ αὐτός ἐστι. Καὶ τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· ἢ ὅτι αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτῷ ἐστι προαγωγικὸς καὶ κινητικός. Ταύτῃ δὲ ἀγαπητὸν μὲν καὶ ἐραστὸν αὐτὸ καλοῦσιν, ὡς καλὸν καὶ ἀγαθόν·

---

ipso simul trahens, neque quidquam sui illis relinquens: erat enim illorum, ut dixi, totorum ad tota perfecta coniunctio, mera penitus et nulla ex parte confusa.

881 2, 9. Divina ipsius Iesu e natura nostra formatio, et ineffabilis 2281 est sermone omni, nullique nota intellegentiae, etiam ipsi antiquissimorum angelorum primati. Atque eum quidem viri formam et substantiam assumpsisse, mystice accepimus; sed ignoratur, quomodo ex virginis sanguine alia quam naturae lege sit efformatus, quove pacto siccis pedibus, qui corporis molem et materiae pondus haberent, liquidam perambulaverit fluxamque substantiam, aliaque perfecerit quae supernaturalem Iesu naturam indicant.

193 4, 10. Audebit et hoc dicere verus sermo, quod ipse qui est 2282 omnium causa, propter excellentiam bonitatis omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, omnia convertit ad se; et est divinus amor bonus boni propter bonum.

193 4, 14. Quid porro tandem significare volunt theologi, cum ali- 2283
116 quando quidem eum vocant amorem et dilectionem, aliquando vero amabilem et dilectum? Illius quidem auctor est et tamquam productor et generator, hoc autem ipse est, illo quidem movetur, hoc autem movet, quia se ipse adducit, et sibi adducit et movet. Dilectum et amabilem eum vocant, sicut pulchrum et bonum;

2281. MG 3, 648. 2282. MG 3, 708.
2283. MG 3, 712.

ἔρωτα δὲ αὖθις καὶ ἀγάπην, ὡς κινητικὴν ἅμα καὶ ὡς ἀναγωγὸν δύναμιν ὄντα ἐφ' ἑαυτόν, τὸ μόνον αὐτὸ δι' ἑαυτὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν, καὶ ὥσπερ ἔκφανσιν ὄντα ἑαυτοῦ δι' ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἐξῃρημένης ἑνώσεως ἀγαθὴν πρόοδον, καὶ ἐρωτικὴν κίνησιν, ἁπλῆν, αὐτοκίνητον, αὐτενέργητον, προοῦσαν ἐν τἀγαθῷ, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ τοῖς οὖσιν ἐκβλυζομένην, καὶ αὖθις εἰς τἀγαθὸν ἐπιστρεφομένην. Ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀτελεύτητον ἑαυτοῦ καὶ ἄναρχον ὁ θεῖος ἔρως ἐνδείκνυται διαφερόντως, ὥσπερ τις ἀΐδιος κύκλος, διὰ τἀγαθόν, ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ ἐν τἀγαθῷ, καὶ εἰς τἀγαθόν, ἐν ἀπλανεῖ συνελίξει περιπορευόμενος, καὶ ἐν ταὐτῷ, καὶ κατὰ τὸ αὐτό, καὶ προϊὼν ἀεί, καὶ μένων, καὶ ἀποκαθιστάμενος.

2284 7, 3. Ἐπὶ δὲ τούτοις ζητῆσαι χρὴ πῶς ἡμεῖς Θεὸν γινώ- 109
σκομεν, οὐδὲ νοητόν, οὐδὲ αἰσθητόν, οὐδέ τι καθόλου τῶν
ὄντων ὄντα. Μήποτε οὖν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι Θεὸν γινώσκομεν
οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως (ἄγνωστον γὰρ τοῦτο, καὶ πάντα
λόγον καὶ νοῦν ὑπεραῖρον), ἀλλ' ἐκ τῆς πάντων τῶν ὄντων 113 114
διατάξεως, ὡς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης, καὶ εἰκόνας τινὰς καὶ 115
ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων ἐχούσης, εἰς τὸ ἐπέκεινα πάντων ὁδῷ καὶ τάξει κατὰ δύναμιν ἄνειμεν ἐν τῇ πάντων ἀφαιρέσει καὶ ὑπεροχῇ, καὶ ἐν τῇ πάντων αἰτίᾳ.

2285 10, 1. Τὸ μὲν γὰρ [παντοκράτωρ ὁ Θεός] λέγεται διὰ τὸ 235
πάντων αὐτὸν εἶναι παντοκρατορικὴν ἕδραν, συνέχουσαν καὶ

---

amorem vero et dilectionem, tamquam vim motricem et sursum trahentem ad se, qui solus est, ipsum per se pulchrum et bonum, et tamquam manifestationem sui ipsius per se ipsum, et ut benignum processum eximiae illius unionis, et amatoriam motionem, simplicem, per se mobilem, per se operantem, praeexsistentem in bono, et ex bono in ea quae sunt redundantem ac rursus ad bonum revertentem. Qua in re et fine et principio se carere divinus amor excellenter ostendit, tamquam sempiternus circulus, propter bonum, ex bono, in bono, et ad bonum, indeclinabili conversione circumiens, in eodem et secundum idem, et procedens semper et manens et remeans.

2284 7, 3. Praeterea quaerendum est quomodo Deum cognoscamus, 109
qui neque sensu percipitur nec intellectu, et nihil omnino est ex iis quae sunt. An non potius vere dicatur quod Deum non cognoscimus ex natura eius (id enim quod natura eius est, incognitum
est, et omnem rationem et mentem superat), sed ex ordine omnium 113
rerum, tamquam ab ipso proposito, et imagines quasdam et simili- 114 115
tudines exemplarium eius divinorum in se habente, ad cognoscendum illud summum bonum et omnium bonorum finem, via et ordine pro viribus ascendimus, in ablatione et superlatione omnium et in omnium causa

2285 10, 1. [Omnitenens Deus] quidem dicitur, quod ipse sit omnium 235
sedes, omnia continens atque complectens, et cuncta stabiliens,

---

2284. MG 3, 869. 2285. MG 3, 936.

περιέχουσαν τὰ ὅλα, καὶ ἐνιδρύουσαν, καὶ θεμελιοῦσαν, καὶ περισφίγγουσαν, καὶ ἀρραγὲς ἐν ἑαυτῇ τὸ πᾶν ἀποτελοῦσαν, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ ὅλα, καθάπερ ἐκ ῥίζης παντοκρατορικῆς, προάγουσαν, καὶ εἰς ἑαυτὴν τὰ πάντα, καθάπερ εἰς πυθμένα παντοκρατορικόν, ἐπιστρέφουσαν καὶ συνέχουσαν αὐτά.

De ecclesiastica hierarchia.

125 C. 1, n. 3. Ταύτῃ δὲ τῇ πάντων ἐπέκεινα θεαρχικωτάτῃ 2286
136 μακαριότητι, τῇ τρισσῇ τῇ μονάδι τῇ ὄντως οὔσῃ, κατὰ τὸ
ἡμῖν μὲν ἀνέφικτον, αὐτῇ δὲ ἐπιστητόν, θέλημα μέν ἐστιν ἡ
358 λογικὴ σωτηρία καθ' ἡμᾶς τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσιῶν· ἡ δὲ
οὐχ ἑτέρως γενέσθαι δύναται, μὴ θεουμένων τῶν σῳζομένων. Ἡ δὲ θέωσίς ἐστιν ἡ πρὸς Θεόν, ὡς ἐφικτόν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις.

555 C. 5, n. 3, § 1. Κοινὰ μὲν ἔστι τοῖς ἱεράρχαις τε καὶ ἱερεῦσι 2287
καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς
τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγή, καὶ ὑπόπτωσις, ἡ τῆς
561 ἱεραρχικῆς χειρὸς ἐπίθεσις, ἡ σταυροειδὴς σφραγίς, ἡ ἀνάρρησις,
556 ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός· ἐξαίρετα δὲ καὶ ἔκκριτα τοῖς ἱεράρχαις
μὲν ἡ τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἐπίθεσις, οὐκ ἐχόντων τοῦτο τῶν ὑφειμένων ταγμάτων· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν ἡ ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν κλίσις, οὐκ ἐχούσης τοῦτο τῆς τῶν λειτουργῶν τελειώσεως· οἱ γὰρ λειτουργοί, καθὼς εἴρηται, τὸν ἕνα κλίνουσιν τοῖν ποδοῖν μόνον.

---

fundans atque constringens, et universum insolubile in se ipso praestans, et ex se, veluti ex omnitenente radice, cuncta producens, atque ad se, tamquam ad fundum, omnitenens, universa convertens et continens.

125 1, 3. Huic omnia transcendenti divinissimae beatitudini, trinae 2286
136 unitati, vere exsistenti, modo quidem nobis incomprehenso, illi
autem notissimo, in votis quidem est rationalis creaturae salus,
358 tam nostra quam mentium supernarum; verumtamen haec salus
iis, qui salvantur, nonnisi deificatis potest obtingere. Est autem haec deificatio, Deo quaedam, quoad fieri potest, assimilatio unioque.

555 5, 3, 1. Communia quidem sunt et pontificibus et sacerdotibus 2287
et ministris, cum consecrantur, accessus ad divinum altare, genuum
561 flexio, pontificiae manus impositio, crucis impressio, praedicatio,
556 perficiens salutatio; praecipua vero et episcopis propria est scriptu-
rarum supra caput impositio, quod inferiores ordines non habent; sacerdotibus autem utriusque pedis inclinatio, quo caret consecratio ministrorum; ministri enim, ut dictum est, alterum tantum genu flectunt.

2286. MG 3, 373. 2287. MG 3, 509.

S. LEONTIUS BYZANTINUS, ca 485—ca 543.

Contra Nestorianos et Eutychianos, 529/44.

2287a L. 1. Οὐ ταὐτόν, ὦ οὗτοι, ὑπόστασις καὶ ἐνυπόστατον, 385
ὥσπερ ἕτερον οὐσία καὶ ἐνούσιον· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τὸν τινὰ δηλοῖ, τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὴν οὐσίαν· καὶ ἡ μὲν ὑπόστασις πρόσωπον ἀφορίζει τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι· τὸ δὲ ἐνυπόστατον τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς δηλοῖ ὃ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρεῖται. . . . Ὁ τοίνυν λέγων· Οὐκ ἔστιν φύσις ἀνυπόστατος, ἀληθὲς μὲν λέγει· οὐ μὴν ὀρθῶς συμπεραίνει, τὸ μὴ ἀνυπόστατον συνάγων εἰς τὸ ὑπόστασιν εἶναι. . . . Ἀνυπόστατος μὲν οὖν φύσις, τουτέστιν οὐσία, οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Οὐ μὴν ἡ φύσις ὑπόστασις, ὅτι μηδὲ ἀντιστρέφει.

2287b 1. Τέλειος μὲν γάρ ἐστιν ὁ Λόγος, καὶ πλήρης καὶ παρεκτικὸς 385
τελειότητος· τελεία δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή, ὡς πρὸς τὸν ὅρον τῆς ὑπάρξεως. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Λόγος τέλειος Χριστός, κἂν τέλειος εἴη Θεός, μὴ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτῷ συντεταγμένης· οὔτε ἡ ψυχὴ τέλειος ἄνθρωπος, κἂν τελείαν ἔχει οὐσίαν, μὴ τοῦ σώματος αὐτῇ συνεπινοουμένου.

2287c 1. Ἡμεῖς κατὰ τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς πατροπαραδότους 392
θεωρίας, πολλάκις τὸ ὅλον ἐκ μέρους, καὶ τὰ μέρη τῇ τοῦ ὅλου κλήσει προσαγορεύομεν, Υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Λόγον ὀνομάζοντες καὶ Κύριον τῆς δόξης ἐσταυρῶσθαι ὁμολογοῦντες. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῇ ἀντιδόσει τῶν ἰδιωμάτων ἀναιροῦμεν

2287a 1. Non est idem, o viri, hypostasis et enhypostatum, sicut aliud 385
est substantia et aliud esse in substantia; nam hypostasis aliquem unum declarat, esse autem enhypostatum declarat substantiam; et hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus, enhypostatum vero significat non esse accidens quod in alio habet ut sit, et non in se cernitur. . . . Qui igitur dicit: Non est natura sine hypostasi, verum dicit; non tamen recte concludit, cum concludit quod non est sine hypostasi esse hypostasin. . . . Natura igitur, id est, substantia, numquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis, quia neque convertitur.

2287b 1. Perfectum namque est Verbum, et plenum et praebens per- 385
fectionem; perfecta autem est anima hominis, quantum ad definitionem essentiae suae. Sed neque Verbum est perfectus Christus, non unita sibi humanitate, quamvis perfectus Deus sit, nec anima perfectus homo est, licet perfectam substantiam habeat, corpore non simul cum ea cogitato.

2287c 1. Nos secundum divinas scripturas et speculationes a patribus 392
traditas, saepe totum ex parte et partem nomine totius afficimus, cum Verbum Filium hominis nominamus et Dominum gloriae crucifixum confitemur. Sed non propterea communicatione idio-

---

2287a. MG 86, 1, 1277. 2287b. MG 86, 1, 1281.
2287c. MG 86, 1, 1289.

385 τὸν ἴδιον λόγον τῆς θατέρου ἐν ταὐτῷ ἰδιότητος. Πρὸς δὲ καὶ διὰ κυρίων ἡμῖν ταῦτα τῶν ὀνομάτων γνωρίζεται, τὴν μὲν ἀντίδοσιν τῶν ἰδιωμάτων ἐν τῇ μιᾷ ὑποστάσει θεωροῦσι, τὴν
383 δὲ ἰδιότητα τὴν ἐν τῇ κοινότητι ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν φύσεων ἐπιγινώσκουσιν.

ZACHARIAS MITYLENUS, saec. VI.

De mundi opificio.

196 Χριστιανός. Ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν 2288
συνομολογοῦμεν. — Ἀμμώνιος. Ναί. — Χ. Συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸν κόσμον εἶναι ὑποτοπάζετε; — Α. Πάνυ γε. — Χ. Τὰ συναΐδια τῶν ἅμα ἐστί. — Α. Πῶς γὰρ οὔ; — Χ. Τὰ ἅμα ὄντα, ἐξ-αλλήλων ἔχειν αἰτίαν οὐ δύναται ποιητικήν; — Α. Οὔ. — Χ. Ὁ ἄρα κόσμος συναΐδιος ὢν τῷ Θεῷ, καθ' ὑμᾶς, ἐκ Θεοῦ ἔχειν ποιητικὴν αἰτίαν οὐ δύναται· ἀλλὰ μὴν ποιητικὸν τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου ἐλέγχομεν. — Α. Ναί. — Χ. Οὐκ ἄρα συναΐδιος ἔσται τῷ Θεῷ ὁ κόσμος. Πᾶν γὰρ ποίημα τοῦ ποιήσαντος δευτερεύει αἰτίᾳ καὶ χρόνῳ.

S. SOPHRONIUS, † 638.

Epistula synodica ad Sergium Constplt., 634.

390 Πᾶσαν φωνὴν καὶ ἐνέργειαν, κἂν θεία τις ᾖ καὶ οὐράνιος, 2289
ἢ ἀνθρωπίνη τε καὶ ἐπίγειος, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ προϊέναι Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ δογματίζομεν, καὶ τῆς μιᾶς αὐτοῦ συνθέτου

---

matum tollimus propriam rationem proprietatis alterutrius in eodem.
385 Deinde haec etiam nobis per propria nomina declarantur, cum communicationem quidem idiomatum in una hypostasi contem-
383 plamur, proprietatem vero quae est in communitate, in differentia naturarum agnoscimus.

196 *Christianus.* Effectorem et causam mundi Deum pariter con- 2288
fitemur. — *Ammonius.* Sane. — *C.* Coaeternum Deo mundum esse suspicamini? — *A.* Maxime. — *C.* Coaeterna sunt de eorum genere quae sunt simul. — *A.* Quidni? — *C.* Quae sunt simul, alia ex aliis causam habere effectricem non queunt? — *A.* Non. — *C.* Mundus igitur coaeternus cum sit Deo, vestro suffragio, ex Deo habere effectricem causam non potest. Atqui effectorem Deum mundi dicebamus. — *A.* Certe. — *C.* Non igitur coaeternus erit Deo mundus. Omne enim effectum effectore posterius est causa et tempore

390 Omnem vocem et operationem, sive divina quaedam sit et cae- 2289
lestis, sive humana et terrena, ex uno eodemque Christo et Filio procedere edocemus, et ex una composita et singulari subsistentia,

---

2288. MG 85. 1113. 2289. MG 87, 3, 3172.

καὶ μοναδικῆς ὑποστάσεως, ὃς σεσαρκωμένος τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐτύγχανεν, ὁ καὶ ἑκατέραν ἀμερίστως καὶ ἀσυγχύτως ἐνέργειαν κατὰ τὰς ἑαυτοῦ φύσεις ἐξ ἑαυτοῦ φυσικῶς προβαλλόμενος. . . .
Ἦν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα· οὐκ ἐπειδήπερ φύσις 408
ἦν οὐκ ἀνθρώπειος, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἑκουσίως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς ἑκουσίως αὐτὰ προσεδέχετο· καὶ οὐ τυραννικῶς ἢ ἀναγκαστῶς ἔστιν ὅτε καθ' ἡμᾶς καὶ ἀβουλήτως, ἀλλ' ἡνίκα καὶ ὅσον ἐβούλετο. . . . Τὰ δὲ θεῖα καὶ λαμπρὰ καὶ ὑπέρτατα, . . . ὁποίαπερ ἦν ἡ ἄσπορος σύλληψις, ἡ Ἰωάννου ἐγγάστριος σκίρτησις, ὁ τόκος ὁ ἄφθορος, ἡ παρθενία ἡ 432
ἄχραντος, ἡ πρὸ τοῦ τόκου καὶ ἐν τῷ τόκῳ καὶ μετὰ τὸν τόκον ἀλώβητος, . . . ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀπὸ γῆς πολυθαύματος καὶ 427
ἐνσώματος ἄνοδος, . . . ἅπερ ἅπαντα ὑπὲρ λόγον καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην τελούμενα, τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου θείας οὐσίας καὶ φύσεως ὁμολογουμένως ὑπῆρχε τεκμήρια, εἰ καὶ διὰ σαρκὸς ἐνηργεῖτο καὶ σώματος, καὶ οὐ δίχα σαρκὸς λογικῶς ἐψυχωμένης 378
ἐπράττετο. . . . Καὶ γὰρ ἀληθῶς ὁ Λόγος σεσάρκωται, καὶ 376
ἀψευδῶς σαρκωθεὶς σεσωμάτωται, καὶ εἷς Υἱὸς ἐγινώσκετο ὁ πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ προφέρων ἐνέργειαν θείαν τε καὶ ἀνθρώπειον.

2290 [Ἀνάθεμα] Θεμίστιος ὁ τῆς ἀγνοίας πατὴρ καὶ γεννήτωρ καὶ 404
σπορεὺς ἀθεσμότατος, ὃς ἀγνοεῖν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν τὴν ἡμέραν ἐφληνάφει τῆς κρίσεως, ἀγνοῶν ἅπερ αὐτὸς ὁ θεήλατος ἔφασκε, καὶ μὴ εἰδὼς ἅπερ ἀμφιγνοῶν ἀνεφθέγγετο. Εἰ μὴ γὰρ ἠγνόει τῶν οἰκείων λόγων τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν τὴν

---

quod incarnatum Dei Verbum exstabat, quod utramque inseparabiliter et inconfuse operationem secundum naturas suas a seipso naturaliter proferebat. . . . Erant humana eius ultra hominem, non 408
quod natura non erat humana, sed quia sponte factus est homo; et homo factus sponte haec recipiebat, et non tyrannice vel necessitate, ut nos plerumque, et involuntarie, sed quando et quantum volebat. . . . Illa vero divina praeclaraque et sublimia, . . . cuiusmodi erant inseminata conceptio, Ioannis intra uterum exsultatio, partus ipse incorruptibilis, illibata virginitas quae ante partum et 432
in partu et post partum est intemerata, . . . in caelum a terra 427
peradmirabilis et corporalis ascensio, . . . quae omnia, ultra naturam et sermonem humanum effecta, divinae Dei Verbi essentiae et naturae profecto exsistebant indicia, etsi per carnem agebantur et corpus, neque sine carne rationaliter animata gerebantur. . . . Et- 378
enim Verbum veraciter caro factum est et absque mendacio cor- 376
poratum est, atque unus Filius cognoscebatur qui omnem ex se proferebat operationem, divinam et humanam.

2290 [Anathema] Themistius, qui fuit ignorantiae pater et genitor atque 404
seminator nefandissimus, qui Christum verum Deum nostrum diem iudicii nescisse delirabat, nesciens quae ipse iam a Deo proiectus assereret, et non recognoscens quae ignorando loquebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non utique letiferam

---

2290. MG 87, 3, 3192.

ὀλέθριον ἄγνοιαν τέτοκε, καὶ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἄγους θερμῶς ὑπερήσπιζεν, ἀγνοεῖν τὸν Χριστόν, οὐ καθὸ Θεὸς ὑπῆρχεν ἀΐδιος, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, τὴν ἡμέραν τῆς συντελείας καὶ κρίσεως ἐξ ἀφρόνων φρενῶν ἐρευγόμενος.

MISSALE GOTHICUM SEU GOTHICO-GALLICANUM,

saec. VI vel VII.

Missa in assumptione B. M. Virginis.

436 *Contestatio.* Dignum et iustum est, omnipotens Deus, nos 2290a
tibi magnas merito gratias agere, tempore celeberrimo, die prae ceteris honorando, quo fidelis Israel egressus est de Aegypto, quo virgo Dei genetrix de mundo migravit ad
435 Christum. Quae nec de corruptione suscepit contagium, nec resolutionem pertulit in sepulcro; pollutione libera, germine
430 gloriosa, assumptione secura, paradiso dote praelata; nesciens damna de coitu, sumens vota de fructu; non subdita dolori per partum, non labori per transitum, nec vita voluntate, nec funus solvitur vi naturae.

S. GREGORIUS I MAGNUS, 540—604.

Epistulae.

13 (L. 1) ep. 25 [Ioanni Cstplt. et ceteris patriarchis]. Sicut sancti 2291
64 evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere et venerari me fateor: nicaenum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit, et cuiuslibet vitae atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. . . . Cunctas vero quas praefata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector; quia, dum universali sunt consensu constituta, se et non illa

---

ignorantiam peperisset et ignorantiae foeditatem ferventer defenderet, ignorare Christum non secundum id quod Deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homo factus, diem consummationis atque iudicii ex insipientia mentis eructans.

2290a. ML 72, 245. 2291. MGh Epp. 1, 36; ML 77, 478.

destruit quisquis praesumit aut solvere quos religant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.

2292 (1) 43 [Leandro episc. hispalensi]. De trina vero mersione 464 baptismatis nil responderi verius potest quam ipsi sensistis, quia in una fide nil officit sanctae ecclesiae consuetudo diversa. . . . Reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari.

2293 (1) 44 [Petro subdiacono Siciliae]. Ante triennium subdiacones 566 omnium ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant ut more romanae ecclesiae suis uxoribus nullatenus miscerentur. Quod mihi durum atque incompetens videtur, ut, qui usum eiusdem continentiae non invenit neque castitatem ante proposuit, compellatur a sua uxore separari atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a praesenti die episcopis omnibus dicatur ut nullum facere subdiaconum praesumant nisi qui se victurum caste promiserit.

2294 (4) 26 [Ianuario episc.]. Pervenit quoque ad nos quosdam 480 scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati[1] sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus; sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri et in frontibus baptizatos[1] chrismate tangere debeant concedimus.

2295 (5) 18 [Ioanni episc.]. Sancti ante legem, sancti sub lege, 83 sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesiae constituti.

2296 (7) 25 [Gregoriae]. Quod vero dulcedo tua in suis epistulis 365 subiunxit, importunam se mihi exsistere, quoadusque scribam mihi esse revelatum quia peccata tua dimissa sint, rem et difficilem etiam et inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum cui revelatio fieri debeat; inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis.

*2296** *(10) 39. De scientia Christi, v. DB 248.*

2297 (11) 45 [Theoctistae patriciae]. Si enim dicunt religionis causa 572 coniugia debere dissolvi, sciendum est quia, etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim Veritas dicit: *Quae Deus iunxit, homo non separet* [Mt 19, 6]. Quae etiam ait: *Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis* [ib. 9]. Quis ergo huic caelesti legislatori contradicat?

---

[1] Sic alq. mss. et edd.; plures vero, inter quos MGh et ML: baptizandi, baptizandos. Quae si lectio admittitur, iam non agitur de confirmatione.

2292. MGh Epp. 1, 57; ML 77, 497.
2293. MGh Epp. 1, 67; ML 77, 505.
2294. MGh Epp. 1, 261; ML 77, 696.
2295. MGh Epp. 1, 341; ML 77, 740.
2296. MGh Epp. 1, 465; ML 77, 878.
2297. MGh Epp. 2, 294; ML 77, 1161.

355 (11) 45. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus 2298 non dimitti, dicat in Mari Rubro Aegyptios non veraciter mortuos. Si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas quam umbra veritatis.

578 (11) 64 [Augustino Anglorum episc.]. *Responsio Gregorii ad* 2299
579 *interr. 6 Augustini.* Et quidem terrena lex in romana republica permittit, ut sive fratris et sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam praediximus a se omnimodo debet abstinere. Cum noverca autem miscere grave est facinus.

564 (11) 64. *Interr. 8.* Si longinquitas itineris magna inter- 2300 iacet, ut episcopi non facile valeant convenire, an debeat sine aliorum episcoporum praesentia episcopus ordinari? — *Resp.* Et quidem in Anglorum ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes.

(11) 67. De baptismo et ordinibus haereticorum et de tempore unionis hypostaticae, v. DB 249 sq. *2300**

578 (14) 17 [Felici episc. messanensi]. Quod autem scripsi [v. n. 2299] 2301 Augustino, Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, ut recordaris, tuo, de consanguinitatis coniunctione, ipsi et Anglorum genti, quae nuper ad fidem venerat, ne a bono quod coeperat metuendo austeriora recederet, specialiter et non generaliter ceteris me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis romana civitas exstitit testis, nec ea intentione haec illis scriptis mandavi, ut, postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inventi, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem, coniungantur.

Moralia, 578—595.

65 Praef., c. 1, n. 2. Quis haec [librum Iob] scripserit, valde super- 2302 vacue quaeritur, cum tamen auctor libri Spiritus Sanctus fideliter

---

2298. MGh Epp. 2, 295; ML 77, 1162.
2299. MGh Epp. 2, 335; ML 77, 1189.
2300. MGh Epp. 2, 336; ML 77, 1191.
2301. ML 77, 1323; deest in MGh.

2302. ML 75, 517.

credatur. Ipse igitur haec scripsit qui scribenda dictavit. Ipse scripsit qui et in illius opere inspirator exstitit, et per scribentis vocem imitanda ad nos eius facta transmisit. Si magni cuius- 66
dam viri susceptis epistulis legeremus verba, sed quo calamo fuissent scripta quaereremus, ridiculum profecto esset epistularum auctorem scire sensumque cognoscere, sed quali calamo earum verba impressa fuerint indagare. Cum ergo rem cognoscimus, eiusque rei Spiritum Sanctum auctorem tenemus, quia scriptorem quaerimus, quid aliud agimus, nisi legentes litteras de calamo percontamur?

2303 L. 2, c. 3, n. 3. In hoc itaque est nunc natura angelica a 201
naturae nostrae condicione distincta, quod nos et loco circum- 202
scribimur et caecitatis ignorantia coartamur; angelorum vero spiritus loco quidem circumscripti sunt, sed tamen eorum scientiae longe super nos incomparabiliter dilatantur. Interius quippe exteriusque sciendo distenti sunt, quia ipsum fontem 107
scientiae contemplantur. Quid enim de his, quae scienda sunt, nesciunt qui scientem omnia sciunt? Eorum itaque scientia comparatione nostrae valde dilatata est, sed tamen comparatione divinae scientiae angusta; sicut et ipsi illorum spiritus 200
comparatione quidem nostrorum corporum spiritus sunt, sed comparatione summi et incircumscripti spiritus, corpus. Et 209
mittuntur igitur et assistunt, quia et per hoc quod circumscripti sunt, exeunt, et per hoc quod intus quoque praesentes sunt, numquam recedunt. Et faciem ergo Patris semper vident [Mt 18, 10], et tamen ad nos veniunt, quia et ad nos spiritali praesentia foras exeunt, et tamen ibi se, unde recesserant, per internam contemplationem servant.

2304 2, 12, 20. Quia ipse [Deus] manet intra omnia, ipse extra 100
omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia, et superior est per potentiam et inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem et interior per subtilitatem, sursum regens deorsum continens, extra circumdans interius penetrans; nec alia ex parte superior, alia inferior, aut alia ex parte exterior, atque ex alia manet interior; sed unus idemque totus ubique praesidendo sustinens, sustinendo praesidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans.

2305 3, 14, 26. Nisi primus homo delinqueret, secundus ad pas- 406
sionis probra minime veniret. . . . Nisi enim Adam primum per voluntarium vitium in animae mortem traxisset, Adam secundus sine vitio in carnis mortem voluntariam non ve- 403
niret. . . . 27. Mediator etenim noster puniri pro semetipso 398
non debuit, quia nullum culpae contagium perpetravit. Sed si ipse indebitam non susciperet, numquam nos a debita morte

---

2303. ML 75, 556. 2304. ML 75, 565. 2305. ML 75, 612.

liberaret. Pater ergo, cum iustus sit, iustum puniens, omnia iuste disponit; quia per hoc cuncta iustificat, quod eum, qui sine peccato est, pro peccatoribus damnat.

440 4, Praef., 3. Quisquis regenerationis unda non solvitur, 2306
reatu primi vinculi ligatus tenetur; quod vero apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola
442 fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his, qui ex Abrahae stirpe prodierant, mysterium circumcisionis.

194 4, 3, 8. Duas vero ad intellegendum se creaturas fecerat, 2307
208 angelicam videlicet et humanam; utramque vero superbia perculit, atque ab statu ingenitae rectitudinis fregit. Sed una tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne
200 gestavit. Angelus namque solummodo spiritus, homo vero et
410 spiritus est et caro. Misertus ergo creator ut redimeret illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpae ex infirmitate aliquid constat habuisse; et eo altius debuit apostatam angelum repellere, quo, cum a persistendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne gestavit.

612 4, 36, 70. Quia in hac vita nobis est discretio operum, erit 2308
in illa procul dubio discretio dignitatum, ut, quod hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Unde in evangelio Veritas dicit: *In domo Patris mei mansiones multae sunt* [Io 14, 2]. Sed in iisdem multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionum diversitas concors; quia tanta vis in illa pace nos sociat, ut, quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exsultet. Unde et non aeque laborantes in vinea [cf. Mt 20, 10] aeque cuncti denarium sortiuntur. Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt, et tamen eumdem denarium dispares laboratores accipiunt; quia una cunctis erit beatitudo laetitiae, quamvis non una sit omnibus sublimitas vitae.

542 9, 34, 54. Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia 2309
delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se paenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur.

235 16, 37, 45. Aliud est esse, aliud principaliter esse; aliud 2310
mutabiliter, atque aliud immutabiliter esse. Sunt enim haec omnia, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis minime subsistunt, et nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam
189 possunt. . . . Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorumque essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu retineret.

2306. ML 75, 635. 2307. ML 75, 642. 2308. ML 75, 677.
2309. ML 75, 889. 2310. ML 75, 1143

2311 17, 30, 46. Vir iste prophetico plenus spiritu superbum 420
diabolum prudentia Dei potius maluit dicere quam fortitudine
esse percussum. Non enim ait fortitudo, sed prudentia eius
percussit superbum. Nam quamvis, sicut dictum est, propter
naturam simplicem, Dei fortitudo sapientia sit, Dominus tamen
diabolum, quantum ad faciem spectat, non virtute sed ratione
superavit. Ipse namque diabolus in illa nos parentis primi
radice supplantans, sub captivitate sua quasi iuste tenuit
hominem, qui, libero arbitrio conditus, ei iniusta suadenti
consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriae
voluntatis, sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo 409
erat talis culpa, sed nisi per sacrificium deleri non poterat;
quaerendum erat sacrificium, sed quale sacrificium poterat
pro absolvendis hominibus inveniri? Neque enim iustum fuit 419
ut pro rationali homine brutorum animalium victimae caede-
rentur. . . . Ergo si bruta animalia propter rationale animal, 416
id est, pro homine, dignae victimae non fuerunt, requirendus
erat homo qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali
peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quid quod homo 397
sine peccato inveniri non poterat, et oblata pro nobis hostia
quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa hostia pec
cati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mun-
dare non potuisset. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat
offerendus; ut vero a peccatis mundaret hominem, homo et
sine peccato. Sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati
commixtione descenderet? Proinde venit propter nos in uterum
virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus est homo. Sumpta
est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium,
corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato,
quae et humanitate mori et iustitia mundare potuisset.

2312 18, 52, 85. Non purus homo conceptus atque editus, post 386
per meritum ut Deus esset accepit, sed nuntiante angelo et 392
adveniente Spiritu, mox Verbum in utero, mox intra uterum
Verbum caro, et manente incommutabili essentia, quae ei est
cum Patre et cum Sancto Spiritu coaeterna, assumpsit intra 383
virginea viscera unde et impassibilis pati, et immortalis mori,
et aeternus ante saecula temporalis posset esse in fine sae-
culorum, ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto et 431
partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturae, eadem
virgo et ancilla Domini esset et mater. . . . Et quamvis ipse 385
aliud ex Patre, aliud ex virgine, non tamen alius ex Patre,
alius ex virgine, sed ipse est aeternus ex Patre, ipse temporalis
ex matre; ipse qui fecit, ipse qui factus est. . . . Ipse ante
saecula de Patre sine matre, ipse in fine saeculorum de matre
sine patre; ipse templum, ipse conditor templi; ipse auctor

2311. ML 76, 32. 2312. ML 76, 89.

operis, ipse opus auctoris; manens ex utraque et in utraque
382 natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum
distinctione geminatus.

118 20, 32, 63. [Deus] dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur paeni- 2313
112 tens, dicitur misericors, dicitur praescius, ut, quia castitatem
animae uniuscuiusque custodit, humano modo zelans vocetur,
quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit,
dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur.
Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, paenitere
dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum
miseriae nostrae subvenit, misericors vocatur, quamvis miseris
subveniat, et cor miserum numquam habeat. Et quia ea, quae
nobis futura sunt, videt, quae tamen ipsi semper praesto sunt,
praescius dicitur, quamvis nequaquam futurum praevideat, quod
praesens videt. Nam et quaeque sunt, non in aeternitate eius
ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt quia videntur.

292 25, 11, 28. Sciendum quippe est quod peccatum tribus modis 2314
committitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio
perpetratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia,
sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur.

89 27, 25, 48. Fugiant ergo iniqui humanos oculos, semetipsos 2315
certe fugere non possunt. Quia enim malum quod faciunt
noverunt, habent testem conscientiam, habent iudicem rationem
suam. . . . Certe ipsi sibi in conscientia testes sunt quia ex-
cusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam
Deus hominem condidit, in manu omnium hominum signat,
ut noverint singuli opera sua.

329 33, 21, 40. Bonum quod agimus et Dei est et nostrum: Dei 2316
327 per praevenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam
voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in aeternum
366 agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui
praemia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus,
scimus quod eius munere praevenimur; et rursum quia non
immerito retributionem quaerimus, scimus quod obsequente
libero arbitrio bona elegimus quae ageremus.

594 34, 19, 36. At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa 2317
cum fine. Iustus nimirum est omnipotens Deus, et quod non
aeterno peccato commissum est, aeterno non debet puniri
tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicerent, si
iudex iustus districtusque veniens non corda hominum sed
facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia
cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere, ut sine
fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt
peccare quam vivere; et ideo hic semper vivere cupiunt, ut

2313. ML 76, 175. 2314. ML 76, 339. 2315. ML 76, 427.
2316. ML 76, 699. 2317. ML 76, 738.

numquam desinant peccare cum vivunt. Ad districti ergo
iudicis iustitiam pertinet, ut numquam careant supplicio quo-
rum mens in hac vita numquam voluit carere peccato; et
nullus detur iniquo terminus ultionis, quia, quamdiu valuit,
habere noluit terminum criminis.

Dialogi, 593/4.

2318 L. 4, c. 6. Cum Paulus dicat: *Est enim fides sperandarum* 263
substantia rerum, argumentum non apparentium [Hebr 11, 1],
hoc veraciter dicitur credi, quod non valet videri. Nam credi
iam non potest quod videri potest.
2319 4, 11. Presbyter quidam commissam sibi cum magno timore 566
Domini regebat ecclesiam. Qui ex tempore ordinationis ac-
ceptae presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem
cavens, ad se propius accedere numquam sinebat, eamque
sibimet propinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi
communionem funditus familiaritatis absciderat.
2320 4, 28. Qua ratione credendum est quia rem incorpoream 592
tenere ignis corporeus possit? . . . 29. Teneri spiritum per 593
ignem dicimus, ut in tormento ignis sit videndo atque sen-
tiendo. Ignem namque eo ipso patitur quo videt; et quia
concremari se aspicit, concrematur. Sicque fit ut res corporea
incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor in-
visibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea
etiam incorporea flamma crucietur; quamvis colligere ex dictis
evangelicis possumus quia incendium anima non solum videndo,
sed etiam experiendo patiatur. . . . Si diabolus eiusque angeli, 200
cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum 586
si animae, et antequam recipiant corpora, possint corporea
sentire tormenta?
2321 4, 39. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio prae- 584
sentatur. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante
iudicium purgatorius ignis credendus est, pro eo quod Veritas 587
dicit quia, si quis in Sancto Spiritu blasphemiam dixerit, *neque
in hoc saeculo remittetur ei neque in futuro* [Mt 12, 32]. In
qua sententia datur intellegi quasdam culpas in hoc saeculo,
quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de uno
negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam con-
ceditur. Sed tamen, ut praedixi, hoc de parvis minimisque
peccatis fieri posse credendum est.
2322 4, 43. Unus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo 595
omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim quantum ex-
igit culpa, tanta illic sentitur poena. . . . 44. Constat nimis et 594

2318. ML 77, 329. 2319. ML 77, 336. 2320. ML 77, 365.
2321. ML 77, 396. 2322. ML 77, 401.

incunctanter verum est quia, sicut finis non est gaudio bonorum,
ita finis non erit tormento malorum.
520 4, 58. Haec singulariter victima ab aeterno interitu animam 2323
salvat, quae illam nobis mortem Unigeniti per mysterium re-
parat, qui licet *resurgens a mortuis iam non moritur, et mors
ei ultra non dominabitur* [Rom 6, 9], tamen in semetipso im-
517 mortaliter atque incorruptibiliter vivens, pro nobis iterum in
hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi
corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius
sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium
513 funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacri-
ficium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti Filii
semper imitatur.

In Ezechielem homiliae.

238 L. 1, hom. 5, n. 11. In sanctorum cordibus [Spiritus Sanctus] 2324
iuxta quasdam virtutes semper permanet, iuxta quasdam vero
recessurus venit, et venturus recedit. In fide etenim, spe atque
caritate, et in bonis aliis, sine quibus ad caelestem patriam
non potest perveniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia atque
misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiae
vero virtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione electis
suis aliquando adest, aliquando se subtrahit.
208 1, 7, 18. Natura angelica, quando creata est, liberum ar- 2325
bitrium accepit, utrum vellet in humilitate persistere et in
omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam labe-
retur et a beatitudine caderet, per similitudinem a qua fuit.
207 Sed quia cadentibus aliis sancti angeli in sua beatitudine per-
stiterunt, atque hoc acceperunt in munere, ut iam cadere
omnino non possint, in iis natura sua, quia iam duci muta-
biliter non potest, quasi in magnitudinem crystalli durata est
[cf. Ez 1, 22].
329 1, 9, 2. In his considerandum quia, sic bona nostra si 2326
366 omnipotentis Dei dona sunt ut in iis aliquid nostrum non sit,
cur nos quasi pro meritis aeternam retributionem quaerimus?
Si autem ita nostra sunt ut dona Dei omnipotentis non sint,
295 cur ex iis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum
est quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem
327 nostra et omnipotentis Dei sunt et nostra, quia ipse aspirando
328 nos praevenit ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter
velimus, sed possimus implere quae volumus. Praeveniente
ergo gratia et bona voluntate subsequente, hoc quod omni-
potentis Dei donum est, fit meritum nostrum.

2323. ML 77, 425. 2324. ML 76, 825. 2325. ML 76, 849.
2326. ML 76, 870.

2327 1, 9, 6. Nec fides sine operibus nec opera adiuvant sine 362
fide, nisi fortasse pro fide percipienda fiant; sicut Cornelius 363
[Act 10, 1 sqq] ante pro bonis operibus meruit audiri quam fidelis exsisteret; qua ex re colligitur quia bona opera pro fide percipienda faciebat.

2328 2, 3, 4. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, 240
quando unaquaeque virtus quasi quibusdam gradibus augetur,
et sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud 368
namque sunt virtutis exordia, aliud provectus, aliud perfectio. Si enim ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti apostoli minime dixissent: *Adauge nobis fidem* [Lc 17, 5].

2329 2, 4, 12. Hoc quoque nobis sciendum est quia et per 81
incrementa temporum crevit scientia spiritalium patrum. Plus namque Moyses quam Abraham, plus prophetae quam Moyses, plus apostoli quam prophetae in omnipotentis Dei scientia eruditi sunt. Fallor si haec ipsa scriptura non loquitur: *Pertransibunt,* inquit, *plurimi, et multiplex erit scientia* [Dn 12, 4].

In evangelia homiliae.

2330 L. 1, hom. 16, n. 1. Deus, qui in utero virginis incarnatus 397
in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in
semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed 396
eius mentem peccati delectatio non momordit; atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit.

